JOHANNIS AB IHRE
REGIAE CANCELLARIAE CONSILIARII, PROFESSORIS IN UNIVERSITATE UPSALIENSI, EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI, REG. SOC. SCIENT. UPSAL. ET LIT. HUMAN. STOCHOLM. SOCII, NEC NON SOCIETATIS ANTIQUAR. LONDIN. MEMBRI HONOR.

SCRIPTA VERSIONEM ULPHILANAM ET LINGUAM MOESO-GOTHICAM ILLUSTRANTIA,

AB IPSO DOCTISSIMO AUCTORE
EMENDATA, NOVISQUE ACCESSIONIBUS AUCTA,
IAM VERO
OB PRÆSTANTIAM AC RARITATEM COLLECTA,
ET UNA CUM ALIIS SCRIPTIS SIMILIS ARGUMENTI
EDITA,
AB

ANTONIO FRIDERICO BÜSCHING
THEOL. ET PHILOS. DOCTORE,
BORUSSIÆ REGIS SENATUSQUE ECCLESIASTICI SUPREMI CONSILIARIO,
GYMNASII BEROLINENSIS ET COLONIENSIS CONIUNCTI
DIRECTORE.

BEROLINI, EX OFFICINA TYPOGRAPHICA BOSSIANA, MDCCLXXIII.

PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO AB IHRE

VIRO OMNI LAUDIS GENERE

EXCELLENTI

GRATUS

REDDO QUOD DEBEO.

Argumentum ſyntagmatis ſcriptorum Domini
AB IHRE.

Argumentum appendicis.

UL-

ULPHILAS ILLUSTRATUS.

BENEVOLO LECTORI

S. P. D. JOHANNES IHRE.

Quum illud, quo per aliquot annos ducor, ſtudium in genium & origines Linguæ Patriæ inquirendi, mihi neceſſitatem iniunxerit linguam Moeſogothicam, tanquam ceterarum dialectorum Gothicarum ſcaturiginem examinandi, & pretioſiſſimus ille theſaurus, quem ſollicite cuſtodit Bibliotheca noſtra Upſalienſis, fragmenta loquor quatuor Evangeliſtarum, opera Ulphilæ in hanc linguam translatorum, mihi copiam faceret ipſum prototypum in conſilium vocandi; animadverti haud raro, quos laudatiſſima cura virorum immortalis gloriæ, *Franciſci Junii* & *Georgii Stiernhielmii*, impreſſos habemus codices, ab ipſo exemplo Ulphilano abire, immo varia eſſe loca, quæ ipſorum perſpicaciam penitus fugerint. Et minus mirum id mihi obvenit, quum uterque ſub præcipiti ſenecta hunc in ſe laborem ſuſceperit, & fugientes literæ adeo difficilem lectionem reddant, ut ego, quantumvis annis multo minor, hunc laborem mihi prægravem ducerem. Noveram equidem, reverendiſſimum regni Suio Gothici archiepiſcopum, & huius academiæ Pro-Cancellarium, Dominum Doctorem, *Ericum Benzelium*, non ſolum idem conſilium agitaſſe, verum etiam in Angliam transmiſiſſe apographum accuratius codicis hujus argentei, verſione latina & annotationibus inſtructum; ſed quum incerti eſſemus, quæ hujus editionis fata futura eſſent, inprimis poſtquam deſideria eruditi orbis jam adeo diu ſuſpenſa tenuiſſet; hortatu reverendiſſimi Domini Doctoris, *Henrici Benzelii*, qui jam tanta cum nominis ſui, gentisque gloria archiepiſcopale pedum tenet, examen Codicis Argentei inſtituendum, judicavi. Quum vero, uti nuper profeſſus ſum, nec oculi mei huic labori pares eſſent, nec otio, quantum ſatis, abundarem, ex univerſa ad hanc academiam literis vacantium pube, in Dominum *Ericum Sotberg*, oculos conieci, illique id iniunxi, ut mihi in hac re ad manum eſſet, & difficilem hanc ſpartam in ſe ſuſciperet. Annuit ille, pro ſuo in me & artium ſtudia affectu, facilis, & una cum duobus aliis frugi iuvenibus ita collationi inſtituendæ ſe accinxit, ut ille in ipſo codice intentos oculos figens, ſubſequeretur præeuntem ſingulas literas ex editione Juniana, altero ſubnotante, ubi diſſentiret Stiernhielmiana. Annotavit hic noſter omnia ſedulo, & ita non tantum quamplurimis locis veram reddidit lectionem, ſed etiam totas paginas, ut taceam minores lacunas alias, quibus antea caruimus, reſtituit, idque ita, ut quod non ſine oſtentatione *Sotbergii* mei dico, ne unica quidem jam ſit apud Ulphilam vocula, quam non publico lectam offerat.

Et huc usque jam perventum erat, quum ecce illa tam anxie diuque exſpectata editio Benzeliana, procurante viro, etiam aliunde de republica literaria meritiſſimo, *Edwardo Lye*, nitidiſſime edita, in manus noſtras venit. Et licet tum facile auguraremur ſtatim, præcepta per tanti viri ſagacitatem eſſe omnia illa, quibus nos operam noſtram impendimus, nihilominus, quum poſt tantam meſſem, aliquod, quantumvis

tumvis

tumvis tenue ſpicilegium, nobis relictum eſſe, deinde animadverteremus; non penitus erudito orbi ingratum futurum exiſtimavimus, ſi in incepto ſtadio pergeremus, idque tanto magis, quum hæc noſtra opella adeo non nuperæ huic editioni quidquam detrahat, ut potius merita viri ſummi ſit illuſtratura, illique ſuum decus vindicatura, quum raro ipſe notet, quid prioribus editionibus novi adnexuerit, & quid adeo ipſius curæ debeamus. Quod unum ad deſideria noſtra penitus explenda deeſſe videtur, hoc eſt, quod Gloſſarium Ulphilanum pari ac ipſum textum cura illuſtratum relinquere noluerit, qui id omnium optime valuiſſet, reverendiſſimus archiepiſcopus. Operæ pretium non eſt, commemorare, me numeroſa quidem, ſed neſcio an alicuius frugis mantiſſa adauxiſſe labores *Junii* & *Stiernhielmii*, & ad ſuos fontes retuliſſe ea vocabula, quorum huc usque dubii fuere natales. Foret tamen in illis aliquid forte, quod non penitus incommodum cenſeretur, ſi in poſterum Gloſſario Ulphilano novam hanc editionem ſtipare conſultum duceret. Vir modo laudatus *Edw. Lye*, quo etiam, quantum ego judico, carere nupera hæc editio non debet.

Præter hanc collectionem, convenit etiam me inter & *Sotbergium* meum, ut uter noſtrum plus aliquando nanciſceretur otii, ſubſequeretur aliquot diſſertationibus Ulphilanis, illa quæ jam adferre chartæ ſpatium & academici ſpeciminis modulus negaret. Videbamur enim nobis, varia animadvertiſſe, quæ vulgo haud adeo cognita ſunt, quæque ſub hiſce lucubrationibus noſtris in mentem venerunt. Quum vero futura nemo præſtare queat, eorum nonnulla, ſed pauca tamen, heic in anteceſſum delibabo.

I. Quod principe loco ſuo merito ponitur, obſervavimus, codicem hunc argenteum nec penna nec calamo ſcriptum eſſe, ſed revera, quocunque artificii genere, literas illi impreſſas eſſe. Somnia me narrare, arbitraris B. L. qui impreſſum tantæ vetuſtatis codicem dico, quum tamen typorum adeo recentem ætatem eſſe, norimus. Sed eſt tamen, uti dico, & quum vereri deberem, ne mihi in re adeo nova fidei forte parum haberetur, aliquot collegarum meorum, viros nobiliſſimos celeberrimosque dominos *Samuelem Klingenſtierna*, *Ol. Celſium* & *Joh. Amnel* una cum bibliothecæ præfecto vicario *Birgero Frondin* rogavi nuper, ut ſuo teſtimonio rei fidem adderent, quod etiam benigne præſtiterunt. Ut vero, quid rei ſit, ſtatim indicem, velim obſerves, antiquiori ævo ſcripturæ genus fuiſſe, quod *encauſtum* dixere, quodque multorum ſeculorum oblivione ita jam deſitum eſt, ut apud *Pancirollum* inter artes deperditas locum invenerit. Hoc vero ipſa nominis ratio indicat, calefacto quodam ferro literas membranæ impactas fuiſſe, uti etiam picturæ genus apud antiquos fuit, quod ſimili ex cauſſa encauſtum audiit, dum ceras veruculo fingebant, & ita formam, quam voluere, illi indebant, de quo picturæ genere intelligendus Ovidius in Faſtis:

Tabulasque coloribus uris.

Quod vero hac arte encauſtica codex noſter ſit exaratus, & quantum ſcio, ſolus in univerſo orbe, evincunt.

1. Literarum forma, quæ manifeſte ab adverſa parte cava eſt, & ab averſa convexa; atque id ita, ut ad hoc animadvertendum non oculis, ſed digitorum ſenſu opus ſit, quum charta, alias læviſſima, ſi marginem ſpectes & linearum interſtitia, inter literas

tactu aſpera ſit, & ſingulorum elementorum ductus digitis quaſi diſcernendos offerat. Atque hinc factum, ut quamvis color jam pluſculis in locis penitus exeſus ſit, literæ tamen depreſſior ſulcus, ſui veſtigia ſervet, immo etiam tranſeuntes in averſam folii partem literarum ductus ſeſe immiſceant ibi exaratis characteribus. Atque hinc factum eſſe, obſervavimus, ut ſæpe noſtri editores errandi occaſionem acceperint, literasque primæ paginæ in altera legerint, & verſa vice. Sic ubi *Junius* legerat *gathraſſt* Luc. 6, 24. *Stiernhielmius* invenit *gathod*, vel quod in Gloſſario habet *gadalith*, cum tamen C. A. habeat *gathlaith*. Pari modo *Stiernhielmius* Luc. 3, 21. *mitothim* legit, loco *managein*, alterius paginæ literis folium permeantibus: quæ adeo diſſonæ lectiones non aliunde provenerunt, quam ex mixtura partis anticæ & poſticæ folii. Jam vero animadvertere pronum eſt, ſi calamo vel arundine pictæ fuiſſent literæ, adeo in hæcce inſtrumenta ſcribendi incumbere non potuiſſe librarium, ut ductus literarum cavaret.

2. Innui nuper, calefacto ferro impreſſam fuiſſe literæ formam, & hoc rationem reddit, cur in codice videamus, ſæpiſſime integram literarum figuram pereſam eſſe, ita ut pertuſa charta characteris formam examuſſim ſervet, uti alias innumeris in locis, ſi quid tempus edax abſumſit, id ſit tantummodo intra literarum lineas, integro margine, integris linearum intervallis. Aut itaque dicendum erit, corroſas fuiſſe literas per ſupervenientem picturam, ſed illa aurea & argentea eſt, adeoque conſervandæ quam atterendæ membranæ aptior, aut etiam coniicere licebit, diverſum caloris in typo gradum, aut diverſum imprimentis niſum plus minusve vitii chartæ attuliſſe. Immo, quum adeo facile fieri potuerit, ut vel minima incuria nimiusque ferri calor totum folium vitiaret, hinc factum arbitror, ut hoc ſcribendi genus in deſuetudinem abierit

3. Accedit, quod omnes in hoc codice literarum ductus adeo per omnia ſimiles ſint, ut nulla κέραια ſit, quæ non ubique occurrat: adeo quidem, ut veriſimile mihi videatur, typo quodam, ut dixi, non calamo, ſcribentis manum libere ſecuto, eos efformatos fuiſſe.

4. Ceromatis cujusdam haud obſcura veſtigia examinantibus demonſtravi (e. g. fol. 25. fac. 2.) quodque lineæ materia quadam, genus collæ vel ceram referente, cui aurea lamella inhæreret, inductæ fuerint. Quæ pinguior cruſta impediret certe noſtro more ſcribentem, pennæque ductus fruſtraretur. Immo etiam manifeſte iisdem teſtibus oſtendi, quod dum membrana ſoli obvertebatur, inter eandem & impreſſum argenteum colorem intereſſet pinguior quædam materia, quæ inæquali menſura illita, luculenta ſui prodidit indicia.

5. Aliquoties literas in codice noſtro ita tranſpoſitas per amanuenſis incuriam offendi, ut haud facile tales, prout jam exſtant, literarum coniunctiones, in animo eius fingi potuerint: omnium vero facillime fieri hoc potuit, ſi inter plures typos, pro uno alter in manus venerit: ut dum habet pro *bair*, *aibr*, Matth. 5, 23. difficilis pronunciationis, & vitioſa haud dubie voce, eſt enim a *bairan*, ut infra docebit dominus *Sotberg*.

6. Teſtimonium dicit excidens literarum color, qui per partes interiit, ita quidem, ut ſcintillulæ argenteæ aureæve hic illic ſuperſtites in literæ ſulco maneant, reliqua

qua parte colore penitus vacua. Ratio eius in promtu eſt, ſi ignito ferro formam literæ impreſſam aridæ auri argentive lamellæ vel folio judicaveris, non item ſi tinctura aurea literas formatas duxeris, qua nempe ratione veterum chryſagraphos exaraſſe docet *Montfaucon* in Palæographia Gr. haud procul initio.

7. Tandem etiam videor mihi, in illa, quæ eſt monumentorum de encauſtica ſcriptura commemorantium penuria, animadvertiſſe, ſolenne fuiſſe, ut ad eam color purpureus cum literis aureis argenteisque adhiberetur, unde etiam factum, ut, ubi deſiere literas inurere, ipſum purpuræ colorem encauſti tamen nomine inſigniverint. Fuit vero ille adeo ſacer habitus, ut imperatores Conſtantinopolitani ſub pœna prohibuerint, ne quis præter ipſos, in ſubſcribendo, encauſto vel colore purpureo uteretur. Quod quoque ab initio alii libri hoc purpureo chartæ pigmento aureisque literis ſcripti non fuerint, quam ſacra Biblia, teſtatur S. *Bonifacius* Ep. 28. ad *Eadburgam*, Abbatiſſam, apud *Mabillonium*, de re diplomatica p. 43. Solenne etiam hoc ſcriptionis genus fuiſſe, teſtatur *Hieronymus* in Præf. ad Hiobum. *Habeant*, inquit, *qui volunt, veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgo aiunt, literis, onera magis exarata, quam codices, dummodo mihi meisque permittant, pauperes habere ſchedulas, & non tam pulcros codices, quam emendatos.* Conferri meretur jam modo laudatus *Mabillonius*, cui ſubjungi poſſunt, quæ habet Du *Fresne* in Gloſſar. Lat. v. *Charta purpurea.*

In borealibus hiſce plagis viſum fuiſſe librum *Plenarium*, uti vocabatur, a Patriarcha Conſtantinop. *Sigurdo* Regi Norw. dono datum, & literis aureis exaratum, memoriæ proditum reliquit *Sturleſonius* in eius vita. Ex hiſce adeo, quæ jam dicta ſunt, ſed multo melius ex inſpectione ipſius codicis patebit, encauſticam ſcripturam peractam fuiſſe pæne ad eundem modum, quo bibliopegi libros titulis ornant: & hinc adeo animadvertimus, quam prope remotiſſimis temporibus a typographiæ invento abſuerint.

II. Quod deinde obſervavimus, id fuit, codicem hunc bibliothecæ noſtræ argenteum, non, quod multi crediderunt, ipſius metaphraſtæ manu exaratum fuiſſe, ſed aliquoto tempore ipſo citeriorem eſſe. Unde id confecerimus, dicam paucis. In margine præfert haud uno in loco varias lectiones, quæ conſiſtunt in vocibus æquipollentibus, quæque aliunde provenire non potuere, quam ex collatione variorum exemplarium qualem collationem ipſe verſionis auctor inſtituere non potuit. Miror nullum editorum has varias lectiones ſua animadverſione dignas cenſuiſſe, quum tamen ſinguli eas videre debuerint. Quatuordecim eiusmodi numeravimus loca varia, quæ, ut uno obtutu B. L. contemplari poſſit, heic, *Sotbergii* noſtri cura collecta, ſubdam:

Marci I, 6. in textu: *haithiwiſk*, in margine: *wilthi.*
11. in textu: *in thuzei wailagaleikaida*, in marg. *thuk ei wilda.*
V, 4. in textu: *gatamjan*, in margine: *gabindan.*
XII, 24. in textu: *mela*, in marg. *bokos.*
Lucæ III, 14. in textu: *waldaith*, in margine: *ganohidai ſijuth.*
V, 28. in textu: *iddja*, in marg. *laiſtida.*
VI, 27. in textu: *fijandam*, in marg. *hatjandam.*

Lucæ VI, 40. in textu: *gamanwids*, in margine: *uſtaubans*.
49. in textu: *ſlodus*, in margine: *aqha*.
VII, 32. in textu: *gaunodedum*, in margine: *hufum*.
VIII, 27. in textu: *unhulthons*, in margine: *ſkohsla*.
IX, 12. in textu: *manaſeidai*, in margine: *managein*.
34. in textu: *quemun in thamma milhmin*, in margine: *jah at im in milhmam atgaggandam*.
XVI, 13. in textu: *faihuthraihna*, in margine: *mammonim*.

Immo in ipſum textum alicubi irrepſiſſe varias eiusmodi lectiones, haud obſcuris indiciis obſervavimus. Ita Luc. 2, 2. illa: ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, redduntur: *at wiſandin kindina Syriais*, i. e. exiſtente Præſide Syriæ, quæ verba immediate excipiunt *raginondin ſaurim kyreinaiau*, h. e. imperante Syris Cyrenæo. Nemo non videt, poſteriora hæc lectionem præferre alterius codicis, & incuria exſcriptoris in ipſum textum irrepſiſſe. Pari modo, Johan. 12, 3. πιςικῆς retinetur tanquam proprium nomen, *piſtikeinis*, ſed proxima voce explicatur *filugalaubeis*, quæ vox nihil aliud eſt, quam verſio τῆ πιςικῆς. *Filugalaubeis* enim non notat πολύτιμον, ut credidit *Stiernhielmius*, ſed fidum vel potius oppido fidum, a *galaubjan* credere, unde *galaubeins*, fides Luc. 5, 20. cui *filu* præmittitur, quod multum notat, & ſuperlativum efformat. Vox vero πολυτίμε in verſione hac penitus omittitur, id quod minus mirabimur, quum integros verſiculos in hac verſione deſiderari animadverterimus, ut viciſſim additur unus, Luc. 9. poſt verſum 50 quem nulla verſio antiquiorum habet, nulla catena Patrum aut vetus commentator biblicus. Tu vero, B. L. ne exiſtimes, nos ita rariſſimo huic codici quidquam detractum velle: nam ad ſcientiam, hoc eſt cognitionem linguæ Moeſogothicæ parum refert, cuius manu exaratus ſit: id quippe nihilominus nobis certum eſt, & penitus indubium, hanc verſionem eſſe, qua uſi fuerint Gothi exteri, quamque Ulphilam concinnaſſe, concordi veterum eccleſiæ patrum teſtimonio firmatur. Atque adeo hoc monumentum antiquitatis palmam omnibus in univerſo orbe libris præripit, qui quidem alia lingua, quam quæ erudita appellari conſuevit, ſcripti ſint.

III. In animum quoque induximus, incredibile eſſe, quantum lucis exigua hæc λείψανα linguæ Gothicæ ſororibus illius, vel filiabus potius, Græcæ & Latinæ foenerari poſſint, ſi is huic labori ſe accinxerit, qui præiudicatis ſuis opinionibus plurimam eruditorum partem exuere valuerit. Nos enim de lingua Gothica fere ita exiſtimamus; illam ante aliquot, haud tamen adeo multa ſecula, aut intra hos patriæ montes, aut apud finitimos Alemannos, velut de terra fungum, enatam eſſe, locupletatam deinde linguæ latinæ cognatarumque divitiis, adeo quidem, ut ſi quæras, unde nos *naſum*, *dentem* (*næſa*, *tand*) nomine appellare didicerimus, ludibrium audientibus debeas, niſi profitearis, nos ea vocabula a Latino mutua accepiſſe. Sed bone Deus, qui fieri potuit, ut res adeo nobis proprias noſtrate lingua nominare non poſſemus; aut credi debet, nos in hiſce appellandis propria vocabula poſtea deſerere voluiſſe?

Tu itaque B. L. tibi perſuaſiſſimum habe, hæc & innumera pæne ſimilia tantam inter ſe præferre affinitatem, quod ex communi ſtirpe tres hæ linguæ propullulaverint, ſed

ſed ita tamen, ut reliquarum, hiſtoria teſte, Scythica ſeu Gothica natu maxima ſit. Cogita enim, Ulphilæ ævo, hoc eſt ante quatuordecim ſecula, novitiam pæne gentem fuiſſe Romanam, utpote mille annos vix emenſam, & cuius ne auditum quidem nomen erat, quum jam potentiſſimum erat nomen Scythicum. Cogita, Romanam ab illis profectam regionibus, ubi lingua Gothica patrius ſermo erat. Memento ſimul, Hellada, antequam Græcos colonos acciperet, a Barbaris i. e. Scythis inſeſſam fuiſſe, ipſismet id fatentibus Græcis, & Platonem eapropter in Cratylo & alibi diſerte profiteri, quam plurimarum vocum Græcanicarum fontem apud Barbaros hosce quærendum eſſe. Sed hæc operoſiora ſunt, quam ut intra adeo breve ſpatium coerceri poſſint, & noſtris auribus adhuc nimium peregrina, quam ut fidem, adeo obiter hæc monendo, facere poſſim. Ego interea nil gravius ullam jacturam doleo, quam quod carmina Ovidii, Moeſogothica lingua conſcripta, ut ipſe teſtatur, temporum iniuria nobis inviderit. Sed id tamen, eo locuplete teſte, novimus, quod inter Gothicam linguam Græcamque, unde ſua maximam partem deſumta erat, adeo inſignis affinitas fuerit, ut illam tantum non pro Helleniſtica habuerit:

Græcaque cum Getico mixta loquela ſono.

Ut vero inter innumera, quæ dici poſſent, aliqua ſpeciminis loco afferam, obſervare juvat, quo longius ad initia conditæ urbis regredior, eo maiorem me invenire harmoniam cum idiomate Ulphilano. Longum vero foret, heic catalogum vocum Latino-Gothicarum pertexere; ut interea de genio utriusque linguæ certius conſtet, afferam tantum & explicabo nonnullas vocum terminationes in Latiali lingua ex hac noſtra unice explicandas, ex quibus deinde de univerſa lingua, donec pluribus hanc rem aliquando explicare licuerit, lector judicabit.

Docet *Feſtus*, Veneris *Frutæ* vel *Frutinæ* templum *Frutinal* appellatum fuiſſe. Pari modo Vulcani & Minervæ templa *Volcanal* & *Minerval* olim audiebant, obſervante *Salmaſio* in notis doctiſſimis ad *Solinum* p. 70. *Fagutal*, ut docet idem *Feſtus*, erat ſacellum Jovis, in quo fagus quædam divino honore colebatur. Montem *Quirinalem* veteres ita nuncupatum docent, quod ibi Romuli vel Quirini templum conditum fuit *Lupercal* locus nominabatur, ubi Pani ſacra fiebant: & ſic porro. Ex his omnibus concludo, terminationem illam *al* omnino *templi* ſignificationem olim habuiſſe. Ubi vero quidpiam tale, & in qua lingua invenire licet? Forte nuſpiam niſi in L. Moeſogothica. Hic enim *alh* templum ſonat. Luc. 1, 9. *atgaggands in alh fanins*, ingreſſus in templum Domini. Et ita ſæpe alias, cfr. indices *Junii* & *Stiernhielmii*. Pari modo videmus, quod *us* vocibus additum motum a loco indicet: *funditus* eſt ex *fundo*, *ſtirpitus*, a *ſtirpe*, ita *medullitus*, *cordicitus*, *penitus*, &c. Hæc ſingula & univerſa conſiderans, terminationem illam æquipollere latino *ex*, animadverto; ſed unde depromtum? Immo vero in eadem hac lingua ſuperſtes eſt, ubi expreſſe *us* hoc ſenſu uſurpatur, *us himinam*, *cælitus* Marc. 1, 11. *us dauthain*, *a* vel *ex mortuis*. Pari modo habemus oppido multa vocabula in *lis* exeuntia, inter cetera, *talis*, *qualis*. Poſterius hoc *qualis* a *quis* ortum eſſe, nemo non primo intuitu videt; ſed quid eſt illud *ta* in priori voce, quid altera ſyllaba *lis*? Non enim moror eos, qui genii linguarum ignari, pro

mera

mera terminatione, nil ſignificante, hoc habent. Conſervat vero utramque vocem ſinceriorem L. Gothica & Moeſogothica, in qua *hueleik*, vel, ut acriori pronuntiatione efferebatur litera, O punctato ſimilis, *queleik*. v. Luc. 1, 29. quæ τῶ Latinorum *qualis* reſpondet. *talik* vero Islandis noſtris, *tolik*, & Gothis exteris *ſvaleik*, *talem* notat. Marc. 13, 19. Dani Scanique noſtri *telig*, Græci τηλίκον dicunt, voce non aliunde, quam e Gothica L. derivanda. Videor itaque mihi non incongrua dicere, ſi docuero, terminationem illam *lis* eſſe noſtram, & Ulphilanum *lik*, quod *ſimile* notat, ultima tantum litera ad Latialem modum variata: ut adeo *talis* ſit *illi ſimilis*, & *qualis*, *cui ſimilis*: immo ipſum illud ſimilis eſſe Ulphilanum *ſamaleik*, Marc. 14, 56. a *ſam* ipſe & *leik*. Jam itaque quivis animadverterit, quid *lis* in puerilis, regalis, ſenilis, notet, idem nempe, quod *lik* vel *lig* in *barnslig*, *konglig*, &c. Par eſt ceterorum ratio. Græce, ut modo innui, originis Gothicæ ſervantiores fuere, & retenta *k* litera terminationem ſuam addidere: τηλίκος, πηλίκος, ἡλίκος, cfr. ἁλίγκιος, ſimilis. Addam unum, antequam hiſce nugis modum ponam. Habet Latium varia in *ter* exeuntia pronomina, *alter*, *uter*, *neuter*, quorum primum ab *alio* factum nemo non facile perſpicit, ſed quid ſibi poſterior vocis pars *ter* velit, haud æque conſtat, niſi quod in ſingulis τῶ *eorum* æquipollere videatur: adeo ut *uter* ſit *quis eorum*, *alter*, *alius eorum* (ubi nempe ſimpliciter poſitum occurrit) *neuter*, *nullus eorum*. Et hoc ne quis caſu factum arbitretur, conſpirat L. Græca, quæ eandem terminationem, ſuo tantum ος in fine addito, habet. Ἕτερος, πότερος, ἑκάτερος, οὐδέτερος &c. Lingua Moeſogothica gemino plane ſenſu ſua in *thar* terminat, ut *anthar*, alter, *hvathar*, uter. Et nos hodieque *enthera*, alteruter, *hwilkenthera*, uter, *ingenthera*, neuter. Quod vero Græca L. & item Latina Gothis ſua debeant, exinde manifeſtum eſt, quod *thera* genitivus plur. pronominis *then* apud nos ſolos reſiduum ſit; dixere enim maiores noſtri, ut ex legibus patriis, nec non hiſtoricis ſcriptis conſtat: *gods thera*, bona eorum, *thera ſkip*, eorum naves &c. Sic quoque, dum apud *Feſtum* legimus, *Ennium* veteresque alios, pro *eum*, *ſum* dixiſſe, & *ſos*, loco *eos*: rationem antiqui hujus loquendi generis facile invenerimus, ſi modo ſuccurrat, Moeſogothos pariter ac Islandos, pro *is*, *ea*, *id*, dixiſſe *ſa*, *ſo* vel *ſu*, *that*. Dum porro veteres, *Priſciano* teſte, *ſis*, *mis*, pro *ſe*, *me*, vel *ſui*, *mei*, uſurpaſſe leguntur, non id inſolens putabit, qui Gothicam affinitatem agnoverit: *ſis miſſo*, Luc. 2, 15. apud Ulph. eſt *inter ſe*: *afar mis* Marc. 1, 17 notat *poſt me*. Niſi limites, quos mihi præſcripſi, jam dudum tranſiliiſſem, demonſtrarem, latinorum illa obſoleta, *quio*, *bito*, *hetta*, *vervo*, *aſidela*, apud *Nonium Feſtumque*, nec non *formido*, *ſenex*, *ſenium*, *annena*, *portentum*, *prævaricor*, & plurima alia Gothicæ eſſe originis. De vocibus *fullo*, atque *communis* nonnulla a *Sotbergio* meo allata infra reperientur, cum quibus conferri velim, quæ habet *Stiernhielmius* in Gloſſ. p. 79. *) & ex illo *Hickeſius* in Theſ. p. 48. Grammat. Moeſogoth.

Sed

*) Siſtit ibi *Stiernhielmius* parallelisinum Coniugationis Gothicæ cum Latina, exemplo vocis *haban*, quem, quia hiſce noſtris confirmandis inſigniter conducit, ſubiungam:

Haba

Sed e nimis longo diverticulo ad propofitum rediens, tam meo, quam doctiffimi Domini Refpondentis nomine multam præfabor veniam, quod fub aliquod examen innoxio conatu vocare fuftinuerimus tantorum virorum labores, qui ante nos Ulphilæ illuftrando operam navarunt. Non enim adeo noftro fugit ab ore pudor, ut aliquid doctius illis nos prolaturos confidamus: nec fi de eruditionis palma certamen effet, nomen noftrum unquam profiteri aufi fuiffemus. Jam vero quum oculorum, vegetiori fortaffis acie unice nitamur, tam levem nobis videmur fectari laudem, ut invideri cuiquam non debeat. Interea fi quid ad reftituendam lectionem pretiofiffimi huius codicis alicubi contulimus, uti nos forte contuliffe, fi minus præfens, at altera tamen hujus opellæ pars docebit, malam nobis gratiam eruditus orbis non habebit, dum laborem in nos fufcepimus, qui poft aliquot luftra fruftra tentaretur, & intempeftive modefti effe judicaverit, oculos claudere, ne quid aliis inobfervatum videat. De cetero magna hæc nomina *Junii, Stiernhielmii, Benzelii*, in tractatione non nifi literis initialibus *J. St.* & *B.* defignata fcito. Verba textus Gothici cum verfione e regione pofita attulimus, fed id eius tantum, circa quod crifis noftra aliquid annotandum invenit, quod quid effet, ut ftatim patefceret, literarum difcrimine efficere, voluimus. Præmifimus formam literarum Gothicarum, ad exemplum ipfum accurate effictarum, addito earum in numerando valore.

Unicum adhuc eft, quod me interprete, publice declaratum velit auctor nofter. Agnofcit humillimo animo favorem *Ampliffimi Senatus Academici*, qui copiam infpiciendi argentei, fi pretium fpectes, vere aurei dicendi, codicis huius faciendo, huic opellæ obftetricari benigniffime voluit: lubenti item animo in ære eorum fe effe profitetur, qui bibliothecæ publicæ curam agentes, otia fua, fructuofius iucundiusque alibi collocanda, ipfi haud gravate commodarunt. Gratum fe, dum vixerit, futurum recipit, fponforemque lubenter ego me offero.

Haba	Habeo	Joh. 10, 2.
Habais	Habes	Joh. 6, 68.
Habaith	Habet	Matth. 27, 65.
Habam	Habemus	Marc. 8, 16.
Habaith	Habetis	Luc. 6, 24.
Haband	Habent	Marc 6, 5.
Habands	Habens	Matth 8, 2.
Habandis	Habentis	Joh. 10, 21.
Habandin	Habenti	Marc. 3, 3.

Prætereo reliqua, & verbo tantum moneo, affinitatem adhuc eminere magis, fi Gothico more *ai* ut *e* Latinorum efferas. v. quæ obfervat infra Dom. *Sotberg*, ad Matth. 10, 25, & Marc. 1, 45.



D. D.

Evangelium Matthæi.

Cap. V.

15. Ak ana *lukarnaſtathan. a)*

17. Ni hugjaith *ei ik quemjau b)* gatairan witoth.

18. ains ſtriks ni *usleithith* af witoda, unte *allata wairthith. c)*

23. jabai nu bairais *aibr d)* thein du *hunslaſtada. e)*

29. ith jabai augo thein *thata f)* taihswo marzjai thuk.

30. ains lithiwe *theinaize g)*

31 *quithauu than h)* iſt *thatei qhazuh i)* ſaei aſletai quen. gibai izai *affſtaſſais k)* bokos.

Cap. V.

15. Sed ſuper candelabrum.

17. Ne putate, quod ego venerim diſſolvere legem.

18. Una lineola non *peribit* *) ex lege, donec omnia fiant.

23. Si ergo feras munus tuum ad aram.

29. Verum ſi oculus tuus dexter offendat te.

30. Unum membrorum tuorum.

31 Dictum autem eſt quod quicunque dimittat uxorem, det ei repudii librum.

a) Ita B. recte: *J* & *St. lukarnaſtathin.* Perinde eſt; nam præpoſitio *ana* & tertium & quartum adſciſcit caſum: quum autem genuinam codicis Ms. lectionem, pro ſua dignitate, ad unguem exhibere nobis iniunxerimus, hujuscemodi minutias deſpicatui habendas non duximus.

b) B legit *ei ni quemjau.* *J* & *St. ei quam.* Obſervandum pronomen primit. *ik*, *ego*, emphatice ſuo verbo præpoſitum, quod Gothis, æque ac Græcis & Latinis, admodum familiare.

*) *Peribit.* Ex textu Gothico foret *perit;* nam *usleithith* eſt 3. perſ. præſ.; ſed notetur, quod verba Græca fut. temp. reddantur in verſione noſtra per verba præſentis. V. *Hickes.* Theſaur. in Gram. Anglo-Saxonica & *Mœſo*-Gothica, p. 47.

c) Celeb Editores ad unum omnes legunt: *alla gawairthith.* & ne ſic quidem male; at lectio C. Ms. non deſerenda, quippe quæ regulis Gram. omnino conveniens: in *ata* enim ſæpe producuntur Adject. Neutr. apud Moeſo-Gothos, per quæ Græca plural. exponuntur. V. *Hick.* l. c. p. 19 & 20. Conf. Jo. *Gordon* annot ad h. l.

d) *Aibr*, *munus*, pro *bair*, errore ſcriptoris, poſitum videtur. Eſt forte a *bairan*, *ferre*, Sv. *böra*: *atbair giba*, *offer munus*, Matth 8, 4. *atbar*, *obtulit.* Marc 6, 28.

e) Sic probe B. Perperam *J.* & *St. du hunslaſtadai;* quia *hunslaſtaths* maſcul. gen. in Dativo, quem *du* poſtulat, exit in *a*, non *ai.*

f) Ita bene B. vitioſe *J.* & *St. augo thein thana;* eſt enim *augo* neutr. gen. & nominat caſus: *thana* vero gen maſc & accuſat. id quod contrariatur regulis gram. quarum obſervantiſſimus interpres noſter M. Gothicus.

g) Recte *B.* & *J.* ita *St.* habet *theinlize*, quæ vox nihili; errori occaſionem præbuit elementorum *a* & *l* ſuppar apud M. Gothos figura.

h) Sic quidem bene diſtinguit B *J.* & *St. quithan uhthan.* Additur, in C. Ms. *τὸ uh* & *u* verbis particulisque ob euphoniam; V. Cel. *Junii* Gloſſar. Gothicum p. 361, 362.

i) Ita locum hunc emendarunt Cel. Editores: in C. Ms. errore manifeſto typothetæ ſcriptum legimus: *thatei qha qhazuh*, i. e *quod quid quicunque*, quæ male cohærent.

k) *Affſtaſſais*, eſt mere græcum *ἀποςάσιον*, ab *ἀφίςημι* vel *ἀφιςάω* *ſeiungo, removeo.*

33. ith *usgibais l*) ſanin aithans theinans.
37. *Sjaithan ll*) *vaurd izvar* - -
42. *jah. m*) Edit. Stiernh. jak.
43. *fiais. n*) Edit. Stiernh. filis.

Cap. VI:

4. ei ſijai ſo armahairtitha theina in *fulhsnja. o*) ja atta theins ſaei ſaiqhit in *fulhsnja* *) usgibith thus in bairhtein.
6. jah *galukands. p*) haurdai theinai.
13. *thiudangardi. q*) *J. St.* thiudangardi.
16. *frawardjand r*) auk andwairthjah ſeina. ei *gaſaiqhaindau s*) mannam faſtandans.
20. *huzdjaith. t*) *St.* legit husdjaith.
26. inſaiqhith du fuglam himinis. thei ni ſaiand nih *ſneidhand. v*)
ib. niu jus maiswe *athrizans x*) ſijuth *thaim. y*)

33. Sed reddas Domino juramenta tua.
37. Sit verbum veſtrum.
42. Et.
43. Et odio habebis.

Cap. VI:

4. Ut ſit eleemoſyna tua in occulto. Et pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi in manifeſto.
6 Et claudens januam tuam.
13. Regnum.
16. Deformant enim vultus ſuos, ut videantur hominibus jejunantes.
20. Congerite.
26. Inſpicite aves cæli, quia nec ſerunt, nec metunt.
ib. Nonne vos multo præſtantiores ſitis eis?

l) Ex regulis Conjug. Goth. ita; recte ideoque *B.* & *J. St.* habet *usgibas.*

ll) B. habet *Syai than.* Sed conf. dicta in *Fragm. Ulph.* p. 16. in not.

m) Sic *B.* & *J.* Apud Gothos eſt particula copulandi, cui affine Alamann. *joh*, *et*, pariter ac Græcorum καὶ, per anaſtrophen, v. *Wacht.* Gloſſ. Germ. p. 776.

n) Ita *B.* & *J.* *Fijan*, *odio habere*, *fiand* vel *fijand*, *inimicus*, Island. *fiande*, & *fæd*, *ſimultas*, *averſio.* Sv. *fiende.* „Helleniſtæ derivant a βιᾶν, *opprimere*, vel φένειν, *occidere*: Latiniſtæ a *fendo*, *offendo.* „Sed has etymologias neglectus linguæ patriæ, fecunda nugarum mater, in lucem edidit: Conf. „*Wacht:* l. c. 429.

o) * Libri editi legunt *fulhnsja*, utrobique. Amanuenſis omnino eſt vitium, qui altero loco *fulhsnja*, altero autem, oblitus lineolæ transverſæ, notæ τȣ̃ *n*, *fulhsja* ſcripſit.

p) Sic probe B. eſt enim a *lukan*, *claudere*, non *laukan*; vitioſe igitur *J.* & *St.* *galaukands.*

q) Idem B & recte, a *thiudans*, *rex*, Matth. 27, 11. & *gards*, *domus*, Luc. 19, 46. Sv. *gărd*: *arx*, *urbs*, *regio*, ut: *oſtrogard*, *chunigard*, *ſtargard*, *mycklegard*, & apud M. Goth. *midjungards*: Luc. 2, 1. eſt *univerſus orbis.* Confr. *Wacht.* l. c. p. 526.

r) Recte omnino B. Perperam *J.* & *St.* *frawaurdjand*; eſt enim a particula negativa *fra* & *wardjan*, *cuſtodire*, Sv. *vărda*, adeo ut *frawardjan* ſit *non cuſtodire*, & affine Angl. Sax. *forvyrdan*, *corrumpere*, *deformare.* Conf. Edit. *Benz.* pag. 10. n. a.

s) Sic B. exacte, non item *J.* & *St.* qui legunt contra regulas Gram. *gaſaiqhandau*; etenim in formatione verbi paſſivi, adiecto *au*, ſuffixo paragogico, ſive euphonico, perſonis verbi activi, *i* interponitur, quaſi characteriſticum modi potentialis. Exempla habemus, in hoc capite, tria, ut: v. 2. v. 5. v. 7. quæ vide ſis, & *Hickes.* l. c. p. 51.

t) Ita omnino *B.* & *J.*

v) Reſtituimus beneficio C. Ms. Editi legunt *nih ſneiand.* Idem eſſe vocabulum ac, qnod ſynecdochice *mactare* ſignificat, dubio caret: eo enim ſenſu, Anglo-Saxones dicunt *Snithan*, & M. Gothi *uſſneithan* Joh. 10, 10. Willeramo autem eſt *metere*: *ih ſneit da mine mirron*, *meſſui meam myrrham.* Paraphr. Francica in Cant. V, 1. Confr. *Wacht.* l. c. p. 1450.

x) Eſt vox Cel. *Junio* dubiæ vel ignotæ originis; eius vero veſtigia in אדיר *magnificus*, θαυμαστὸς, deprehendi videntur. Confr. *Ed. Bernardi* Etymol. Britann. ſub voce *rather.*

y) Sic recte *B. J.* & *St.* absque ratione *thaima*, quod nihili eſt.

27. an aukan ana *wahſlu z)* ſeinan.
28. jah bi wastjos qha *ſaurgaith. a)*
29. in allamma *wulthau b)* ſeinamma.
30. *jah thande c)* thata hawi haithjos.
31. aithau *qhe d)* wasjaima.

Cap. VII:

13. unte braid daur jah rums *wigs. e)*
ib. managai ſind thai *inngaleithandans f)* thairh thata.
15. *ſwethauh g) J.* & *St.* ſwethau.
27. jah was *drus h)* is mikils.

Cap. VIII:

1. laiſtidedun afar imma *iumjons i)* managos.

27. Adiicere ad ſtaturam ſuam.
28. Et de veſtibus cur lugeatis?
29. In omni ſplendore ſuo.
30. Et quoniam fœnum agri.
31. Aut quo nôs induemus?

Cap. VII:

13. Nam lata porta, & ampla via.
ib. Multi ſunt introeuntes per eam.
15. Vero.
27. Et erat ruina illius magna.

Cap. VIII:

1. Secuti ſunt eum homines multi.

2.

z) Ita B. At *J.* & *St.* *wahſtm*, vocabulum, vel ob eam rationem monſtroſum, quod vix pronuntiari queat. *wahſtus*, Sv. *växt*, occurrit in caſu obliquo, Luc. 2, 52. Cfr. *Anal. Ulph.* Diſſ. I. §. XV. in not.

a) In editis effertur *ſaurjaith*, quod a vera lectione recedit. *ſaurgan*, *lugere*, *ſaurgandans*, *lugentes*, Joh. 16, 20. Anglo-Sax. *ſorgian*: Franc. *ſorgen*: Belg. *zorgen*: Svet. *ſörga*. Et hinc ceſſat, ut opinor, dubium *Junii*, de diverſa ratione orthographiæ τῶν *ſaurjan* & *ſaurgan*. V. Gloſſar. Goth. pag. 292. 293.

b) Ita B. recte. *J.* & *St.* *wulthu ſeinamma*, utrumque locum habere poteſt. V. *Analecta Ulph.* Diſſ. II Schema XXXV. & *Lye* Gramm. Goth. p. XLII.

c) Sic B. recte. *J.* & *St.* *jabai thande.*

d) Recte B. ita. *J.* & *St.* *qha wasjaima*, at lectio Codicis eſt præferenda, quippe quæ confirmatur tam præcedenti v. 25. ubi legimus: *qhe wasjaith*, *quo vos induetis*, quam analogia: *qhe* enim ſemper eſt caſus tertius vel ſextus, *qha* vero primus vel quartus.

e) Aſſentimur editis, qui juxta præcepta Gram. ita legunt; notamus vero, quod Codex habeat *rums wigis*, ſed *i* fortaſſe irrepſit, incuria amanuenſis.

f) Ita C Ms Editi male *ingaleithandans*. *Inn*, geminato *n*, in L. Moeſogothica notat intro, ſed *in* idem eſt ac in L. Latina. *Galeithan* varias ſubit ſignificationes, de quibus confr. *Stiernh.* Gloſſ. p. 60. Id addimus tantum, quod *leita* Island. ſit *abire*: *Wilk* S. ms. c. 25. *fer ſuerd hans minnung, oc leitar thegar brott med*, *accipit gladium ejus minnung*, *eoque accepto ſtatim abit.* Heims-Kr. T. 2. p. 315. *urtho their tha undann at leyta*, *ipſis abeundum erat.*

g) Ita recte B. nam ſine *h* ſuffixo non legitur in Codice.

h) Ita probe B. *draus* enim, quod legunt *J.* & *St.* eſt *procidit* Marc. 7, 25. Luc. 5, 8. a *driuſan*, *cadere.* Occurrit in caſu obliquo Luc. 2, 34. *du druſa jah uſſtaſſai*, *in caſum & reſurrectionem*, pro quo perperam *J.* & *St.* *du druſaei jah usſtaſſau*: de quo plura ſuo loco.

i) Sic reſtituimus ope Codicis. Editi legunt *junjons*. Vertit B. *viri juvenes*. *Jun.* in Gloſſar. p. 178. affine illud putat τῷ *jugg* in *juggalaud* vel *juggalauths* Luc 7, 14. Anglo-Sax. *geong*, *giung*, *iung*. Alam. *jung*, & Sv. *ung*. At rectius per *homines* exponi, & cognationem cum latinorum *homo*, vel ut Ennius, aliique Poëtæ antiqui, locuti ſunt, *hemon*, *hemonis*, vel *humon* (v. *Feſtum* in v.) habere videtur Ablatis enim terminatione numeri multitudinis, & *j* conſonante, quod frequenter apud M. Gothos interponitur, remanet *iumon*, cui manifeſta affinitas cum *hiuma* vel *hiuhma* Luc. 1, 10. 14, 25. ſeu potius, ut, quod res eſt, dicam, una eademque vox, licet halitu & flexione

2. *mik k)* gahrainjan. *J.* & *St.* mir gahrainjan. — 2. Me mundare.

3. *quit hands. l) St.* quitands. — 3. Dicens.

4. ſaiqh ei *mann m)* ni quithais. — 4. Ecce, ut nemini dicas.

11. *aththan. n) J.* & *St.* aththau. — 11. Verum.

ib. managai fram urrunſa jah *ſaggqua o)* quimand. — ib. Multi ab oriente & occidente venient.

17. *Sauhtins* - - B. *Sautins*, male. — 17. Morbos.

20. ni habaith qhar haubith ſein *anahnaiwjai. p)* — 20. Non habet, ubi caput ſuum reclinet.

26. *qha. q) Jun.* qhl. — 26. Cur.

Cap. IX:

4. in *hairtam. r) St.* in hartam. — 4. In cordibus.

8. *waldufni. s) J.* & *St.* walaufni. — 8. Poteſtatem.

xione diſcreta videatur. Permutatis autem *a*, *e* vel *o* & *u*, ob affinitatem naturalem, formatur facillime a *iumon* vel *hiuma*, *humon* vel *homo*, atque a *iumjons* vel *hiuhmans*, *humones* vel *homines*. Originatio utriusque vocabuli quærenda eſt in voce Celtica *mann*, utpote quæ non modo gentibus, tantum non ſingulis, *hominem* ſignificat, ſed in plerisque dialectis dicitur de *utroque ſexu*. Sic Armoricis *man*, *mon*: Cambr. *myn*, *mon*: Anglo-Sax. *man*, *mann*, *mon*, *monn*: Franc. & Alam. *man*: Angl. *man*: Danis, *mand*: Island. *madr*. & Svec. *man* eſt *homo*, vel *humon*. Quod ſi præfixum *he* auferatur, provenit inde *man* vel *mon* in recto & obliquis caſibus. Confr. *Joh. Schilteri* Gloſſ. Teuton. p. 564. 565. *Wacht*. l. c. 1033. 1034. & *Morhof* de lingua Germanica, Part. I Cap. ult. p. 122. ſeq.

k) Sic omnino B. Pronom Gothicum primitivum ita flectitur: *ik*, *ego*, *meina*, *mei*, *mis*, *mihi*, *mik*, *me*, non *mir*, quod nec reperitur in Codice.

l) Recte B. & J. Error typopraphi manifeſtus apud *St.*

m) Ita cum *n* geminato C. Ms. Editi *man*, quod quidem abſolute poſitum & in ſing. num. cum ſimplici *n* obſervare non licuit: in Codice ſcribitur *manna*, *homo*, *mans*, *homines*: *mannhun*, *nemo*, pro quo legunt *manhun*, ſed vitioſe, Marc. 9, 9. Hinc porro liquet Gothorum *mann*, non *virum*, ſed in genere *hominem* ſignificare. Confr. quæ paullo ante adnotavimus de *iumjons*. In L. Patria *quenman* notat *feminam*. Ita in Heims-Kr. T. 2 p 191. *kona var enn tridie mathur*: *mulier tertia perſona erat*. Gotl. L. c. 14. *Quendis mathr eda kerldis*: *femina aut mas*.

n) B. idem *aththau* mendum certo eſt ſcriptoris Ulphilani.

o) Sic probe B. Legunt *J.* & *St.* *ſaitqua*, vel obſcuritate loci, vel ignorantia veri thematis, in errorem inducti: quidquid ſit, in eadem voce a genuina Codicis lectione aberrant coniunctim, Marc. 1, 32. Luc 4, 4. quod ibidem notabimus, *ſigquan*, *mergere* vel *mergi*, præt. *ſaggu*, *occiderat*: *ſive ſugquun*, *ut mergerentur*, Luc 5, 7. Suec. *at ſigna*, *ſigna neder*, *ſiunka*. Angl. *ſink*. B. *ſinken*. *ſaggqua*, *merſio*, *occaſus*. Confr. Edit. *Benz.* p 185. not. *a*. & *Jun*. in Gloſſar. ſub voce *ſigan*, p 294. nec non *Schilteri* Gloſſ. p. 380.

p) Sic bene emendavit R. *Benz.* lectionem *Jun* & *St.* *haubith ſeinana hnaiwjai*: *haubith* enim neutr. non convenit cum accuſ. maſc. gen. *ſeinana*, vid. Edit. *Benz.* p. 19. not. c.

q) Ita *B.* & *St.* Erravit fortaſſe *Jun.* ſimilitudine literarum *a* & *l*, vel, quod veroſimilius, culpa in typothetam eſt referenda.

r) Ita *B* & *J.* Vitioſi vocabuli culpa in typographo reſidet omnis.

s) Recte B. *J.* & *St.* itidem probe in Gloſſariis a *waldan*, *dominari*, *waldufni*, *dominium*, Suec. *wälde* derivant. Nobiliſſ. *Stiernhielmius*, ut, perpaucis exceptis, lectiones quales demumcunque Junianas retinet, ita nec a more ſuo hic diſceſſit.

14. du qhe weis jah farcisaieis *fastam t)* filu.
15. ith *atgaggand v)* dagos *than x)* afnimada af im sa bruthfaths.
16. aththan niqhashun lagjith duplata fanan *tharihis y)* ana snagan fairnjana.
21. jabai thatainei atteka *wastjai z)* is.
23. jah gasaiqhands *swigljans a)*
24. unte ni gaswalt so *mawi, b)* ak *slepith. c)*

14. Cur nos & Pharisæi jeiunamus multum,
15. Sed advenient dies, quando auferetur ab eis sponsus.
16. Nemo autem imponit assumentum, pannum - - - - in vestimentum vetus.
21. Si modo tetigero togam illius.
23. Et videns tibicines.
24. Etenim non mortua est virgo, sed dormit.

28.

t) Ita B. & recte; etenim *fastaim*, quod habent *J.* & *St.* vitiosum est, exeunte prima pers. num. plur. præs. indicat. in *am*, & non *aim*, quæ apud M. Gothos est terminatio Adiect. casus dat. vel abl. numeri multitudinis.

v) Ita bene editi. Amanuensis non geminatum; sed *g* triplum inseruit.

x) Recte B. *J.* & *St. tham*; sed male.

y) Incidimus in lectionem perquam difficilem, non quidem qua sensum, quippe qui satis perspicuus, ex locis parallelis Marc. 2, 21. Luc. 5, 36. sed qua veram vocum dispositionem, & significatum. *J.* & *St.* legunt: *duplata fanantha rihis*: atque adeo, nullo suffulti Codicis exemplo, τὸ *tha*, quod cuivis, linguæ Moeso Gothicæ haud ignaro, facillime constat, esse præfixum τȣ *rihis*, suffigunt τῷ *fanan*. B. legit. *duplata fanan tharhis*, & sic quidem, pro more suo, optime distinguit; genuinam vero Codicis lectionem, salva, quam manibus Summi Viri debemus, reverentia, non exhibet: etenim quod excludit a *tharihis*, eadem vetusta manu, supra vocem vidimus satis clare adpositum. Ideoque bona fide restituimus *tharihis*, vocem, sine dubio iusti apud Gothos quondam pretii; sed quæ tamen, qualis sit, & unde domo, investigaturis nobis ungues arrosisse adhuc non suffecit. Peritioribus igitur illud relinquimus, & cum Rev. *Benzelio* malumus omittere, quam incertam interpretationem assuere purpureo antistitis nostri panno. Confr. Edit. *Benz.* pag. 25. n. *a.*

z) Recte B. & convenienter regulis Grammatices, in quas *J.* & *St.* impingunt, legendo: *atteka wastjan*: *tekan* vel *attekan* postulant casum tertium, ut Marc. 7, 33. Luc. 6, 19. Ceteroquin observandum, quod putet Nob. *Stiernhielmius* mendose legi *atteka* pro *attekan*: v. Gloss. pag 18. sed huic coniecturæ omnino supersedere potuisset; nisi incuria typographi *attekan* pro *attekau* impressum coniicere liceat Est scilicet *attekau*, modi, quem dicunt Grammatici, Optativi verior lectio; at in Codice locus quidem τȣ *u*, ductus vero ipsius elementi videri nequit.

a) Recte *B.* & *St. Jun. swilgjans*, sed emendavit in Glossario. A *swigljan*, Sicambris *swegelen*, *tibia canere*. *suegalun*, *calami*; *suuegelara*, *tibicines*; in Glossis Rhabani Mauri est: *suegalum* vel *pfifum*, *fistula*. Gloss. Florentinæ: *suegelo*, *sistrum*. *suegila*, *fistula*, *calamus*, *Scherz.* Et Otfrid. Evang V, 23. 396. *Lira ioh fidula, ioh managfalta suegala: Lyra atque violæ & multiplex sonitus*, vel prout vertit h. l. *Scherz.* in Not. *Lyra atque fides*, *seu pandura*, *ac multiplices fistulæ*. v. *Schilter.* Gloss. Teuton. p. 774.

b) *mawi*, *virgo*, cuius diminutivum est *mawillo*, *puella*. Anglo-S. *meovle*, *meovla*. Cfr. *Hick.* Thesaurus in Gram A S & M. Goth. p. 128. qui tamen, dialecti M. Goth. immemor, A. S. *meovle* derivat a *meij*, Island. *virgo*, & *oll* f. g. *omnis*, quasi *integra*, vel *tota virgo*. Cfr. interim *Stiernhielmius* in v. *Barn.*

c) Sic quidem, sine fuco & fallaciis, genuinam lectionem exhibent Codices editi, eamque ex linguis cognatis probe confirmant *Junius* & *Stiernhielmius* in Glossariis: nimirum, conveniunt manifesto cum M. Goth. verbo *slepan*, Anglo-Sax. *slæpan*, *slapan*, Alam. *slaffen*, Procop. *schlipen*, Belg.

28. *galaubjats* *) thatei magjau thata taujan. | 28. Creditis, quod possim hoc facere.
30. *quidhands.* **) *St.* quithans. | 30. Dicens.
33. *ni aiw swa d*) uskunth was in *israela. e*) | 33. Nunquam tale cognitum fuit in Israële.

34.

Belg. *slapen*, Angl. *to sleep:* Et porro, cum nomine *slep*, *somnus*, Joh. 11, 13. Anglo-Sax. *slæp* Russ. σλεπε, Slav. Dalm. Boh. Lus. & Polon. *slepy*. Horum omnium, apud diversos, diversæ dialecti vocabulorum unus est sensus, eademque origo, nempe vel a *schlapp*, *laxus*, *remissus*, Gloss. *Pez.* Suec. *slapp*. idem confr. *Wacht.* Glossar. Germanicum, p. 1419. & *Edv. Bernardi* Etymologicon Britannicum, sub voce *slæp*, vel ab Ebr. שלו *quievit*, *remisit*. Cfr. *slavan* Ulph. *cessare*, quod superest in *anaslawaidedun* Luc. 8, 24. alias *slawan* in hac dialecto *silere* notat. v. *J.* & *St.* Gloss. Ceterum silentio præterire non possum hoc loco, nec non quolibet ferme alio, ubi vox hæc occurrit in codice, manu quadam iniqua, vitiatam eam esse, id quod, licet celaverint reverendissimus *Benzelius* aliique, qui id viderunt, aut potius observare tanti non duxerint, venia tamen mihi dabitur, si nec hoc intactum reliquero. Et ne dicenda ex levi quadam, & nimis præcipiti inspectione pendere videantur, testem dabimus ex pluribus unum, reg. academ. bibliothecæ Præfectum Præcl. *D. M. Birgerum Frondin*, qui loca hæc vitiata nobiscum lustravit, & observationum nostrarum fidem confirmabit. Revertamur ideoque ad propositum. Pro *slepith* h. l. occurrit in codice *saeuith*, beneficio similitudinis elementorum *l* & *a*, ac *p* & *u*, facili negotio, formatum a *slepith;* sed ductus literarum *l* & *p* in *slepith* adeo inhærent, ut, etiamsi male sedula manu rasi, & novo, nescio quo, fuco obliti, propiori obtutu nihilominus luculenter dignosci possint. Eadem omnino ratione legitur Marc. 5, 39. pro *slepith*, *saeuith:* nec non Joh. 11, 12. Ulterius, Matth. 8, 24. pro *slep*, apparet vox spuria *saeun* Luc. 9, 32. pro *slepa*, *saeua:* & Joh. 11, 13. pro *slep*, *saeun*, ubi simul observari meretur τὸ *n* manu recentiori, eaque inhabili, adnexum esse, & plane adulterinum.

Omni igitur cura immutationem τῦ *slepan*, incubuit, quisquis demum fuit audaculus corrector; cum vero non satis memorem fuisse, id est, bina huius vocis, in codice, loca præteriisse, constat ex Marc. 4, 27. ubi luculentissime adhuc legitur *slepith*, non *saeuith*, 4, 38. *slepands* non *saeuands*. His cognitis, facile non nemo enervatam iudicet observationem de voce *saevit*, in dissert. de versione IV. Evangel. Gothica §. III. not. φ., quanquam, ut veritati litemus, culpam hanc facile a se removerit auctor eiusdem *Georg. Fr. Heupelius;* quum illam non de suo, sed de promtuario ditissimo celeb. *Rudbeckii*, Atlant. Tom. I. c. 7, §. 5. p. 246. depromserit. Verba acutissimi Polyhistoris hæc sunt: „*Affinis huic*, (nimium errori lectionis τῦ *ubizwai*, Joh. 10, 23. quem in proxime præcedentibus veri-similem reddit) „*est error in quodam loco Matth.* 9, 24. *detectus nuper per* „*Cl. Verelium rectissime legentem saevit, pro Cl. Derreri saevit, & Cl. Jun. slapit: cuius erroris alia* „*origo nulla præter similitudinem literarum l & a, item p & u.*„ Notare sufficit: 1) *Junium* non legisse *slapit*, sed *slepith:* 2) Lectionem τῦ *saevit* alienam esse a scriptura codicis; præterquam enim, quod, prout monuimus, vox sit corrupta, legitur insuper *saeuith*, cum *u* vocali, non *w* consonante, & cum *th* in fine, non simplici *t*.

*) Editi ita: codex habet *gaulaubjats*, quod mendum dico amanuensis, æque ac *gaulaubeis* Joh. 9, 35. pro quo emendate legunt editores *galaubeis*, a *ga*, augmento Gothorum usitatissimo, & *lauben*, *credere*, *fidem habere*, quod est a voce Celtica *law*, *manu*, fidei solenni pignore. Confr. *Wacht.* L. c. p. 593 & 941.

**) Sic recte B. & J. Eadem est differentia inter goth. *quithands* & *quithans*, ac inter lat. *dicens* & *dictus*, quorum non hoc, sed illud h. l. exigit sensus.

d) Ita omnino B. J. & St. *ni in aiwa*. vid. Marc. 2, 12. Græc. αἰὼν, Goth. *aiw*, Lat. *ævum*, Island. *æfe*. Suec. adject. *äwig*, eiusdem esse familiæ, oppido patescit.

e) Legit ἐν τῷ Ἰσραήλ, quod bene transtulit: *in israela;* vitiose igitur legunt editi *in israëlan*. Vid. Luc. 2, 34.

34. in *fauramathlja f)* unhulthono us-dreibith unhulthons.
35. laisjands in *gaquumthim g)* ize.

Cap. X:

25. *baiailzaibul. h) J. & St.* baiailzabul.
31. *managaim i)* ſparwam batizans.

Cap. XI:

5. blindai *uſſaiqhand. k)*
ibid. *thrutsfillai l)* hrainjai wairthand.
7. at thaim *than afgaggandam. m)*
8. ſai *thaiei n) J. & St.* ſai thaei.
9. *jai o)* quitha izwis. jah *managizo p)* praufetau,

34. In principe dæmoniorum eiicit dæmonia.
35. Docens in ſynagogis eorum.

Cap. X:

25. Beelzebul.
31. Multis paſſeribus meliores.

Cap. XI:

5. Coeci vident.
ibid. Leproſi mundantur.
7. Illis autem abeuntibus.
8. Ecce, qui.
9. Etiam dico vobis: & plus, quam prophetam. 10.

---

f) Reſtituimus ope codicis Ms. Subſtituunt editi *faurabathaja*, vel elementorum ſimilitudine, vel obſcuritate literarum, vetuſtate prope exeſarum. Thema vocis eſt *mathljan*, *ſermonem habere.* Anglo-Sax. *mæthlan*, *cauſam agere*, *mæthl. ſermo.* Isl. *at mæla* vel *mala*, *loqui*, *mal*, *ſermo*, *loquela.* v. *Hick.* Theſ. in Diſſ. Epiſtol. p 42. Hinc, præpoſito *faur* vel *fvura*, *ante*, *pro*, Suec. *för*, deducitur recte *fauramathleis*, *procurator*, *princeps*: Suec. *föreſpråkare*, *förman.* v. Luc. 8, 41. Isl. *formalendur.* Ol. Tryggs. S. P. 2. p. 104.

g) Sic probe B. J. & St contra regulas grammat. in *gaquumthin;* nam foeminina in *s* deſinentia, in Dat. vel Abl. plural. terminantur in *im*, nunquam in *in*, ut bene obſervat. edit *Benz.* p. 28. not. b.

h) Recte B. Græcorum ε per *ai* reddere, gothis eſt perpetua fere conſuetudo: ſic λευὶ, *laiwwi* Marc. 2, 14. βηθλεὲμ, *bethlaihaim*, Luc 2, 4. Confr. *Mareſchalli* obſervat. in verſionem Gothicam p 404. & edit. *Benz.* p. 29 not. a. nec non p. 54. not. a.

i) Recte B. J. & St. *managain*, quod vitium eſt librarii. De terminatione *aim* vide quæ nuper obſervavimus ad c. 9, 4.

k) Recte B. & J. St. habet *aſſaiqhand*, levi mendo typothetico. Notamus tantum obiter, quod præpoſitio *us* M. Gothis quoque efferatur *ut*, & reſpondeat Græcorum ἐκ, ἐξ, ἔξω, latinorum *a*, *ab*, *de*, *ex*, *extra:* & porro, quod lingua latialis eandem particulam conſervare videatur in *cælitus*, *funditus*, *animitus*, *antiquitus*, *humanitus*, *divinitus*, *radicitus*, *ſtirpitus*, &c. uti ſupra monuit Cel. D. *Præſes.*

l) Sic B. & J. bene Suſtulimus iterum apud St. qui exhibet *thruſtfillai*, nævo typogr.

m) J. & St. *thana fargaggandam*, quæ lectio duplici ratione C. Ms. eſt inimica; etenim 1) *a* perperam ſuffigitur coniunctioni *than*, ὅταν; quoniam per *thana*, caſum quart. m. g. articuli *ſa*, *ſo*, *thata*, τὸν *Græcorum*, *in articulo* ὁ, ἡ, τὸ, continue proferunt M Gothi. 2) Quodſi *a* præponatur *fargaggandam*, deſtruitur ſenſus Evangeliſtæ, quippe qui lectionem τοῦ πορευομένων & non τοῦ συνακολουθούντων requirit. Probe igitur ſtabilit Rev. B. noſtram lectionem, Codici conſentaneam, reiicitque *Junii & Stiernh* quibus tamen omnino ignoſcendum, quum Amanuenſem per incuriam ſcripſiſſe *afargaggandam;* id vero emendaturum, ſyllabam *ar* deleviſſe, teſtetur h l hiatus; unde illis ſuſpicio orta eſt, eandem, tanquam vetuſtate exeſam, eſſe reſtituendam. Edit. B. p. 32.

n) Recte B. *ſaei*, *qui*, num. ſing. *thaiei*, *qui*, num. plural. *thaei* autem obelo configi debet.

o) Ita B. & J. St. *jah*, quod a ſenſu maxime alienum eſt; nam apud Gothos & Alam. *jah* particula eſt copulandi; *jai* autem, vel *ja*, particula affirmandi & conſentiendi. Vid. *Wacht.* l. c. p 775. 776.

p) Editi legunt *managiza praufetau*, idque perperam, *managiza* enim eſt Nom. caſus generis maſc. quem ratio conſtructionis hoc loco reſpuit. Legit interpres περισσότερον προφήτου, quod aliter, quam, ex regulis ſyntacticis, per *managizo praufetau*, reddere non potuit; ſic enim neutrum gradus comparat. expoſitum per *quam* adſciſcit Ablativum, ut probe obſervat *Edv. Lye*, Gram. Gothica, Codicis Argentei Editioni *Benzelianæ* præmiſſa, p. 57.

10. Aggilu *meina. pp*)
12. anamathjandans *frawilwand q*) tho.
15. * * * * * * *r*)

Cap. XXVI:

72. jah aftra *afaiaik s*) mith aitha fwarands.

Cap. XXVII:

1. at maurgin than *waurthanamma.* *)
6. *gudjans. t*) *St.* gudjands.

10. Angelum meum.
12. Violenti rapiunt illud.
15. * * * * * *

Cap. XXVI:

72. Et iterum negavit cum jurejurando jurans.

Cap. XXVII.

1. Mane autem facto.
6. Sacerdotes.

ib.

---

pp) Ita *Jun.* & *Stiernh.* fed B. rectius *meinana.*

q) *Junium* & *Stiernhelmium*, legentes, contra Grammat. præcepta, *frawilwan tho*, corrigit Rev. B. exiftimans literam *d*, quæ neceffario fuffigetur τῶ *frawilwan*, refpectu translatæ vocis ἁρπάζειν, in fequenti *th* latere: at non opus eft fuppofita elifione, hoc loco Codicis, quippe qui haud obfcure expreffum continet elementum *d.* *Junius* in Gloffar. p. 402. *wilwan*, *rapere*, a *walwjam*, *volvere*, derivatum putat; Verum *wilwan*, effe ipfum thema, & affinitatem, cum latinorum *vellere*, habere verofimilius videtur.

r) Quum lacunas, quibus laborant fequentia huius Capitis, nemini Celeb. Editorum, ope folii Codicis Argentei non quidem exefi, nec, ut videtur, vetuftate detriti, fed manu quadam impia potius dilaniati, fupplere licuerit; fed & eorum nonnulla, quæ proferunt, ex analogia linguæ, & loco parallelo Luc. 10. reftituerint Cel. *Junius* & Reverendiff. *Benzelius*; operæ pretium cenfuimus, ut, quid cuique illorum debeatur, ex utraque editione, cum reliquiis genuinis, collata, patefcat, folii huius faciem, unam item & alteram, adcuratiffime delineatam ad B. L. deferre. Adde Anal. Ulph. Diff. I. § 16.

s) Recte B. *Jun.* & *St. afaiair*, errore utique typothetæ adfcribendo, *fwarands* videtur Rev. B. vel gloffema effe, vel varians lectio, cum *mith aitha afaikan*, *jurejurando negare*, & *fwaran*, *jurare*, idem fit. Suec. *at fwerja.* vid. Edition. *Benz.* p. 36 not. *a.* & Obfervat. *Marefch.* in hunc locum p. 407.

*) Jun. & St. codicem argenteum fecuti legunt *at maurgin waurthanana* pro quo B fubftituit *at maurgan waurthanana*, arbitratus, *maurgin* effe dativi cafus formam, quæque adeo cum *waurthanana* connecti non poffet. Cum nobiliff. *Sotbergio* tanto viro affurgendum duximus. Sed oftendit fchema XXVIII. analectorum Ulphilanorum, nomina in *ins* definentia, accufativum non in *an* fed *in* formare, atque adeo omnia heic regularia effe. De particula præfixa *at* notamus, quam fæpiffime illam dativis adiungi. v. Matth. 8, 16. Marc. 4, 35. 8, 1. 11, 11. 14, 43. 15, 42. Luc. 2, 2. 3, 15. 21. 6, 48 7, 24. 9, 43. 19, 11. 20, 1. fed effe tamen ubi aliam conftructionem admittat. Nam Luc. 9, 42. cafum fecundum adfciffit: *at duatgaggandis is*, illo accedente, ut adeo nil prohibere videatur, quin accufativum heic appofitum habere poffit, ut folent trinas has conftructionis formas admittere participia abfolute pofita. *v. Lye* gram. Goth. pag. LX. Epimetri loco obfervabo, in lingua vetere Gothica eandem particulam in ufu olim fuiffe *Bibl. Yl.* Act. 24 *at Pale fyrerkölludum.* Paulo advocato. Pf. 127. *That gifer han finum vinum at theim fo faude*, illud dat amicis fuis, illis dormientibus. *Heims. Kr.* T. I. pag. 79. *at feldum atta kongum*, proftratis octo regibus. Occurrit eadem loquendi ratio fæpe in legibus noftris antiquis. *Suderm.* L *Jord.* B. cap. 11. *at gipt ogullne*, arrha nondum data. *Manh.* B. cap. 6. *at manne liwändis*, marito adhuc fuperftite. conf. *Fragm. Ulphil.* p. 10. & heic infra notata ad Luc 6, 24.

t) Sic bene B. & J. Eft enim terminatio in *nds*, nominat. cafus, præf. part. non autem nominum fubftantivorum. *gudja*, *facerdos*, deducitur a fupremi numinis appellatione, quam in codice femper exaratam vidimus abbreviate *gth*, cum linea transverfa, quod utrum legendum *goth*, an *guth*, dubitatur quidem; fed ita tamen, ut ex vocibus cognatis, dicam an derivatis, dubium id folvi

ib. unte *andawairthi v)* blothis ist.
7. usbauhtedun us thaim thana akr kasjins. du usfilhan *ana x)* gastim.
9. jah *usnemuny)* thrinstiguns silubreinaize.
11. ith iaisus stoth faura *kindina. z)*
12. *wrohiths a)* J. & St. wrohits.
16. *gatarhidana. b)*
45. fram Sachston *qheila bb)*
49. *let. ei c)* saiqham quimaiu helia.
51. faurhah alhs *disskritnoda. d)*
53. *innatgaggandans e)* in tho weihon baurg. jah ataugidedun sik *managaim. f)*
54. gasaiqhandans tho reiron jah tho *waur-*

ib. Quia pretium sanguinis est.
7. Emerunt ex iis agrum figuli, ad sepulturam propter hospites.
9. Et depromserunt triginta argenteos.
11. Sed Jesus stetit coram præside.
12. Accusatus.
16. Insignem.
45. ab hora sexta,
49. Sine, videamus, an veniat Helias.
51. Velum templi discissum est.
53. Introeuntes in sanctam urbem, & apparuerunt multis.
54. Videntes motum & facta timuerunt *tha-*

---

posse videatur. Confr. *Mareschal.* observat. p. 408. & 409. Cel. *Edw. Lye* Gram. Gothica p. 43. not a. & *J. Gordon* spec. ad Matth. 5, 33.

v) Ita recte B. J. & St. *andwairthi*; error librarii, nam probe legunt v. 9. *andawairthi.*

x) Ex lectione rev. *Benzelii* foret *thaim gastim*, sed vestigia elementorum *a*, *n* & *a* clarius apparent, quam ut de veritate nostræ lectionis vel subdubitare possimus.

y) Restituimus beneficio codicis. Editi legunt *ganemun.* De præposit. *us* vid. nostram observationem in c. 11, v. 5. not. k) *niman*, *accipere*, affine videtur græcorum *αἴνυμαι*, *aufero*, & latino-barb. *namare*, *pignus auferre*. v. *Wacht.* L. c p 1138.

z) J. & St. *kindana.* B. recte *kindina* a *kindins præses*, *præfectus*: „*Et huius vocis vestigia*, inquit, *ad*„*huc supersunt in plurimis utriusque Gothiæ nostratis nominib s præfecturarum.* *kinn*, *kinne-fierding*, *kinne-kulla*, *banke-kinn*, *hammar-kinn*, *skier-kinn*, *est-kinn* &c.

a) Ita cum *th*, non simplici *t*, a *wrohjan*, *accusare*, Anglo-Sax. *vrægan*, *vræian.* unde Belgis *wroeging des gewetens*, *stimulus conscientiæ.* vid. *Jun.* in Gloss Gothico. p. 411. & cfr. eiusdem notas ad Willeramum p. 233.

b) Sic recte B. & J. *Mareschallus* in dubium vocavit vocem, & ex coniectura substituit *gateiknidana*, observat. p. 410. veram autem, ut videtur, exhibet radicem, *gatahrjan*, *excellere*, editio *Benzeliana* p. 38 not b

bb) Ita J. & St. sed contra linguæ genium, qui *qheilei* requirit. Vocem hanc penitus omittit B relictis punctis, lacunæ indiciis.

c) Probe se jungit B. *let. ei*, quod J & St absque ratione connectunt; nam ordo constructionis est: *let. saiqham ei quimaiu*, *lät se om han kommer.*

d) Codex habet *diskritnoda*, sed bene emendatum *disskritnoda*, legunt editi; sic enim, cum geminato *ss*, in eodem hoc versu *diskritnodedun*, vid. Marc 14, 63 Est vox composita a *dis*, præpositione inseparabili, cuius significatio ex verbis, quæ cum ea componuntur, intelligitur, atque adeo eiusdem naturæ, sensus & familiæ, ac latinorum *dis*, vel *di*: & *skreitan*, Anglo-Sax. *screadan*, Angl. *to shread*, *discindere*, *dividere.* Confr *Wacht.* Glossar. 1467. seq.

e) Recte B. etiamsi codex admittat lectionem J. & St. *inngaggandans*, promiscue: vid. Matth. 7. 13. Luc. 15, 28. collat. cum Marc. 5, 39. Luc 14, 23. Dignum alias observatu, quod imitatione græcorum huiuscemodi decompositis gaudeant Gothi. Ed. B. pag. 41.

f) J. & St versiculum recte complent; causa vero, cur *managaim* quod legimus in codice Ms. excludat rever. *Benzelius*, & ibi lacunam relinquat, nobis non constat: formula loquendi *ataugjan sik qhamma*, ostendere se alicui, M-Gothis est admodum usitata: vid. Marc. 1, 44. Matth. 8, 4.

thanona. g) ohtedun abraba quithandans. bisunjai goths *sunus h)* ist sa.

55. wesun uhthan jainar quinons managos fairrathro *saiqhandeins. i) thozei k)* laistidedun afar iaisua.

64. Und thana *thridjin kk)* dag.

vehementer, dicentes: vere filius Dei est hic.

55. Erant autem illic mulieres multæ, procul spectantes, quæ secutæ fuerant Jesum.

64. Usque ad diem tertium.

Evangelium Marci.

Cap. I:

4. du *aflageinai l)* frawaurhte.

6. jah matida *thramsteins m)* jah milith

Cap. I:

4. Ad remissionem peccatorum.

6. Et edebat - - - - - - - - - & mel sil-

hai-

g) J. & St. *waurthano*, quod reiici debet: nam *vaurthano* est singularis numeri, quod requireret *thala vaurthano.*

h) Ita *B. Junius & Stiernh. sunu*, lat. filium.

i) J. & St. *saiqhaindeins*, sed vitiose: est enim a *saiqhan* Marc. 4, 14. non *saiqhain. Martinus* refert vocem ad Chaldæorum *secha: Junius* ad græcorum σεάομαι Aeolice, pro θεάομαι, *specto, video.* Francis & Alam. effertur *sehan*, quod antiquo more pronunciabatur ut *sechan*, id quod docet *Wachterus*, ab *aug*, *och*, *oculus*, præposito sibilo; quia verba sensuum derivari solent ab organis. Vid. Gloss. G. p. 1501.

k) J. & St. legunt *thosei*, item B., & perinde est: nam *thozei*, *thosei* & *thoze*, *quæ*, in codice occurrunt promiscue.

Emendatis, quas habet pretiosus codex argenteus, exiguis Evangelii Matthæi reliquiis, etiam illa, quorum damnum pensari nequit, exacté indicare iuvat, ut etiam hac in parte, pro instituti ratione, B. L. satisfaciamus. Dolet nobis, penitus periisse, Caput I. II. III. IV. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII XXIV. XXV. XXVIII. Ex capite V, ab initio ad dimidium usque v. 15. VI, v. 33 & 34. VIi, ab initio ad v. 12, cuius altera pars restat, altera desideratur. X, ab exordio ad v. 23, cui verba quoque desunt nonnulla. XI, quod ex apographo colligitur, & ulterius a v. 25, eoque non integro, ad finem usque. XXVI, a principio ad versus 70 verba ultima. XXVII, a v. 19. ad v. 42. & porro a v. 66. ad finem.

kk) Ita editi omnes, sed codex habet *tridjan*, quod & linguæ analogia requirit.

l) Codicis genuinam lectionem deserunt editi, nobisque reddunt: *du aflateinai*, ab *afleitan*, *dimittere:* sed nulla de restituta voce est dubitatio, quin & sensui h. l. & linguæ interpretis optime quadret; est enim ab *aflagjan*, *deponere* Joh. 10, 18. & hoc ab *af*, ἀπὸ, *ab*, & *lagjan*, *ponere*, *mittere.*

m) Ut alio atque alio modo interpretantur theologi Græcorum ἀκρίδας, quibus in solitudine vescebatur Johannes, ita diversa ratione M Gothorum *thramsteins* explicari posse videtur: & quemadmodum per ἀκρίδας nonnulli locustas, extremitates fruticum alii intellectas voluere; per *thramsteins* aliis animalia insecta, aliis cacumina herbarum, significari visum est. *Schilterus* in Glossario Teutonico pag. 158. *thramsteins* compositum putat ex *thrams*, & *teins: teins* denotare *summos ramos, virgulta & vimina fruticum, arbustorumque* generatim: *thram* vel speciatim significare *arbustorum quandam speciem*, vel *genus ipsum.* Illi adstipulantur plurimi ecclesiæ Græcæ Patres, ceu confirmat *Isidorus*, Abbas montis Pelusiaci in Ægypto, lib. I. Epist. 132. & Epist. 5. eiusdem Libri. Quin etiam Seneca herbas & cacumina arborum in parciori ciborum genere numerat Epist. 110. Et hæc, opinor, causa est, quamobrem Reverendissimus noster *Benzelius*, a versione vulgata discedens, *thramsteins* vertat extremitates fruticum. v. *Wacht.* l c. p. 1702. Ab his autem diversus *Edw. Lye*: „falluntur, inquit, viri doctissimi; nam *thramsteins* est Acc. plur. τῦ *thramstei*, unde „liquet vocem esse simplicem, non compositam. Si quod velint, intellexisset Gothus, certe

„scrip-

haithiwisk. n) vestre.
7. *thizei o)* ik ni im wairths *anahneiwands* *) andbindan skaudaraip. 7. Cuius ego non sum dignus, in genua procumbens, solvere corrigiam.
9. jah daupiths was fram *iohanne.* **) 9. Et baptizatus est a Johanne.
11. thu is sunus meins sa liuba. *in thuzei wailagaleikaida. p)* 11. Tu es filius meus dilectus, in te beneplacuit mihi.
14. ith afar thatei *atgibans q)* warth iohannes. 14. Sed postquam traditus erat Johannes.
17. *igquis. r) J.* & *St.* igwis. 17. Vos.
19. *inugaggands. s) J.* & *St.* ingaggands. 19. Progressus.
32. andanahtja than waurthanamma. than *gasaggqu. t) sauil* *) 32. Vespere autem facto, quando occiderat sol. 34.

„scripsisset *thramsatainans*, ut analogiæ ratio exigit. Sic enim Joh. 15, 5. *weinatainos*, *palmites*, a „*wein* & *tains*. Vid Edit. *Benz.* p. 45 not. a. Allatis etiamnum quasi prætereuntes addimus, pro alimento locustis hodie quoque uti, quibus confinis gens quondam Israelitica, Ægyptios, Syros & Arabas, idque probare, præter Jobum Ludolphum aliosque, literas, fide dignissimas, Cl. Experientissimique Doct. *D. Fr. Hasselqvist*, in sua peregrinatione, ad Nobilissimum Arch. D. C. *Linnæum* datas, Alexandriæ Ægyptiorum, d. 18 mensis Maii 1750 & Holmiæ impressas, d. 20. August. eod. anno. *Et ord*, inquit, *om Johannis gräshoppor*, *som gifwit så stort hufwudbry åt de lärde. De, som neka, at denne helige Mannens mat warit dessa insecter, ha sin största tilflygt dertil, at samma* kräk *äro en obrukelig och onaturlig mat: men om de til at styrka sin tro wilja fara hit til Egypten, Arabien eller Syrien, och hålla til godo en måltid med Araberne, så skola de än i dag bland landets rätter få et fat stekta gräshopper, den tid de* kunna *fångas: och efter al liknelse har samma spis wankat wid Johannis tid* &c. Enimvero, cum tanta sit inter magnos viros, vel de voce, vel de re ipsa, dissensio, parum mihi consulerem, si ex meo qualicunque arbitratu, aliquid iudicare vellem; vocabulum igitur barbarum, semel in Codice occurrens, transferre non ausus, ignorantiam eius originis & significatus profiteri, quam meæ coniecturæ quidquam tribuere, satius duxi.

n) Pro *haithiwisk* legitur in margine codicis *wilthi*, manu eadem vetusta & Gothica adscriptum, sed, quod semel circa lectiones extra contextum observare sufficiet, literis minusculis, iisque accuratissimis, *wilths*, *silvester*, *silvosus*: Anglo-S. *wild*, *wyld*: Suec *wild*. Confr. *Wacht.* Gloss. German. p. 1903.

o) J. & St. *thize ik*, *quorum ego*, quod refragatur sensui; recte autem B. *thizei*, *cuius*, ut etiam legit *Becanus* in *Gotho Danicis* p. 750.

*) Sustulimus exiguum typographi erratum apud St qui habet *anahnciwands*.

**) Et quidem hoc loco omnem Grammatices rationem negligentes legunt J. & St. *fram iohannes*: ita quoque inferius, v. 19. pro *iohanne*, *iohannes*: & v. 29 pro *iohannen*, *iohannes*: imo, c. 3, 17. pro *iohanne*, *iohannes*. Accurate vero exquisiteque genuinam lectionem sequitur B.

p) Codex habet in margine variantem lectionem *thukei wilda*, *te volui* ut Luc 3, 22 Ratione constructionis notandum est, pronomen primitivum secundæ personæ, postposita particula syllabica *ei*, vicem gerere pronominis relativi. vid. Luc. 3, 22. 16, 15.

q) Sic apud B. Falso autem J. & St. *atihdans*; sed mendosam lectionem optimi senes, per obscurum Codicis locum, literarumque, qua frequentius lapsi, similitudinem, sibi imponi passi sunt: atque hinc sane, vanam esse vocis derivationem a *tiuhan*, colligere licet. vid. Gloss. *Jun.* p. 70.

r) Non multum a vera lectione absunt J. & St. legentes *igwis* pro *igquis* vel *iggquis*, ut recte B. quod in hoc loco est Dativ. num. dualis a *git*, *vos duo*, σφῶι, σφῶ.

s) Codex geminatum habet *n* in *inugaggands*, & ita B. vid. quæ observavimus ad *inngaleithandans*. Matth. 7, 13. not. f.

t) Ita B. Confr. annotata, Matth. 8, 11. not. a.

*) Confr. *Fragm. Ulph.* ad Rom. 12, 4. o.

34. *uswarp. v)* *J.* & *St.* uswairp.
45. ith *is x)* usgaggands dugann merjan.

Cap. II:

12. jah *hauhidedun y)* mikiljandans goth. quithandans. *thathei z)* aiw ſwa ni *gaſeqhum. a)*
13. jah *galaith b)* aftra ſaur marein. jah *all manageins c)* iddjedun du imma. jah laiſida ins.
14. *alfaiaus. d)* *J.* & *St.* alfaius.
ibid. *usſtandands e)* *St.* usſtandans.

34. Eiecit.
45. At ille egreſſus cœpit prædicare.

Cap. II:

12. Et extollerent laudibus, magnificantes Deum, dicentes: nunquam ſic vidimus.
13 Et ambulabat iterum juxta mare, & omnes vulgo ibant ad illum, & docebat eos.
14. Alphæi.
ibid. Surgens.

v) Sic cum B. recte legimus: nam eſt quidem a *wairpan*, *jacere*, *projicere*, quod per proſtheſin & metatheſin, a Græc ῥιπὴ, *ictus*, *jactus*, *projectio*, derivat *Jun.* in Gloſſ. Goth. p. 389. At verba tertiæ coniugationis habentia *ai* in penultima infinitivi. formant præteritum, mutando *ai* in *a*, & abiiciendo ultimam, ut: *atbairan*, *offerre*, *atbar*, *obtulit*. Marc 6, 28. *fraihnan*, *interrogare*, *frah*, *interrogavit*. Math. 27, 11. *ſaiqhan*, *videre*, *ſaqh*, *vidit*. Joh. 6, 46. Confr. *Hickes.* Theſaur. in Gram. A. S. & M G. p. 55. 56. Gothi veteres hanc ἀκρίβειαν obſervarunt ſemper.

x) J & St. legunt *iaiſus*, in quo tamen, compendiaria vocis ſcribendi ratione decepti, aliquid humani patiuntur. Codex autem & B. recte *Is*, ſine ullo obliquæ lineæ veſtigio, velut notæ τȣ̃ *Iaiſus*, id quod ſenſus h l. admittere nequit. Notandum eſt de hoc vocabulo: 1) quod interdum etiamſi nunquam occurrat ſcriptum explicate, ſed conſtanter *Is* in Nominat. *Iuis* in Genitivo. *Iua* in Dat. vel Abl. & *Iu* in Accuſativo, negligatur tamen, incuria absque dubio amanuenſis, lineola illa transverſa: ut Marc. 2, 15. 9, 19. 39. 10, 18. 42. Luc. 8, 10. 50. & paſſim. 2) Quod male, ut videtur, pro *Ieſus* legatur *Iaiſus*, quum Gothi, ut obſervat *Mareſchall.* in Matth. 11, 16. Obſ. p. 405. & 406. fere ſemper, loco græcorum η ſubſtituant ſuum *e*: ſic Ἡρώδης eſt *Herodes*, Marc. 6, 20. Μαγδαληνὴ, *Magdalene*, Luc. 8, 2. Et porro, per ſuum *ai*, græcor. ε proferant, ut allatis exemplis monuimus. Matth. 10, 25. not. h. Aſt, quoniam in ſcriptura τȣ̃ *Ieſus* ſignanda, novitatem quandam reformidamus, & lectioni τȣ̃ *Iaiſus* ſatis ineſſe auctoritatis, ex uſu Cel. editorum recepto, reperimus, nihil in re non magni momenti variare voluimus.

y) Sic B. & J. recte St. male *haubidedun*.

z) Apud St. *thathei*, vitio typothetæ: nam aliis locis, cum B. & J. recte legit.

a) J. & St. perperam legunt *gaſeqhun*, at, quod haud velim diſſimulare, conſentiente codice Ms. qui ultimum vocis elementum per lineolam ſuper inductam, notam τȣ̃ *n*, & non τȣ̃ *m*, luculenter habet exaratum. Emendavit B. idque iure regularum grammatices, huiusque loci ſenſus genuini, quippe qui exigit *gaſeqhum*, *vidimus*, non *gaſeqhun*, *viderunt*.

b) Ita B. & J. Vitioſe St. *gelaith.* vid. quæ diximus, Matth. 7, 13. not. f.

c) Bene quidem editi *alla managei uſiddjedun*, & nihil heic inculcarem, quod abhorreret a lectione eorum, qui rationem grammatices rite obſervant, niſi veram codicis lectionem exhibere potius nobis eſſet Notamus itaque 1) quod in contextu legatur: *jah galaith aftra faur marein: jah laiſida ins*; in margine autem: *jah all manageins iddjedun du imma*, id quod errore ſcriptoris factum, ob eamque rationem ab editis in connexam & cohærentem inter ſe verborum ſeriem, probe eſt receptum: 2) quod *all* ponatur hoc in loco abſolute, & ex conſequenti genet. *manageins* gaudeat, ut, Matth 7, 17. *all bagme*, *omnis arbor*. Luc. 3, 6 *all leike*, *omnis caro*. Et hinc porro contendo, hoc vocabulum, etiamſi numeri ſingularis, velut notam multitudinis, cum verbo plur. *iddjedun*, rectiſſime iungi. Vid *Ed. Lye* Gram. Goth. p. 56.

d) Recte B *Alfaius* eſt caſus Nominat. *Alfaiaus* vero genitivi, ut *Paitrus*, *Paitraus*, *Filippus*, *Filippaus*, *Zakkaius*, *Zakkaiaus*, &c

e) B. & J. ita. Vitium eiusmodi antea ſuſtulimus. vid. Matth. 9, 30.

16. mit motarjam *jah frawaurhtaim f)* matjith.
19. und thatei mith im ist *bruthfaths. g)*
22. *balgins. h) J. & St.* baljins.
26. jah hlaibans *faurlageinais* *) matida.

Cap. III:

2. witaidedun imma *hailidedi i)* sabbato daga.
8. jah thai bi tyra *jah seidona. k)*
9. ei ni *thraiheina l)* ina.
13. jah *ustaig m)* in fairguni.
22. *iairusaulymai n) J.* iairusaulyma.
- - *Gajukom* Jun. *gajukon.*
23. *qhaiwa o)* mag satanas satanan uswairpan.
26. ni mag *gastandan p) ak andi q)* habaith.
32. *swistrjus. r) J. & St.* swistrjos.

16. Cum publicanis & peccatoribus edit.
19. Quandiu eum illis est sponsus.
22. Utres.
26. Et panes præpositionis edit.

Cap III:

2. Observabant eum (an) sanaret sabbatho.
8. Et qui circa Tyrum ac Sidonem.
9. Ne premerent eum.
13. Et ascendit in montem.
22 Ierosolyma.
- - Parabolis.
32. Quomodo potest satanas satanam eiicere?
26. Non potest stare, sed finem habet.
32. Sorores.

Cap.

---

f) Sic emendate editi: scriptoris incuriæ tribuenda codicis lectio: *jah fraaurhtaim;* deducitur enim a *frawaurkjan, peccare, prævaricari:* unde etiam *uswaurhtaus, justi,* vid versum 17. huius capitis.

g) J. & St. habent *sa bruthfaths;* articulum vero excludunt B. & Codex, ideoque non legit interpres: ὁ νυμφίος, neque τὸν νυμφίον, quod proxime sequitur.

h) Ita recte B. Mox, pro *baljeis* restituimus *balgeis.* Suec. *belg*, vel a *rotunditate* sic dictum, unde *boll, pila, bulla, panis rotundus,* item *scyphus rotundus; bällja, follis, folliculus; bälg, venter.* vid. edit. *Benz.* p 56. not. a. vel ab Isl. *bulgia, intumescere,* unde *bolja, unda, bolde, vomica.*

*) J. & St. *fauralageinais*, quod quidem perinde est; componitur enim ex *faur* vel *faura*, πρὸ, ἔμπροσθεν, *ante*, Suec. *för*, & *lagjan, ponere*: at codex ita. vid. Luc. 6, 4.

i) J. & St. addunt: *jau hailidedi:* sed *jau* abest a codice, ideoque recte omisit illud B. Conf. Luc. 6, 7.

k) Legit: οἱ περὶ Τύρον καὶ Σειδῶνα; perperam igitur editi: *jah bi seidona*, cuius præpositionis, neque vola, neque vestigium deprehenditur in codice.

l) Ita enim B. non *thraihainai*, ut: J. & St. Est enim tert. plur. imperf. coniunct à *threihan*, Anglos. *thriccan, thryccan*, Suec. *trenga, trycka.* Conf omnino *Wacht.* Gloss. Germ p. 310.

m) Sic, non *usstaig*, apud J. & St. etiamsi codex, plerisque locis, cum gemino *S* indolem compositi monstrante, ut Marc. 7, 24. 8, 31. Luc. 4, 39. ubi, pro *s* simplici, geminatum, auctoritate codicis, reddidimus editioni *Stiernh.*

n) B. & St. recte, nam *af*, quod proxime præcedit, non fert accusat. *Jairusaulyma.*

o) A. B. lectum est *qhe aiwa*, sed codex lectionem *qhaiwa* J. & St. tuetur: & sic quoque edit. *Benz.* Marc. 4, 40. Luc. 10, 26. Joh. 7, 15.

p) Editi: *ni mag standan*, & sic quidem recte v. 25. proxime antecedenti; sed heic, ingratiis codicis, extrudunt *ga*, augmentum Gothis admodum familiare, ut: *gahaban. tenere; gahailjan, sanare; gahrainjan, mundare; gateihan, nuntiare; gatiuhan, ducere* &c. Confr. Glossar. *Jun.* & *Stiernhelmii.*

q) B. & J. recte. Leve est, sed observo tamen, quod St. habeat *ah andi.* Anglo-S. quoque *ac* est *sed; nis his na oxa, ac hors; non bos est, sed equus.* vid. *Jun.* Gloss. p. 47.

r) Sic bene B. quod etiam probant exempla *brothrjus, fratres, sunjus, filii, aggiljus, angeli, thaurnjus, spinæ, lustjus, cupiditates.*

Cap. IV:

3. *urrann. s)* St. urran.
7. jah fum gadraus in *thaurnuns. t)*
11. *ja naim. v)* St. jainam.
15. aththan thai withra *wig x)* find.
16. *thaiei y)* than hausjand thata waurd fums mith *fahedai z)* nimand ita.
17. thathroh bi the quimith *aglo a) aiththau b) wrakja c)* in this waurdis.
19. jah *faurgos d)* thizos libainais.
ibid. lustjus *innatgaggandans e) afqhaujand f)* thata waurd.

Cap. IV:

3. Exiit.
7. Et aliquid cecidit in fpinas.
11. Iis.
15. Sed qui fecundum viam funt
16. Qui cum audiunt verbum, protinus cum lætitia excipiunt illud.
17. Deinde cum venit moleftia & infectatio propter verbum.
19. Et folicitudines vitæ huius.
ibid. Cupiditates introeuntes fuffocant verdum.

31.

---

s) Recte cum gemino *n* B & J. Defcendit enim ab *us*, quod, cum verbis incipientibus ab *r* præfigitur, euphoniæ gratia, mutatur in *ur*, & *rinnan*, *ire*, *currere*, *manare*. Nuper apud St. emendavimus v. 6. eandem vocem, & v. 8. *urrinnando.*

t) St. habet *thaurnus*, mendo typothetico; nam recte paullo infra v. 18. *thaurnuns.*

v) Recte fe habet apud J. & B.

x) Abfurda eft lectio J. & St. withra wigs: withra conftanter gaudet accufativo; fed wigs eft cafus nominat. Joh. 14, 6. Emendate legitur apud B. & fic bene. Luc. 8, 12.

y) B. recte. J. & St. *thaei*, quod antea reiecimus. Matth. 11, 8. not. *n*.

z) Sic omnino B. & J. St. *fahelai*, quod indoctis tribuimus librarii manibus; recte enim in Gloffario, etfi illic, etiam errore typographi, *faheidai*, *faheds*, *gaudium*, Luc. 1, 14 unde Schiltero derivata videntur *fagan*, *gaudio afficere*, & *faginon*, *gaudere*. vid Gloff. Teuton. p. 364. Alaman. *gifeho* eft *lætitia*, *gifehan*, *gaudere*, quo utroque nunc Germani carent. Tatian. 4, 4. de Johanne in utero: *gifah in gifehan* kind *in minemo reve*, *exultavit in gaudio infans in utero meo*. Cuncta à Suec. *fä*, *fänga* accipere deducit *Stiernh.* Gloffar. pag. 37 38.

a) J. & St. incuriæ typothetæ debent vitiofum vocabulum *algo*, quod emendavit B.

b) Ita J. & B St. *aithau*, male.

c) Legunt quidem editi *wrakjai*, fed non fuffulciuntur auctoritate codicis, qui *i* terminans non exhibet: & fic recte *Stiernh.* in Gloffario p. 148. Thema *wrikan*, *perfequi*.

d) Editi legunt *faurjos*, quod codex non agnofcit. Confr. Matth. 6, 28. n. *a*.

e) Sic accurate B. & J. St. *inatgaggandans*: & codex incuria fcriptoris, *innatgaggandans*. Vide, quæ diximus ad Matth. 7, 13. not. *f*. 27, 53 not. *e*.

f) Hæc quidem lectio codicis & B. *Junii & St. afqhapjand*: utra autem virgulam mereatur cenforiam, dicere non audeo Rev. *Benzelio* in librarium, quem dicit nonnunquam erraffe, pro *u* fcribendo *p*, idque ipfum emendaffe nonnullis locis, culpam placuit transferre, & porro contendere, effe ipfam vocem Suecicam *qvewja*, *förqvewja*, *fuffocare*, unde vulgi *kävan*, *afthma*. vid. edit. *Benz.* p 63. n. c. Id ultro viro maximo, quippe cui fafces, in hoc ftudiorum genere, nemo non lubenter fubmittit, largimur, quod *afqhaujan* affinitatem habeat manifeftam cum voce Suecica, quam in τῷ *afqhapjan* quivis facile agnoverit: ut adeo de etymologica vocis ratione nihil; de orthographica vero aliquantum fuperfit dubitationis. Ambiguam effe fcriptoris Gothici mentem, fi emendatio alioquin tribuenda fit illi, vel exinde colligere poffumus certiffime: 1, quod, fi codicem infpicere placeat, quoties occurrit *afqhaujan*, cum *u*, veftigia τῦ p deleti videantur clariffime, ut: Marc. 4, 7. 5, 13. integra autem vocis fcriptura nuspiam. 2) Quod *afqhapjan* cum *P* luculenter, & fine ulla emendatione occurrat frequentius, ut: Marc 9, 43. 45. 46. 48. Luc. 8, 14. & paffim. Incertum igitur, utra fcriptio & lectio fit præferenda; verior tamen videtur per *p*; nam

fic

31. ſwe *kaurno g)* ſinapis.
33. managaim *gajukom h)* rodida.

Cap. V:

4. jah manna ni mahta ina *gatamjan.* *)
6. *gaſaiqhands i)* than iaiſu fairrathro.
13. weſun uththan ſwe twos *thuſundjos. k)*
14. jah gataihun in baurg jah in *haimom. l)*
15. gaſaiqhand thana wodan ſitandan jah *gawaſidana. m)*
31. ſaiqhis tho managein threihandein *thuk. n)*
38. gretandans jah *waifairqhjandans o)* filu.
42. usgeisnodedun *faurhtein p)* mikilai.

Cap. VI:

8. *nih q)* hlaif. nih in gairdos aiz.
10. thar ſaljaith unte *usgaggaith. r)*
11. usgaggandans *jainthro s)* ushrisjaith mulda tho *undaro t)* fotum izwaraim.
ibid. *ſutizo v)* St. ſuntizo.

31. Sicut granum ſinapis.
33. Multis ſimilitudinibus loquebatur.

Cap. V:

4. Et nemo potuit eum domare.
6. Videns autem Jeſum procul.
13. Erant autem circiter duo millia.
14. Et nuntiarunt in urbe & in agris.
15. Vident furentem illum ſedentem, & veſtitum.
31. Vides turbam prementem te.
38. Flentes & perquam lugubriter eiulantes.
42. Obſtupuerunt metu magno.

Cap. VI:

8. Non panem, non in crumena æs.
10. Illic manete, donec exieritis.
11. Egreſſi illinc excutite pulverem, qui ſub pedibus veſtris.
Ibid. Mitius.

ſic, permutatis unius organi literis *p* & *f*, habemus *qvăfja*, *förqvăfja*, *ſuffocare*, prout conſuetudo ſcribendi hodie merito obtinuit. Ceteroquin obſervandum, quod *Mareſchal.* neſcio quam vere, græcum putet ab ἐπνίγοντο. Vid. Obſerv p. 449.

g) Recte B. & J. Apud St. emendavimus vitium typogr. *kauron.*

h) Eadem ratio eſt vocis *gajuko*, apud St. quam emendatam habet B. & recte J.

*) Codex in margine adpoſitam habet variantem lectionem *gabindan.*

i) Bene editi. Amanuenſis præter conſuetudinem: *gaiſaiqhans.*

k) Vitioſe legunt J. & St. *thuſudjos*; probe autem B. *twos thuſundjos*, *twă tuſende.* Majores noſtri propius ad dialectum Moeſo-G. dixere *Tushundrud*, quaſi *Tiugs hundrud*, hoc eſt *decies centum.* *Tiug* enim *decada* notat.

l) Ita recte B. non *haimon*, ut J. & St. Ablativus enim numeri multitudinis ſemper terminatur in *m*, ſic nuperrime cap. 4, 33 *gajukom.* De hac voce prolixe egit Nob. *Stiernh.* in Gloſſar. p. 82.

m) Ex regulis grammatices ita legi debet, cum codice. In editis exſtat *gawaſidanan*; ſed reclamat locus parallelus, Luc. 8, 35. qui recte ſe habet, qua terminationem, licet J. & St. corrumpendo ſyllabam penultimam, admittant *gawaſidona.*

n) Sic B. Perperam vero J. & St. *thus*: nam *threihan* poſtulat accuſat non dativum, Vide quæ diximus ſupra cap. 3, 9. not. *l.*

o) Recte B. & J. St. *waifarqhjandans*, rectius in Gloſſario. Familiam huius vocabuli adhuc quærimus.

p) J. & St. *faurhteni.* B. emendate. De hac voce conf *Junii* Gloſſ. ubi omnia diligentiſſime perſequitur, & *Wacht.* Gloſſ. Germ. p. 505.

q) Idem B. J. & St *ni*, quod quidem perinde eſt; nam codex utrumque tuetur.

r) Editi ſilentio prætermittunt errorem amanuenſis, qui feſtinanter ſcripſit *usgaggaggaith.*

s) B. & J. ita. St. *janthro*, quod vitium eſt typotheticum.

t) B. conſentit. J. autem & St. *undar*, quod aliis locis occurrit.

v) Merum librarii mendum, ut patet ex accuratiori vocis ſcriptura, in Gloſſario.

ibid.

ibid. thau thizai baurg *jainai. x)* — Ibid. Quam urbi illi.

15. *thatei. y)* St. thatai. — 15. Quod

16. thammei ik haubith afmaimait *iohanne. z)* ſa iſt. *Jah a)* urrais. — 16. Cui ego caput abſcidi, Johannes, ille eſt, ille ſurrexit.

17. in hairodiadins quenais filippaus *brothrs b)* ſeinis — 17. Propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui.

19. ith ſo herodianai *ſwor c)* imma. — 19. Sed Herodias inſidiabatur ei.

20. unte *herodis d)* ohta ſis iohannen. — 20. Quia Herodes metuebat Johannem.

27. *inſandjands e)* ſa thiudans *ſpaikulatur. f)* — 27. Mittens Rex ſpiculatorem.

ibid. *afmaimait. g)* St. afmaimat. — Ibid. Abſcidit.

28. jah atgaf ita *thizai h)* maujai. — 29. Et dedit illud puellæ.

Cap. VII:

2. *unthwahanaim. i) J. & St.* unthwaihanaim. — 2. Illotis.

5.

---

x) Rectius habent editi, quam ipſe codex, cui, contra ſcribendi rationem, eſt *janai.*

y) Sic B. & J. *thatai* eſt vox ſpuria, quæ nullo idoneo nititur fundamento.

z) J. & St. codicis aſſenſu deſtituti, legunt *iohannes*, eam, ni fallor, ob cauſam, quod *s* deliteſcere in ſequenti *ſa*, minus recte putarunt, atque adeo connexionem τοῦ *thammei* & τοῦ *iohanne* abſciſſam voluerunt. B. recte.

a) Codicem ſequuntur B. & J. At St legit *jah, et*, quod non convenit cum Gr. αὐτὸς ἠγέρθη.

b) B. ita J. & St. *brothr ſeinis*, quod aures non minus feriret Gothicas, ac latinas, ſi diceres: *Frater ſui.*

c) Hæc eſt genuina quidem, quam probe exhibent editi, codicis lectio; ſed illa tamen adeo perplexa, ut quomodo ſe inde expedirent, eruditi ægre invenerint. Nos vero, quum nil dicendum habeamus, quod indictum ſit prius, ſatis habebimus verba afferre *Edv. Lye*, viri linguæ M. Gothicæ callentiſſimi, quæ in nuperæ editionis annotationibus ad h. l extant: „*herodiana ſwor* vi„tioſe eſſe ſcripta, inquit, nullus dubito, quæ pace viri incomparabilis (Rev. *Benzelium* loquitur,) „hoc modo refingerem, *herodias ſaiſwor*, non a *ſwaran* (ut exiſtimavit B.) ſed a *ſweran;* ut *taitok* a „*tekan, lailot* a *letan* &c. Huic reſpondet Anglo-Saxonicum *ſyrvan* vel *ſyran*. *inſidiari, ſtruere* „*inſidias. the ær him his feorh ſyredon, qui prius in necem ſuam conſpiraverant;* Bedæ H. E. II. 9. „Boëth. p. 33. *he hine het ſecgan hvæt his geveran væron the mid him ymbe ſæredon.* Anglo-Saxo„nica verſio habet *ſyrvde.* Vid edit. *Benz.* p. 79. not. a.

d) J. & St. *herodes*, quod correxit B. Utrique lectioni favet L. M. Gothica. vid. ſupra v. 16. & infra v. 21.

e) Recte B. J. & St. *inſandjans.*

f) B. & J. bene. St. *ſpaiculatur;* ſed lingua M. Goth. ignorat elementum *c*, ut ex Alphabeto colligitur. De ipſa voce eleganter agit Nob. St. in Gloſſario p. 130.

g) Sic B. & J. Thema eſt *maitan, ſcindere*, non *matan.*

h) Ita B. Errant J. & St. legendo: *thize maujai; thize* enim eſt genitivus plur. *maujai* autem caſus tertius, num. ſingularis

i) B. recte. Etenim *thwahan, lavare*, non *thwaihan.* Suec. *Tvätta, tvă, unthwahans, illotus, otvättad, otvagen. gagg afthwahan, gack och tvätta dig.* Joh. 9, 11. Familiam vocis habet *Jun.* in Gloſſ. p. 356.

5. *thathroh. k) J. & St.* thathro.
9. Fastaith. St. Fastaih.
10. Saei ubilquithai attin seinamma aiththau aithein *seinai. l)*
11. *thisqhah m)* thatei us mis gabatnis.
13. blauthjandans waurd goths *thizai anabusnai izwarai thoci n)* anafulhuth. *jah galeik o)* swaleikata manag taujith.
15. *niwaihts p) ist usathro q)* manns inngaggando in ina *thatei magi r)* ina gamanjan. ak thata *usgaggando s) usmann t) thata ist thata gamainjando mannan. v)*
17. jah than galaith in gard *us thizai managein frehun ina siponjos is bi tho*

5. Postea.
9. Serveris.
10. Qui maledixerit patri suo aut matri suæ.
11. Quocunque a me juvareris.
13. Abrogantes verbum Dei, mandato vestro, quod tradidistis. Et similia hujusmodi multa facitis.
15. Nihil est extra hominem, ingrediens in eum, quod possit eum polluere; sed quod egrediens ex homine, id est quod polluens hominem.
17. Et cum introisset in domum, a turba, interrogaverunt eum discipuli eius de similitudine.

18.

---

k) Similiter B. Ea enim est vocis ratio, quantum observare licuit, ut *thatroh* respondeat græcorum εἶτα, ἔπειτα, *deinde, postea: thatro* autem, graec. ἐντεῦθεν, *hinc.* Confr *Jun.* Glossar. p 345.

l) Editi contra codicis suffragium & regulas grammat. *aithein seina, matri suam.* B. in notula subiuncta, *seinai* legendum recte monet, & id revera habet codex.

m) Sic divisim legit B & bene. J & St. coniuncte *thisqhathatei,* & omittunt *h* in fine syllabae antepenultimae, quod apud St. observatur etiam Joh 16, 23

n) Haec verba legere non potuerunt J & St. sed Rev. *Benzelio* supplenda reliquerunt: & prius licet, quam nobis videre contigit editionem *Benz.* ex codice *Ms* eadem legerimus; restitutum tamen hunc locum eruditus orbis Reverendiss Praesuli unice acceptum referat

o) J & St. *jah anthar galeik,* & sic quidem codex, praecedenti v. 8 unde etiam, hoc loco, eandem lectionem illos retinuisse coniicere licet; sed *anthar* ad sensum velut necessarium supponere, codice reclamante, quae nos evincant, desunt omnino rationes: recte igitur vocem supposititiam extrusit B. nec est, quod adfirmet *Edw. Lye* eadem esse verba Gothica utrobique. Vid. Edit. *Benz.* p. 83. not a.

p) Editi habent *niwaiht,* sed perperam: hoc enim accusativi casus est, sed *s* finale arguit nominativum. Cfr. Joh. 8, 54. vox composita est, ex *ni,* particula negativa, & *waiht, res quævis, aliquid:* confr. *Jun.* Glossarium p. 270. Nobis *watta,* unde *intwet & intet, nihil.*

q) Editi legunt *uzathro,* sed vitiose: codex tuetur nostram lectionem infra v. 18.

r) Sic iterum reddidimus ex codice *Ms.* dissentientem ab editis lectionem: habent *mag, potest,* quod est tertia pers. num. sing. praes. indicativi; *magi* autem eiusdem pers & numeri, sed modi subiunct. Vid. Marc. 9, 39.

s) In editis legitur *usgaggando,* quod quidem aeque codici probatur. Vid. Luc. 7, 12. & quae observavimus ad Matth. 11, 5. not. k.

t) Legit ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, & sic codex Cantabrigiensis, qui Bezæ fuit: vid. Nov. Test. ex editione G. D. T. M. D. p. m 89 J. & St perperam *af ina,* quod emendavit B. ex regulis Grammat. non vero ex auctoritate codicis *Ms.* substituendo: *af imma.*

v) Legit cum editis ἐκεῖνα ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. Editi: *thata mag ina gamainjan, id potest eum polluere; gamainjan* affine videtur Germanorum *gemein,* nostroque *menlig, profanus, immundus:* (cfr latinorum *munis* in *communis,* & obsoleto *munico* apud *Festum,* quod est κοινοῦν.) Sic v. huius capit. 2. *gamainja handus,* Luthero est *gemeine hand:* confr. *Wacht.* Gloss. Germ. p. 555. & Glossarium *Schilterianum* p. 578. *Edv. Lye* in gram. Gothica p. 49. arbitratur quidem, *ga* in *gamainjan*

18. *gajukon. jah quath du im. swa jah jus inwitans x) sijuth. ni frathjith thammei all thata utathro ingaggando. y) in mannan ni mag ina*
19. *gamainjan: unte ni galeithith imma in hairto ak in wamba jah in urrunsa z) usgaggith *)* gahraineith allans matins.
26. was uththan so quino haithno *sauri-nisynikiska a) gabaurthai.*
ib. *dauhtr. b) J.* dauhtar. *St.* dauthar.
31. af *markom. c) J. & St.* af markon.
ibid. *mith tweihnaim d)* markom daikapaulaios.
33. jah *speiwands e)* attaitok tuggon is.

Cap. VIII:

6. jah anabauth *thizai managein f)* anakumbjan ana airthai.

18. Et dixit ad illos: sic & vos inscii estis? Non intelligitis, quod quodcunque extrinsecus ingrediens in hominem non potest
19. cum polluere: non enim intrat illi in cor, sed in ventrem & in latrinam exit, purgat omnes cibos.
26 Erat autem hæc mulier ethnica, syrophœnicissa nativitate.
ibid. Filia.
31. Ex finibus.
ibid. Per medium decapoleos.
33. Et spuens tetigit linguam eius.

Cap. VIII:

6. Et jussit multitudinem discumbere super terra.

mainjan esse partem verbi essentialem; sed quum adsertionis suae, contra *Hickes.* in Thesauro & Gram. A. S. & M. G. p. 45. rationem dederit nullam, praeter unicum ex huius capit. v. 23. exemplum τῦ *gagamainjand*, hoc vero valde nobis sit suspectum, ipsi facile non subscribimus.

x) *Inwitans*, *inscii*: mallem, *unwitans*; habemus enim infra v. 22. *unwiti*, *inscitia*: non audemus tamen hoc damnare; nam *in* idem interdum in codice valet ac *un*, eandemque significationem habet ac Græc. ἀ, & lat. *in* & *im*, adeoque vel substantivis vel adiectivis præfixum negandi vim habet, v. g. *inwindans*, *injusti*, *inwinditha*, *injustitia*. Gloss. Keron. *absurdum eingilih*, *alium einlihhan*, id est, *dissimilem*: confr. *Wacht.* Prolegom. Glossar Germ. Sect V. *witan*, *scire*, *noscere*, *intelligere*, Suec. *weta*: hinc, *inwitan* vel *unwitan*, *nescire*, *icke weta*, *inwitands* vel *unwitands*, *som intet wet*, *wanwetting*: Vid. *Jun.* Glossar p. 406.

y) Subintelligitur *ist*: & eiusmodi elliptica loquendi formula, apud M. Gothos, non raro occurrit: vid. *Hickes.* l. c. p. 77.

z) *In urrunsa*, *in latrinam.* Descendit ab *us*, quod vid cap. 4, 3. not. *s.* & *rinnan*, *fluere*, *manare*: Græc. ῥέειν, ῥεῖν, Suec. *rinna*, *runs*; *fluxus*, Luc. 8, 44 Helvetius adhuc *runs*, *fluxus*, *alveus*, *flumenque rivi* est, teste *Spiesero* in Lex. Univer. confr. Glossar. *Schilterianum* p. 685. & 693. *urruns* notat etiam *orientem*: *fram urrunsa*, *ab oriente.* Matth. 8, 11. Vid Glossar. *Jun.* p 370.

*) Hosce tres versiculos, lectu sane difficillimos, & etiam a Reverendiss. B. omissos, tandem beneficio Codicis *Ms.* restituimus.

a) B. habet *sauraisynikiska*, J. & St. *sauraisyniska.*

b) Recte B. nec aliter fert grammatices ratio in casibus obliquis, & sic infra v. 29.

c) Iterum probe B. *af*, praepositio, semper construitur cum Ablativo. *Markos*, *limites*, *fines*, *termini*, Suec. *mark.* Ex hac voce deductum opinatur nobiliss. *Stiernhielmius* nomen *Mercurii*: vide, si placet, Glossarium p. 112.

d) Rectius, divisis vocibus, habet B. Est enim *mith* praepositio, & *tweihnaim* Abl casus num. card. *twai*, *twos*, *twa*, *duo*, *duæ*, *duo*: coniunctis igitur perperam J. & St. *mithtweihnaim*: observatur deinceps, quod St. habeat *tweihnam.* Cfr. Fragmenta Ulph in indice ad v *misso.*

e) Codex habet *spewands*, sed error est librarii, quem bene emendarunt editi, ex locis genuinis, Marc. 8, 23. 14, 65. *jah dugunnun speiwan*: Suec. *och begynte at spotta.* De vocis origine & familia audiendus est *Wacht.* in Gloss. p. 1559.

f) Sic B Incommode autem J & St *thize managein*; *thize* enim est ὧν, *managein* autem gen. femin. & h. l. casus Dativ. numeri singularis.

12. qha thata *kuni g)* taikn sokeith. amen quitha izwis jabai *gibaidau h)* kunja thamma taikne.
20. *usnemuth. i) J. & St.* usnemith.
26. in *thamma k)* wehsa.
28. sumaih *than l)* ainana praufete.
33. *andbait m)* paitru. *St.* andbaith.
36. qha auk *boteith n)* mannan jabai gageigaith thana fairqhu *allana. o)*
38. In wulthau attins *seinis. p)*

Cap. IX:

3. jah wastjos is waurthun *glitmunjandeins. qheitos swe snaiws q)* swaleikos swe *wullareis r)* ana airthai ni mag gaqheitjan.

12. Quid, hoc genus signum quærit. Amen dico vobis, si detur generi huic (aliquod) signorum.
20. Sustulistis.
26. In hoc vico.
28. Quidam vero unum prophetarum.
33. Increpavit Petrum.
36. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum?
38. In gloria patris sui.

Cap. IX:

3. Et vestimenta eius facta sunt splendentia, alba sicut nix, qualia fullo in terra non potest dealbare.

9.

---

g) Emendate legit B. vitiose J & St *kun.* Sic quoque male infra Cap 9, 19. pro *kuni* habent *kunni,* id quod simul observes Luc. 9. 43. Probe autem Luc. 3, 7. *kuni*, *genus*, *progenies*, Isl. *kyn,* Suec. *kön*, Anglo-Sax. *cynne*, Franc. & Alam *kunn*, *chunn*, *chunne*, *chunni*, *kunni.* Vid *Schilt.* Glossar. Teut p. 176. His consentit graec. *γένος*, *genus* Omnia deducit *Junius* a *cennan*, *gignere*, graec. *γεννᾶν*. Confr. Gloss Goth p. 223.

h) Haec vera & genuina codicis MS. lectio, non *gibaid*, quae B. nec *gibaidi*, quae J. & St Rev. B. dum Junianam lectionem reiicit, suam ipsius nec satis probat, utpote quam genio L. contrariam esse, pro suo acumine vidit cfr Ed. B p. 90 n a

i) Ita B. & recte; nam *usnemith* genio Linguæ adversatur. v. Schema verborum tertiæ conj.

k) J. & St. *thammah*, sed *h* in fine tolli jubet consuetudo amanuensis Gothici continua; B. igitur recte sine *h*.

l) B. & J. similiter. Apud St. *thain*, errore typographi.

m) Recte B. & J Non *andbaith*, exstat enim v. 32. proxime præcedenti *andbeitan*, & cap. 1, 25. *andbait.* Vocabulum cognationem habere videtur cum Isl. *avita*, *increpare*, & *avit*, *increpatio.* Nonnullis descendere creditur ab *and εἰς*, *ἐπὶ*, *in*, & *beitan*, cui affine Anglosax. *beatan*, *beotjan*, *cædere*, *minitari*, & Suec. *bita*, *mordere*; *cum*, ut verbis utar Junianis, *omnis increpatio ac reprehensio*, *quædam sit velut morsicatio*: vid. Gloss. Goth p. 58 coll. cum Gloss. Nobiliss. *Ssiernh.* p. 13.

n) Sic recte B. & J. St. *botheith*, sed *h* prius, errore librarii, interpositum esse, ex Glossario constat.

o) J. & St *allama*, quod, si requireret constructio, foret *allamma*; casus autem tertius perperam iungitur accusativo: *thana fairqhu*; legendum igitur cum codice & B. *allana.*

p) St habet *seinins*, mendo typothetico. Recte B. & *Junius.*

q) Codicis Ms. suffragio nititur hæc lectio, cui ex coniectura ingeniosa Reverendiss *Benzelius* album calculum addit: retinet nihilominus in contextu lectionem J. & St. *jah wastjos is waurthun glitmunjande. swa qheitos swe snaiws. swa* & *swe* perinde coniunguntur apud M. Gothos, ac apud latinos, *sic* & *ut*, & apud nos, *så* & *som*: occurrit tamen *swe*, absolute positum, non hoc loco tantum, sed nonnullis etiam aliis, v. g. Matth 10, 25. Marc. 1, 10. De voce *glitmunjandeins* ingratæ non erunt quærenti solidiores Nobiliss. *Stiernh.* observationes, Glossar. Ulphila Goth. p. 73. & 74.

r) Nostræ lectioni iterum adversatur editorom: *wuslareis*, quam non quidem miramur, quum codex h. l. sit vetustate admodum corruptus: centunculis autem compositis, omnique adhibita oculorum acie, vestigia gemini *ll* tandem indubia invenimus. *wullareis* vero eiusdem familiæ vocem esse, ac latinorum *fullo*, facile perspexerit lector: w non raro in *f* sub acriori pronunciatione

tran-

9. ei *mannhun s)* ni spillodedeina *thatei t)* gaseqhun.
19. und qha *thulau v)* izwis.
20. driusands ana airtha. *walwisoda qhathjands. x)*
28. Veis ni *mahtedun. xx)*
32. ith eis ni *frothun y)* thamma waurda.

35. *atwopida. z) St.* otwopida.
42. ei galagjaidau asiluquairnus ana *balsaggan a)* is. jah *frawaurpans b)* wesi in marein.

9. Ne cuiquam narrarent quod viderant.

19. Usque quo tolerabo vos?
20. Cadens super terram volutabatur spumans.
28. Nos non potuimus.
32. Sed illi non intellexerunt hunc sermonem.
35. Arcessivit.
42. Ut imponatur lapis molaris collo eius, & mittatur in mare.

transeunte. Observo hac occasione, inde fortassis esse, quod argillam, qua utuntur pannifices; quæque Germanice *Walker Erde*, nominat. alibi *Füllerde* appelletur. Porro quum fullonum esset, vestes polire, illisque candorem ita inducere, ut fulgerent, eruditis judicandum relinquo, annon originem vocis prodant Ulphilana *wulthus*, *fulgor* Luc. 2, 9. *wulthagaim*, *splendidis*, Luc. 7, 25. *wulthaga*, *splendida* Luc. 5, 26. Cum quibus conferri meretur A. S. *gewuldrad*, *clarificatus*, apud *Stiernhelmium*. Quod enim vulgo a *fovendis vestibus* fullones dictos docent etymologi, insipidum est.

s) Sine consensu Codicis editi: *manhun*. vid. quæ diximus Matth. 8, 4. not. m.

t) Recte B. & J. St *thetei*, vox, quæ incuriam librarii & ignorantiam prodit.

v) J. & St. legunt *thuldu*, quod duplici nomine vitiosum. Etenim 1) si ratio sensus & analogiæ haberetur, foret *thuldau*: at 2) nullum est in codice argenteo exemplum, quod veteres Gothi scripserint *thuldan*; unum vero alterumve, quod *thulan* illis familiare fuisse, demonstrat. Sic Marc. 5, 26. *gathulandei* Luc. 17, 25. *gathulan*, 8, 15. in *thulainai*, pro quo mendose editi *in thuldinai*, etiamsi, ut quod res est dicam, ex Edit. *Benz.* p. 218. not b satis constet, reverendiss. *Benz.* pro more solito, id est, acutissime, veriorem quidem putasse lectionem τῆ *thulainai*, eandem tamen sequi, de loco codicis perobscuro paullulum incertum, noluisse. Adstipulantur pleræque linguæ cognatæ, & inter illas nostra hodie quoque: *tåla*, *pati*, *patienter ferre*. Ceteroquin consulendus *Jun.* in Gloss. Goth. p. 356. Scripturam igitur vocis apud M Gothos ancipitem fuisse, ceu persuasum est *Edw. Lye*, in observatione ad locum citatum *Benz.* non liquet.

x) Sic B. J. & St *walwinoda kaqhjands*, quæ lectio spuria, vel correctori, vel typothetæ, partem maximam, tribuenda; rectius enim in Glossariis: vid. *Jun.* p 277. & *Stiernh.* p. 96. 142. *walwjan*, *volvere*, *volutare*, Suec. *wälta*, *wältra*, *qhathjan spumare; qhatho*, *spuma*, occurrit in casu ablativ. Luc. 9, 39. Observamus, quod Edda Snorronis Sturl. tradat mythol. LX hominem quendam ex sputo deorum creatum fuisse, cui *kuaser* nomen fuerit: quod nomen *Hickes.* a *quædda*, quasi *kuadser* vel *kuædser*, i e. *kuæds-wer; vir cantus*, derivat. Gram. Anglos. & M. Goth. p. 101. Heic autem veriorem originem reperire licet.

xx) Ita editi omnes, sed perperam, ipse codex habet *mahtedun*.

y) Emendavit B. lectionem *Junii & Stiernh. frodun;* thema enim est *frathjan*, quod a φράδη, *prudentia*, *cognitio* latinorum, *prudens*, & Isl. *frodur*, *sapiens*, non multum abludunt. Confr. *Stiernh.* Gloss Ulphila Goth. p. 51.

z) Recte B & J. Apud *Stiernh.* manifestum typographi vitium est.

a) Stiernh. halsaggan, iterum error typographicus, nam probe in Gloss. *balsaggan*, & sic B & J.

b) J. & St. *frawairpans*, quod repugnat analogiæ Matth. 9, 36. B. recte. Et sic quoque J. & St. in Glossariis.

43. jah *jabai marzjai c)* thuk handus theina *afmait d)* tho.
ibid. *thau. e)* *St.* than.
45. gawairpan in *gaiainan. f)*
49. qharjatoh *hunfle g)* falta faltada.

Cap. X:

8. jah fijaina tho twa du *leika famin. h)*
11. fa *qhazuh. i)* *St.* fa qhafuh.
12. *horinoth k).* *St.* horinnoth.
13. atberun du imma barna. ei *attaitoki l)* im.
14. letith tho *barna m)* gaggan du mis.

43. Et fi fcandalizaverit te manus tua, abfcinde eam.
ibid. Quam.
45. Proiici in gehennan.
49. Quælibet victimarum fale falietur.

Cap. X:

8. Et erunt hi duo in carnem eandem.
11. Quicunque.
12. Adulterat.
13. Obtulerunt ei infantes, ut tangeret eos.
14. Sinite infantes ire ad me.

14.

---

c) Ita B. & J. In *Stiernh.* vero typothetæ incuria iterum graffata eft, ideoque habet *jarbimazjai* in contextu; rectius autem in Gloffario, quod alias quoque maiorem præ fe fert accuraiionem, *marzjan, fcandalizare,* eiusdem familiæ, ac Bohem. *mrzeti, tædium & moleftiam afferre,* docet *Wacht.* in Differt de lingua codicis Argentei, quam vide in Mifcellaneorum Berolinenf. Contin. prima, p. 44.

d) B. & J. ita. St. *afmaith*; bene autem in Gloffario p. 3.

e) B. & J. recte, & fic quidem St infra, v. 45. & 47.

f) J. & St. *gaiainnin*, quod correxit B. vid. v. 43. & 47. Confirmat alioqui vox, quæ de confuetudine veterum Gothorum proferendi græc. ε diximus ad Matth. 10, 25. not. *h.* & Marc. 1, 45. not. *x.*

g) B. & J. bene. St. *hunfe*, vox fpuria. *hunfl, facrificium,* Anglofax. *hufl*, idem, *huflgang, Eucharifliæ perceptio*: vid. Gloffarium *Stiernh.* p. 93. Sunt qui credant, *hufl* & *hunfl* depravatum a lat. *hoftia*, alii alia tradunt. Cfr. *Stiernhielm.* in indice ad leges Weftrogothicas.

h) Sic omnino codex Ms. idque regulis Grammatices convenienter. Locum fortaffe examinarunt feftinanter J. & St. ideoque perplexam lectionem exhibent: *du laikas ain.* Rev *Benz.* adftipulatur; diffidet autem *Hickef.* in Thefauro & gram. A. S. & M. Goth. p. 81. legendo: *du leika ainamma. leik*, Anglofax. *lic* triplicem fignificationem admittit; notat enim *carnem*, Joh. 8, 15. *corpus animatum*, Luc. 3, 22. & *cadaver*, Luc 17, 37. Ultimum fignificatum hodiernus apud nos ufus retinet, intermedius nec nobis peregrinus eft; inde quippe habemus *liktorn, clavus pedum*, *likmafk, cancer*, quafi vermis, corpus hominis peredens, *likwara*, in legg Gotl. pro *indufio* aut *veftimento*, a *lik* corpus & *wara, tegere, confervare* Hinc *lekamen*, *corpus*, derivat Nobiliffim. *Stiernhielmius*, quae vox tamen non nifi in Ecclefiafticis ufurpatur Vid. Gloff. Ulphila Goth. p. 107. Plura defideranti cumulatiffime fatisfaciet *Wacht.* Gloffar. German. p. 951. feq *Samo*, nominat. cafus gen. neutr. Matth. 5, 46. 47. Gothis idem eft ac *fylf* & *ylca* Anglof. τὸ αὐτὸ graecis, & Suec. *det famma. Sama*, eft mafc. gen. Confr. *Hickef.* l. c. p. 26.

i) B & J. ita, nec in codice aliter fcriptum occurrit.

k) Recte iterum B. & J. quin & St. in Gloffario. *horinon, moechari*, Matth. 5, 32. Suec. *hora, meretricari. En hora, meretrix*, ab *hueren*, Suec. *hyra, mercede conducere.* Confr. *Jun.* Gloff. Goth. p. 200. ubi omnia diligentiffime adnotavit.

l) J. & St. contra regulas fyntacticas: *ei attaitok*; *ei* enim fubiectivum regit, *attaitok* autem eft modi Indicativi. Marc. 8, 22 etfi non diffitear, effe, ubi *ei* cum indicativo iungatur. v. Joh. 9, 2. 25. Recte B. Confr quae obfervavimus Matth. 9, 21.

m) Sic probe B cum codice, obfervat numerum multitudinis, graec. τὰ παιδία. Vitiofe autem J. & St. *tho barn*, graec. τὸ παιδίον. Bene confentiunt linguae cognatae cum veterum Gothorum *barn, filius, puer, infans, parvulus utriusque fexus*, cuius diminutiv. eft *barnilo, filiolus*; fed varius varie deducitur: nempe *Jun.* & St. a *bæren, parere, gignere*, Suec. *båra*: *Goldafto* a *baren, liberare*: *Palthenio* a *bar, vir*: aliis a בר *filius*. Vid. *Wacht.* l. c. p. 123.

17. *knufsjands. n)* *St.* knusjads.
24. quath *im. o)* barnilona. qhaiwa aglu ift thaim *hunjandam* *) afar faihau.**)
29. ni qhashun ift faei *aflailoti p)* gard.
ib. aiththau *attin. pp)*
30. *faei ni. q)* . *St.* fai ni.
32. gaggandans du *iairufaulymai. r)*
ib. thoei *habaidedun ina gadaban.* *)
37. *fitaiwa.* **)
38. ni *wituts s)* qhis bidjats. *magut fu driggkan. t)*

17. Genua flectens.
24. Dixit eis: filioli, quam difficile eft eis qui inhiant pecuniis?
29. Nemo eft, qui reliquerit domum.
ibid. - - aut patrem.
30. Qui non.
32. Euntes Hierofolyma.
ibid. Quæ * * * * * * * * *
37. Sedeamus.
38. Nefcitis quid petatis. Poteftis bibere?

39.

---

n) B & J. ita, & fic quoque St. in Gloffario, *knufsjan*, *genua flectere*, non fatis feliciter iunxit *Jun.* cum Anglofax. *cnyllan*, *cnylfan*, *cnyffan*, *verberare*, *pulfare*, *quatere*: vid Gloffar. p. 221. Referendum potius ad ipfum Gothorum *kniw*, *genu*, Luc. 5, 8. atque adeo affine habendum Germanico *knigen*, *genu flectere*, *procidere in genua*: Alam. *kenicken*, *kehneickan*, *inclinare*: *knicks*, vel *knix*, *genuflexio*, cui manifefta cognatio cum graecorum Adverbio γνὺξ, fignificante *in genibus*, vel *genu flexo*: confr. *Wacht* l. c. p 859.

o) J. & St. *quath in*, manifeftum typographi vitium, quod emendavit B.

*) Codici hoc loco tanta eft obfcuritas, ut certo dici nequeat, utrum *hunjandam*, en *hugjandam* fit legendum. Editi exhibent illam, hanc vero lectionem veriorem effe, fufpicatur Rev *Benzel.* Cum autem *hunjan* & *hugjan*, interprete *Ed. Lye*, edit. *Benz.* p 106 not. d eadem fint atque Anglo-Saxonica *hongian* & *hogian*, *anxie aliquam rem appetere*, *magno alicuius rei defiderio agi*: utraque vox ab uno eodemque themate fubftantivo, in variis dialectis non multum fibi abfimili, *hog* vel *hug*, *mens*, *animus*, *defiderium*, deducitur facillime: conf. *Jun.* Gloff. G. p. 203. & *Wacht.* l. c. p. 760.

**) *faihau*, *pecuniis*, cafus tertius a *faihu*, *opes*, *divitiæ*, Anglof. *feoh*: Alaman. *fio* vel *fihu*: Suec. & Dan *fæ*, Iff. *fie*. *Jun.* cuncta derivat a graec. πῶυ, *grex*, quod eft a πάω, vel πάομαι, *poffideo*; propterea, „quod omnis prifcorum hominum fubftantia, pecunia nondum inventa, potiffimum „in gregibus atque armentis conftiterit vid. Gloff p. 152.

p) Sic bene in editis. In codice, errore amanuenfis, geminatur fyllaba antepenultima.

pp) Linguæ genius requirit *attan*, ut recte obfervat *Lye* Gram. Goth p. LXIV.

q) J. & B. ita. *fai* fignificat ecce, quod fenfus huius loci non patitur.

r) Editi: *iairaufaulymai*, quod tamen non nititur auctoritate codicis; fic corrigendi funt J. & St. infra v. 33. & Cap. 11, 1. Ceteroquin notandum, quod Gothicum *au* plerumque pofitum fit pro græcorum ο: vid. obfervat. *Marefch.* p. 404.

*) Nihil adferimus, præter codicis genuinam lectionem, eoque ipfo comprobamus, quæ iam diu legimus apud editos. Ceterum meræ heic funt tenebræ, ideoque peritioribus locum offerre enucleandum, quam in eiusdem explicatione quidquam periclitari, fortaffe fatius fuerit. Adferemus tantum obfervationem rev *Benzelii*: „Cogor, inquit, transferre græca τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, „nefcius quid fit *ina gadaban*, & verecundia illud transformandi in *imma gataujan.* Edit *Benz.* pag. 109. not. a. Confr. Gloffar. *Stiernh.* p. 78.

**) Vox fufpecta, &, ni fallor, errore amanuenfis fcripta, loco τȣ *fitaima*, *ivi mage fittia*, a *fitan*, *federe*: Anglof *fittan.* Vid. *Jun.* Gloff Goth. p. 301. 302.

s) Sic codex recte, non *wituths*, ut editi, a *witan*, *fcire*, Suec. *weta.*

t) J & St. *maguts driggkan.* B. *maguts udriggkan.* Probe autem *Edw. Lye.* *magutfu driggkan*, nam fimplex *u*, affixum verbis, plerumque interrogat, Luc. 9, 54. *wileizu* & paffim. Vid. edit. *Benz.* p. 110. not. b.

39. eis quethun du imma. *magum. v)*
45. Ni quam *atandbahtjam. x)*
46. *teimaiaus barteimajaus. y)*
ibid. faur *managan* Saun. *yy)*
49. *gaſtandands. z)*

Cap. XI:

1. bi the neqha *weſun a) iairuſalem.* *)
12. jah iſtumin daga *usſtandandam b)* im us *bethaniin. c)*
16. ni lailot ei qhas *thairhberi d)* kas.
17. du filigrja *waidedjane. e)*
20. gaſeqhun thana *ſmakkabagm. f)*
28. *taujis g) St.* thaujis.

Cap. XII:

1. *weinagard h)* uſſatida *manna i)* jah *biſatida k)* ina fathom. jah usgrof *dal l)* ufmeſa.

39. Illi dixerunt ei: poſſumus.
45. Non venit miniſtrari.
46. Timæus Bartimæus.
ibid. Pro multis pretium redemtionis.
49. Stans.

Cap. XI:

1. Cum prope eſſent Hieroſolyma
12. Et ſequenti die cum ſurrexiſſent e Bethania.
16. Non permiſit, ut quisque perferret vas.
17. Speluncam latronum.
20. Viderunt ficum illam.
28. Facis.

Cap. XII:

1. Vineam plantavit homo & circumdedit illam ſepe, & effodit cavernam (laccum) ſub menſa.

3.

---

v) Recte omnino editi. Codex habet *magu*, ſine ulla linea, nota τῦ *m*, ſuperinducta, quod omnino vitium eſt librarii. Incuriæ eiusmodi exempla invenimus, Joh. 10, 30. ubi *ſiju*, pro *ſijum*, *ſumus*, & 17, 22. idem

x) J. & St. *atandbahtjan.* Recte B. *andbahtjan*, *miniſtrare*, Angloſ. *embehtan*, Franc. & Alam. *ambahtan*: unde illis *embeht*, *embiht*; his vero *ambahti*: Suec. *æmbete*: Germ. *ambacht*, *amt*: Latino-Barb. *ambaſcia*, *officium & miniſterium quodcunque*, *nobile vel ignobile*: hinc. Goth. *andbahts*, *miniſter*. Isl. *ambat*, *ſerva*. Veteribus Gallis *ambactus*, *nobilioris officii ſervus*, qui potentiorem aliquem obſequii cauſa ſequitur. Latino-Barb. *Ambaſciator*. Hiſp. *Ambaſſador*. Gall. *Ambaſſadeur*, *legatus primi ordinis*. Confr *Wacht*. Gloſſ. Germ. p. 47. ſeq.

y) Sic B. J. & St. *timaiaus bartimaius*, contra conſuetudinem M. Goth. mutandi ι græcorum in *ei*.

yy) Eſt hic *managan* pro *managans*, ita ut *s* utrique voci inſerviat, priori & ſequenti *Saun*.

z) B. & J recte. Apud *Stiernh* errorem hunc ſæpius ſuſtulimus.

a) St. legit: *quemun*, & ne ſic quidem male emendavit corruptam *Junii* lectionem: *wemun*. B. conſentit cum codice Ms

*) Ita B. & C. Ms. J. & St. *iairuſaleim*.

b) B. tuetur veram codicis lectionem: J autem & St. habent *uſgaggandam*; legit ideoque interpres, non cum editis ἐξελθόντων ἀυτῶν, ſed ἀναςάντων ἀυτῶν.

c) Recte J. & St. idque ex regulis Grammatices: B. *us bethaniian*.

d) J. & St. *thairhbeki* in textu, uterque probe in Gloſſariis, *thairhberi*: & ſic etiam B. Vox componitur a præpoſit. *thairh*, διὰ, *per* & *bairan*, *ferre*, *portare*, *băra*.

e) Ita omnino Ms. *Jun.* & *St.* *waidedjine*. B. *waidedjine*, pro quo reſcribendum *waidedjane* monet *Ed. Lye*. Vox deſcendit a *wai*, *væ* vel *male*, & *taujan*, *facere*. Suec, *miſsdädare*: vid. *Ed. Benz*. p. 116. not. b.

f) B. probe ita: non *ſmakkanbagm*, ut J. & St: qui tamen rectius infra v. 21.

g) B. & J. bene. St. debet typographo mendum; nam aliis locis omnibus omittit *h*.

h) J. & St. contra ſuffragium codicis, & analogiæ rationem, *weingard*. B. legit emendate, & ſic infra v. 2. 8. 9. confr. locus parallelus Luc. 20, 9.

i) B. & Jun. ita St. *mannna*.

k) Sic codex Ms. cui refragatur lectio *Junii* & *Stiernh. atlagida ina fathom*; ſed, ſi foret *atlagida imma fathos*, Dativ. perſonæ & Accuſativ. rei: vid. Edit. *Benz*. p. 119. not. ſubiuncta.

l) Ita in ipſo codice argenteo ſcriptum reperitur. *Jun.* & *Stiernh.* locum lectu difficilem, relicto

hiatu,

3. ith eis nimandans ina *usbluggwun. m*)
4. jah aftra insandida du *im n*) antharana skalk. jah thana stainam wairpandans *gaaiwiskodedun. o*)
ibid. insandidedun *ganaitidana. p*)
6. insandida jah thana du im *spedistana. q*)
10. sah *warth. r*) *J. & St.* sa warth.
14 ni auk *faiqhis s*) in andwairthja manne.
ib. *thau niu t*) gibaima.
15. quath du im. qha *mik v*) fraisith.
16. qhis ist sa *manleika. x*)

3. Sed illi capientes eum flagellarunt.
4. Et rursus misit ad illos alium servum, etiam eum lapidantes contumeliose tractarunt.
ibid. Remiserunt contumelia affectum.
6. Misit etiam illum ad eos ultimum.
10. Hic factus est.
14. Non respicis ad personam hominum.
ibid. An non dabimus?
15. Dixit eis: quid me tentatis?
16. Cuius est hæc imago?

22.

hiatu, hoc modo exhibent: *usgrof*, - - - - *uf mesa*. *Benz.* autem, qui vel vestigia τῦ *dal* non observavit, vel vocem observatam, velut superfluam extrusit, habet: *usgrof uf mesa*, & vertit: *effodit lacum* Nos interim non dubitamus Ulphilæ, id, quod suum est, reddere et adeo reponere *usgrof dal ufmesa* quod esse arbitramur: *effodit cavernam* vel *laccum sub mensa; dal* quippe denotat id, quod depressum est, uti *vallem*, et heic *laccum*, seu vas illud, quod torculari subditum, vinum excipit: *ufmesa* vero factum est ad formam græci ὑπολήνιον; *uf* enim et ὑπὸ synonyma sunt. Quodsi peritioribus eadem non arriserint, nos meliora edoceri lubenter patiemur.

m) Vitiose J et St. *usblauggwun*. Recte B. Est enim ab *us* et *bliggwan*, Suec. (ex facili permutatione τῦ *b* in *p*:) *plagga, plugga, percutere, flagellare*; unde *Junio* videtur deduci græcorum πληγή: atque adeo latinorum *plaga*, Suec. *plagg*, *ictus*, *vulnus*: confr. Gloss. Goth. p. 95. Addi posset obsoletum *fligo* in *affligo*, *infligo* &c. et Suco-Goth. *flenga*, unde *hudflenga*.

n) Editi *du ius*, & sic male præpositionem *du* accusativo jungunt, contra perpetuum codicis usum.

o) Iterum contra codicem & coniugationum Gothicarum analogiam editi: *gaaiwiskodudun*, id quod eorum nec incuriæ, nec ulli, quæ in tantos viros non facile cadere potuit, linguæ imperitiæ; sed oculis tribuendum fallacibus: vid. edit. *Benz.* p. 119. not. b. & *Stiernh.* Glossarium, pag. 55. Ad hanc vocem refertur probe Anglo-Saxonicum *ævisc*, *ævisenysse*, *dedecus*, *irreverentia*. Ten Katen Introd. Tom. I. p. 583.

p) Corrumpunt etiam hunc locum J. & St. legendo, *gahnaigidana*. B. habet *ganaigidana*. *ganaigjan* affine verbis infimæ latinitatis *negare* & *necare*; nec non ital. *annegare*, videtur *Edw. Lye*, Edit. B. l. c. Ad *hnaiwjan* vel *hneiwan*, *humiliare*. refert *Jun.* Gloss. Goth. p. 110. At coniectura utraque carere possumus hoc loco; nam vox restituta eiusdem est familiæ, ac M. Gothorum *naiteins*, *blasphemia*, Marc. 2, 7. 3, 28.

q) B. recte. J & St. *speidistana*. Perinde est, nam codici Ms. utrumque est familiare.

r) B. ita. Pro *sa* legitur quidem locis nonnullis *sah*: at illud frequentius significare græcorum ὁ; hoc vero ὗτος, αὐτὸς, ἐκεῖνος, ex usu interpretis M. Gothici notari debet

s) Eodem recidet quod est in editis, *faiqhais;* secunda enim pers. verborum præs. indicativi terminatur tam in *ais*, quam *is*.

t) J. & St. *than niu*, quod sensui male respondet. B. recte.

v) Vetustas non adeo exedit voculas *qha mik*, quo minus easdem pro *qha me* legere potuissent J. & St. Rev. *Benzelius me* illud spurium esse videns lacunam in textu reliquit, sed in notis veram lectionem reposuit.

x) Sic probe B. J. & St. *manaleik*. Vox componitur ex *manna*, *homo*, & *leiks*, *similis*. Anglosax. *manlic*, *monlic*, emphatice, *manlica*, *monlica*, *statua*, *imago*, *effigies humana*. Cimbr. *mannlyka*, *monnlyka*. Fr. *manlih*, *manlich*. Apud Eddam occurrit quoque eodem sensu *manlika* in Voluspa, str. 10. confr. *Hick.* Thes. in gram. A. S. & M. G. p. 113.

22. *So* qwens. *xx*)
24. *andhafjands.* *)
ib. ni kunnandans *mela* **)
28. gahausjands ins *samana sokjandans. y*) *gasaiqhands. z*)
30. jah *frijos a*) san goth theinana.
36. silba auk daweid quath *in b*) ahmin weihamma.
38. saiqhith faura. *c*)

Cap. XIII.

24. Liuhath - -
29. Sijau. Editi male Siju - -

Cap. XIV:

5. *frabug jan. d*) *St.* farbugjan.
9. thatei gatawida so rodjada du *gamundai e*) izos.
13. *Gaggats. Jun.* & *St.* gaggast - -
15. *izwis. f*) *J.* & *St.* igwis.
46. ith eis uslagidedun *handuns g*) ana ina.

22. Mulier.
24. Respondens.
ibid. Non intelligentes scripta.
28. Audiens eos pariter disquirentes, videns.
30. Et diliges Dominum Deum tuum.
36. Ipse enim David dixit in Spiritu Sancto.
38. Cavete a.

Cap. XIII:

24. lumen. *cc*)
29. Sint.

Cap. XIV:

5. Vendere.
9. Quod fecit illa dicetur ad memoriam eius.
13. ite.
15. Vobis.
46. At illi iniecerunt manus in eum.

59.

---

xx) Ita recte B. sed Jun. & St. male *Sa*.
*) Codex Ms. habet *andhafjans*, quod sensui est inimicum. Emendatius in editis.
**) Ita codex in contextu: in margine observatur vel lectio varians, vel glossema: *bokos*, Suec. *böker*.
y) B. *sammasokjandans*. J. & St *samasokjandans*. Etiamsi locus hic in codice Ms. sit obscurissimus, utramque tamen lectionem Ulphilæ abiudicare non veremur; vestigia enim encaustica literarum, quorum beneficio persæpe sumus adiuti, luculenter apparent, & nobiscum faciunt indubitate. Legimus divulse *samana sokjandans*, idque auctoritate ipsius codicis, Luc. 15, 13. *samana*, *pariter*, *una*, *cum*, Suec. *samman*. vid. *Wacht.* Gloss. Germ p. 1352. *sokjan*, *disputare*, affinitatis multum habere videtur cum Suec. *söka*; nam disputatio fit, indagandæ veritatis causa: sic a latinorum *quærere*, *disquirere*.
z) J. & St. *jah gasaiqhands*, & *videns*: *jah* vero abest a codice, iure igitur omittit illud B.
a) Sic B. recte. J. & St. perperam *frigos*; est enim *frijon*, *amare*, non *frigon*, Suec. *frija*, *ambire in matrimonium*. Anglos. *frehon*, Franc. *frihan*, *friehan*, *vere* & *integerrime amare*: vid. *Hickes.* l. c. p. 125.
b) Haud scio, unde editi sumserint: *du ahmin weihamma*, quod vertit B. *Spiritui Sancto*; quum non tantum luculentissima vestigia τȣ̃ *in* conservet ipse codex Argenteus, qui sic optime reddit græca: ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ; sed eiusmodi quoque lectio a solita sacræ scripturæ formula loquendi alienior videatur. Nihil igitur impedit, quo minus Rev *Benzelii* ad hunc locum observationem modeste prætereamus, quam, interpretis Gothici erroneam lectionem excusandi causa, addit.
c) Ita B. J. & St. annexum habent *is*, sed præter codicis consensum.
cc) B. male *lauhath*.
d) Recte B. & J. a *fra* & *bugjan*, *emere*.
e) Ita codex Ms. & bene. Editi: *du gamunjan*, quod idem fortasse, ac *gamunan*, *meminisse* Luc. 1, 72 *gamundai* autem, nominis substant. casus tertius, *memoriæ*. A. S. *gemynd*. Alam. *gimunt*. Suec. *minne*, *äminnelse*. Conf. Nob *Stiernh* Gloss. p. 62.
f) Sic B. *igwis* vox est corrupta, ut antea monuimus. vid. Marc. 1, 17. not. *r*.
g) In codice ita. Editi *handaus*; sed reclamat ipsa analogia flexionis.

59. *weitwoditha. h)* *J.* & *St.* weitwoditha.
62. jah gasaiqhith thana sunu manns af taihswon *sitandam i)* mahtais.
65. jah *kaupatjan k)* ina.
ib. *ana vlit.* B. ana virt. - -
66. *jah ahtiddja l)* aina thiujo.
Cap. XV:
1. *gudjans. m)* *J.* & *St.* gudgands.
2. thiudans *iudaie. n)*
9. *wileidu fraleitau o)* izwis thana thiudan iudaie.
11. ei mais barabban fralailoti *im. p)*
17. *thaurneina q)* wipja. *St.* thaurneia wipja.
21. seimona *kyreinaiu. r)*
28. *usfullnoda s)* *St.* usfulnoda.
ib. jah mith unsibjaim *rahniths t)* was.
37. jah faurahah *alhs v)* disskritnoda.
39. *thatei. x)* *St.* thatai.

59. Testimonium.
62. Et videbitis filium hominis a dextra sedentem potestatis.
65. Et colaphizare eum.
ibid. in faciem.
66. Et venit una ancillarum.
Cap. XV:
1. Sacerdotes.
2. Rex Judæorum.
9. Vultis dimittam vobis Regem Judæorum?
11. Ut potius Barrabbam dimitteret iis.
17. Spineam coronam.
21. Simonem Cyrenæum.
28. Impletum est.
ib. Et cum sceleratis numeratus erat.
37. Et velum templi disscindebatur.
39. Quod.

---

h) B. recte, & sic quoque J. & St. in Glossariis.
i) J. & St. a *sitan*, *sedere*; in codice autem, ex more loquendi continuo, elegantius habetur *sitandan*: *sedentem*: & sic probe B.
k) Sic J. & B. Mallem cum *Stiernh.* *raupatjan*, a græc. ῥαπίζειν, *virga*, *baculo*, *fuste* vel *palmis cædere*, *alapam infligere*, sed lectio codicis prævalet. *Junius* refert ad Angl. *to cuffe*, *colaphos ingerere*: vid. Gloss. Goth. p. 219.
l) Codex & B. ita. J. & St. *atidja*, atque adeo omittunt unam, alteramque vocem corrumpunt.
m) B. ita. vid. dicta ad Matth 27, 6.
n) St. habet *jadaie*: J. & B recte.
o) Codicis lectio genuina est: *wileidu fraleitau*, quæ sic quidem refragatur *Junio-Stiernhelm.* *wileid ei fraleitau*, & B. *wileid fraleitam*, & tandem illi, quam nos veram supponimus, lectioni; at male cohærere Gothica nemo, cui contigit vel tantilla linguæ peritia, non videt: levissima igitur permutatione τῦ *u* in *u*, locum, & qua sensum, & qua codice familiarem construendi rationem, reddimus perspicuum, Matth. 27, 49. Marc. 15, 36. Potest tamen *fraleitau* passive verti, vultis vobis demitti regem Judæorum?
p) J. & St. prorsus contra regulas grammatices legunt: *ins*. B. autem rectius.
q) Sic B. & J Error omnino typographi apud St. qui probe legit: *thaurneinan waip*, Joh. 19, 5.
r) B. emendate. J. & St. *kyreinaium*; sed M. Gothi haud agnoscunt casus quarti terminationem in *um*; ut quæ tantummodo, in nominibus nonnullis, competit dativo numeri multitudinis, & in verbis, primæ personæ plural. præteritorum.
s) Ita B. & J. quin & St. in Glossario.
t) J. & St. obliti terminationis participiorum passivorum, præt. temporis, mascul. generis, legunt: *rahnith*, id quod observavit *Hickes.* in Thesaur. & Gram. A. S. & M. G. p. 50. & Rev. *Benz.* probe emendavit.
v) In codice habetur *als*, sine adspiratione, quod vitium est librarii.
x) B. & J. recte, *thatai* est vox nauci, quam antea delevimus.

43. *gaguds y)* ragineis.

Cap. XVI:

2. *atiddjedun z)* du thamma hlaiwa.
4. *insaiqhandeins. a) St.* insanqhandeins.
7. ei *faurbigaggith b)* izwis in galeilaian.
ibid. swa swe quathdu *izwis. c)*
8. jah usgaggandeins af thamma hlaiwa *gathlauhun. diz uhthan sat izos *)* reiro jah usfilmei. jah *ni quethun mannhun waiht. ohte dun sis auk. **)*
9. ataugida frumist *marjin thizai d)* magdalene.
10. *soh e)* gaggandei *gataih f)* thaim mith imma *wisandam. quainondam jah gretandam. g)*

43. Honestus senator

Cap. XVI:

2. Ibant ad monumentum.
4. Intuitæ.
7. Quod præit vobis in Galilæam.
ibid. Sicut dixit vobis.
8. Et exeuntes e monumento fugiebant; etenim occupaverat eas tremor & stupor, & nemini quidquam dixerunt; nam timebant.
9. Adparuit primum Mariæ illi Magdalenæ.
10. Illa discedens annunciavit iis, qui cum illo fuerant, lugentibus & plorantibus.

11.

---

y) Recte B omittunt vero J. & St præfixum *ga*, & habent *guds ragineis*, εὐσχήμων βουλευτής, *guds* & *gods* *bonus*, permutatis vocalibus *o* & *u*, idem esse, cuivis patet. De voce *ragineis* obiter notamus, quod parum differat a *reginn* vel *reiginn*, quæ in Voluspa significat *consiliarium*: confr. *Hick.* l. c. p. 115.

z) Codex, errore Amanuensis, habet *atiddedun*; sed reponunt editi scripturam veriorem.

a) J. & B. recte *insanqhandeins*, referimus ad ingentem copiam mendorum, quæ culpa typographi, in editionem nobilis. *Stiernh.* irrepsere.

b) Editi: *fauratgaggith*, quod sensum quidem reddit unum eundemque; manendum tamen in vera lectione, quippe cum eadem in codice Ms. occurrat Marc. 10, 32. Huiuscemodi decomposita veteribus Gothis in usu fuisse, monuimus Matth. 27, 53.

c) Sic B. J. & St. *du ina is*, quibus in verbis mendum latere, iam olim suspicatus est *Mareschall.* Obs. p. 441.

*) J. & St. *gathlauhundei*, *uhthan sat igos*, cuius lectionis nulla omnino mens, nec ulla syntactica ratio. Etenim 1) *gathlauhundei* male respondet τῷ *usgaggandans*, quod regiminis loco præcedit. 2) τὸ *uhthan* absque ullo codicis exemplo ponitur initio periodi. Hæc probe observans Rev. *Benz.* legit: *gathlauhun*, *dis uhthan sat igos*, pro quo in notis *ijos*: & sic non modo optime constructionem emendat, redditque sensum clariorem; sed, præter suam opinionem, corrigit etiam lectionem ipsius codicis Ms. qui, loco τῶν *dis* & *ijos*, habet *diz* & *izos*.

**) Legit interpres cum editis: καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ. Et sic supplevimus, consensu codicis Ms. versiculum, quem, tantummodo qua partem, exhibent editi.

d) Ita omnino Ms. editi: *marive thamei*; etiamsi, ut vere dicam, Rev. *Benz* ex coniectura legendum voluerit, *thizai*: vid edit. *Benz.* p 145. not. c. &, si quid ego iudico, optime; est enim *thamei* vox incongrua, & pro *thizai* vix reperitur in codice, quamvis colligi id posse contendat *Hickesius* ex Marc. 9. vid. lib cit. p 9. Nec *mariwe* melioris est notæ. Habet codex in Nominat *marja.* Joh. 12, 3. in genitivo *marjins.* 11, 1. in dativ. *marjin.* ibid. v. 45. in accusat. *marjan.* ibid. v. 19.

e) Sic B. J. & St *so*, ἡ *soh*, αὕτη.

f) Recte J. & B. St. *gataith.* Est autem *gateihan*, *annunciare*, non *gataithan.*

g) Hæc iterum ope codicis Ms restituimus, quæ pariter monstrant, interpretem Gothum presse sequi textum græcum: τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ γενομένοις, πενθοῦσι καὶ κλαίουσι. Atque hinc porro vocem, in editis, supposititiam, *werun*, proscribere licet.

11. *jah* eis *hausjandans h*) thatei libaith jah *gaſaiqhans i*) warth fram izai.
12. afar *uhthan k)* thata - -

11. Et illi audientes, quod viveret, & viſus eſſet ab illa.
12. Poſt hæc autem - - - - -

Evangelium Lucæ.

Cap. I:

1. Unte *raihtis a*) managai dugunnun meljan inſaht.
5. was in dagam herodes *thiudanis b*) iudaias gudji.
9. *hlauts. c*) *St.* hlauths.
10. *manageins.* B. managens, errore typothetæ.

Cap. I:

1. Quum enim multi cœperint ſcribere hiſtoriam.
5. Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, ſacerdos.
9. Sors.
10. Multitudo.

h) Ita indubitate habetur in codice, a quo editi non multum differunt, legendo: *ith eis gahausjandans*, quod, ſi ſenſum ſpectes, eodem recidit.

i) Sic rurſus, ex coniectura & peritia linguæ conſummatiſſima, legit B cum codice. *Jun.* autem & *Stiernh. gaſaiqhands*, *videns*, quod cum verbo ſubſtantivo, *warth*, ex regulis grammaticis, nunquam ponitur.

k) Editi: *uththan*, quod perinde eſt; nam codex admittit utrumque.

Ceteris ſubſecuturis privati, & finem obſervationibus noſtris ad Euangelium Marci, imponere coacti, notabimus obiter defectus codicis, quo utimur, manuſcripti. Eiusmodi ſunt, in cap. VI. a v. 30. ad 54. in XII. a v. 38 ad finem usque: in XIII ab initio ad v. 16. eiusque verba ultima, & porro, a. v. 29 ad finem usque capitis: in XIV. a capite ad v. 5. & ulterius, a v. 15. ab v. 41. non integrum; in XV. ut diximus, a v. 12. qua partem maximam deperdito, ad calcem.

a) Conveniunt J & B. cum codice Ms. St. *rahtis.* Hanc particulam prætermittunt J. & St. in Gloſſariis; excipit vero *Hickes.* in gram. Angloſ. & Mœſo-Goth. p. m. 62. inter coniunctiones promiſcue poſitas. Unum idemque notare cernitur ac græc. οὖν Marc. 12, 37. πὲρ & μὲν, Matth. 9, 37. Joh. 16, 9. γὰρ Marc. 7, 8. cfr ulterius, ſi placet, Matth 11, 18. Marc 6, 17. 7, 25. Luc 1, 18. 6, 44. 7, 33. 14, 28. 17, 24. Præterquam quod coniunctio cauſalis eſt, aliquando ceu expletiva particulis quibusdam ornatus gratia adiici videtur: Marc 7, 10. Luc. 18, 14. & paſſim: *Wachterus* noſtrum *raihtis*, iam, nunc, ſignificare Luc. 1, 18. atque adeo affine eſſe Germ. *Bereits* in Gloſſ. docet. Sed profitemur diſſenſum.

b) B idem. v. Matth. 5, 35 J. & St. *thiudans*, caſus rectus, quem ratio conſtructionis h. l. admittere nequit. Familiam vocis diligenter recenſent *Jun.* in Gloſſar. Goth. p. 348. ſeq cui addimus, ex annotationibus *Verelii* ad Herv. Sag. c 17. p 164. tradere virum hunc eruditum, *thiudans* emphaticum regis nomen, deſcendere a *thiod*, populus, & *anna* vel *anſa*, curare, q. d. curator vel tutor populi. *Thiodans kone*, regis uxor, Runa cap. 9. Sed omnino præſtat *ans* pro mera terminatione habere.

c) Sic J. B. & cod Mſcr. Ideoque reiicimus *h* poſterius apud St. eademque emendatione indiget eius Gloſſ. Ulph. Goth. in voce p. 90. *hlauts*, ſors, Sueth *lott*, idem. Island. *hlut*, *hlutr*, *hlutfall*, conjecto ſortium, *hlauta wairpan*, Marc 15, 24. Sueth *lotta*, Isl *hlutaſt*, ſortem iacere, ſortiri. Gothr. & Rolf. Sag. c. 7. p. 34. Conſentit Angloſax. *hlet*, *hlyt*, v. *Jun.* Gloſſ. Goth. p. 197.

11. warth than imma in *siunai d*) aggilus fanins.
15. *nauhthan. e*) *St.* naukthan.
17. *in frodein f*) garaihtaize.
23. jah warth bi the usfullnodedun *dagis andbahteis g*) is.
24. afar *uhthan. h*) *St.* uhtan.
ib. jah galaugnida sik *menoths i*) fimf.

11. Fuit autem illi in visione angelus Domini.
15. Adhuc.
17. Ad sapientiam iustorum.
23. Et factum est, postquam impleti essent dies ministerii eius.
24. Post autem.
ib. Et abdidit se menses quinque.

d) B. & Cod. argenteus ita. J. & St. *in siuna*, quod, si regulas declinationum observes, incommodum est; namque *siuns*, Luc. 9, 29. format genit. *siunais*, dativ. *siunai*, Joh. 7, 24. accusat. *siun*, Luc. 4, 19. & ablat. quem postulat *in*, dativo similem, Luc 3, 22. Annotamus præterea triplicem huius vocabuli sensum apud Ulphilam: significat 1) ὀπτασίαν, qui huius est loci, & infra v. 22. *siun gasaqh in alh*, visionem vidit in templo: unde nostratibus formula illa loquendi, *vara i syne*, id quod naturalem quandam videndi facultatem non designat; sed de iis usurpatur, quibus vel somno, vel alia, nescio qua, ratione, miræ rerum imagines, speciesque vel spirituum vel hominum mortuorum &c. passim & ab inficeta plebe offerri creduntur. 2) τὸ βλέπειν, Luc. 27, 21. *blindaim managaim fragaf siun*, multis caecis reddidit visum. Island. *sion*, idem. Vilkin. Sag. p. 47. *at sion oc at sogn*, visu relatuque. Sueth. *syn*, unde *syna*, lustrare, *synas*, apparere, *åsyn*, conspectus, adspectus. 3) εἶδος τῦ προσώπυ καὶ σώματος, Luc. 9, 29. 3, 22. Utrique notioni convenit nostrum *syn*, facies, item vultus, quod M. Gothis alias dicitur *wlits*, *andawleiz*, quo de cfr. specim. Gloss. Ulphil III. p. 62. Sic nostrates dicunt v. gr. *han slår mig i synen*, percutit faciem: unde porro habemus *uppsyn*, frons, Gall. physionomie: *försyn*, reverentia, Gall. égard. *försea*, species corporis. Konung. ok Höfd. Styrils. p. 91. *fagra ok vitra försea*, nitidus ac decens cultus.

e) Pro *nauhthan* legitur alibi *nauh* & *nauhthanuh*. Joh. 7, 33. 8, 20. unum vero idemque sonant.

f) J. & St. legunt *du frodein*. B. ex codice probe substituit *in*, docetque, nihil obstare, quo minus significationem τῦ εἰς sive πρὸς illi tribuamus. v. Edition. *Benzel.* p. 150. in notis.

g) Lectionem codicis Mscr. adferimus; eam vero ut regulis sui ipsius contrariam improbamus. J. & St. *usfullnodedun dagos andbahteis is.* B. *usfullnodedun dagos andbahteins is.* Conveniunt itaque ambæ lectiones in mutatione τῦ *dagis*, i. e genitiv. singul. v. Marc. 16, 2. Luc. 2, 44. *in dagos*, i. e. nominat. plur. quem verbum 3. plur *usfullnodedun* postulat: & sic infra Luc. 2, 6. *usfullnodedun dagos du bairan izai*, impleti ei sunt dies pariendi. cfr. ibid. v. 21, 22. Discrepant autem vocabulo sequenti, quod, utrum *andbahteis* an *andbahteins* sit legendum, vel ideo incertius est, quod h l. tantum occurrit. rev. B. sine adiecta ratione habet *andbahteins*, lineamque transversam super *i* evanuisse, supponit. v. Nuper. edit. p. 151. Cui lectioni nos lubenter subscribimus, utpote quæ analogia flexionum niti, videtur: sic enim habemus infra c 10, 54. *armahairtei*, *armahairteins*. Luc. 7, 35. 2, 40. *handugei*, *handugeins*. Luc. 2, 13. Joh. 7, 31. *managei*, *manageins*. &c. at *n* illud omissum in *andbahteis* non vetustati, sed amanuensis incuriæ tribuimus. Confr. Diss. de nominibus Mœsog. schema XXIV. not. 4.

h) Cfr. *Jun.* Gloss. Goth. p. 380. & nostras observat. ad Marc. 16, 12. P. Pr. p. 58.

i) Editi legunt *menaths*; lectionem vero codicis Msc. confirmant alia loca, sic infra, eodem hoc capite v. 26. *in menoth saihstin*, in mense sexto. v. 56. *swe menoths thrins*, quasi menses tres, 4, 25. *menoths saihs*, menses sex. De vocis cognatione v. *Jun.* Gloss p 253. Refer. ad *mena*, luna, Marc. 13, 24. Sueth. *måne*, eadem ratione, ac græcorum μὴν, mensis, derivatur a μήνη, Dor. μάνα, luna; est quippe *mensis* nihil aliud, quam mensura circuli lunaris. De terminatione vocabuli audiendus est *Wacht.* Gloss. Germ. inter Prolegom. Sect. VI.

25. afniman *idweit k*) mein.
28. fagino *anstai audahafta. l*)
29. gathlahsnoda *bi innagahtai m*) is.
ib. jah *thahta sis n*) qheleika wesi so goleins *thatei swa thiuthida izai. o*)
32. jah sunus *hauhistins p*) haitada. jah *gibid*

25. Auferre opprobrium meum.
28. Lætare gratiæ valde plena.
29. Turbata est - - - eius.
ib. Et cogitabat, qualis esset hæc salutatio, quod sic benedixit ei.
32. Et filius altissimi vocabitur, &

k) Favent J. & B. eidem lectioni. St. *idweith*, v. Gloss. Ulph. Goth. p. 97. Nos reiicimus *h* finale, idque suffragio vocum affinium Anglos. *edvit*, *ædvit*, obiectio, opprobrium, *ædvitan*, imputare, exprobrare. Franc. & Alam. *eduuit*, *ituuizon*, *ituuiz* Belg *vervyt*, *vervyten*, Isl. *avit*, increpatio, *avita*, increpare. Germ. *weisen*, *verweisen*, inculpare. Nostrates *förvita*, *förvitelse*; etenim nostrum *för*, perinde ac German. *ver*, ut observat *Wachterus* Gloss. Germ p. 1778 auget significatum, & ex simplici obiectione facit acrem & vehementem. v. *Schilt.* Gloss. Teuton. p. 255. Vox referenda ad Isl. *vita*, arguere, convincere, v. *Verel.* in Indice p. 295. *Junio* & *Wachtero* vox hæc longe non recedere videtur a græc. αἰτία, crimen, αἰτιᾶσθαι, criminis insimulare, culpare, per prosthesin literæ *w.* cfr eorum Gloss. nec non *Schilt.* l. cit. p. 879.

l) J. & St. coniunctim: *anstaiaudahafta.* B. autem divisim, &, nostro iudicio, optime; nullum quippe apud Ulphilam invenimus exemplum vocis cuiusdam ex tribus nominibus compositæ. *Ansts*, gratia, Luc. 2, 40. Anglos. *est*, amor, caritas, favor, benevolentia. Sueth. *ast*, amicitia, amor inter ambientes matrimonium, & amor inter coniugatos. cfr. *Hickes.* in Thesaur. & Gram. Anglos. & Mœsog. p. 131. Franc. *anst* vel *enst*, gratia: unde *Otfridus* L. 1. C. V. v 36. de eadem illa Evangelica salutatione, *fol bistu gotes ensti*, plena es Dei gratia. v. *Schilt.* in Gloss. Teut. p. 52. Eademque significatio est huius vocis in Gloss. *Rhabani Mauri*, *Keronis*, *Lipsiano*, &c. teste *Eccardo* in notis ad monumenta Catechet. p. 127. Ex eodem fonte habemus *ynnest*, & a præfixo *ge* & *anst*, *gunst*, benevolentia, favor. cfr. *Wacht.* Gloss. v. *gunnen*: *audahafta* componitur ex *audags*. dives, beatus, quod est ex *auda*, veteri lingua nostrate *audur*, opes, divitiæ, nunc *öde*, unde Upsala *öde*, opes vel possessio regis Uplaliensis. v. edit. *Benz.* ad h. l. p. 152 item *Loccen.* Lex. Jur. Sueog. p. m. 198. 199. & *haban*, habere: denotat igitur locupletem, divitem, bonis refertam, ut adeo interpretatio *Stiernhielmii* in h. l. admitti nequeat, v. Glossar. Ulph. Goth v *faginon.*

m) Editi: *bi innsagahtai.* Vertit B. sermone J. & St. in Gloss. & *Lambert.* *Katenus* in *Gemeenschap tussen de Gottische Spraeke en de Nederduytsche*, p. 53 ex obliquo hoc casu rectum formant *innsagaht* vel *innsagahts*, sermo: vocemque referunt ad *innsaht* vel *innsahts*, διήγησις, narratio, cuius radicem *Junius* esse censet Anglos *sæigan* vel *sæcgan*, v. Gloss. Goth p. 211. ad eundem modum, quo nostrum *saga*, *sägn*, narratio, relatio, historia, item fabula (cfr. Not. *Verelii* ad Gothr. Sag. p. 3.) ortum ducit a *säga*, dicere, narrare. Ego facile mihi persuadeo, legisse Ulphilam διεταράχθη ἐπὶ τῇ εὐλογίᾳ αὐτοῦ: ideoque transtulisse: *gathlahsnoda bi innagahtai is*, turbata est benedictione eius. cfr. codex Cantabrig. qui *Bezæ* fuit. Et hanc opinionem confirmare videntur antecedentia: εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, *thiuthido thu in quinom*; præcipue vero sequentia: ὅτι οὕτως εὐλόγησεν αὐτὴν, *thatei swa thiuthida izai.*

n) Est Gothismus v. *Thom. Mareschal.* Observat. p. 444. Refer ad *thagkjan*, cogitare, pro quo St. minus accurate *thaggkjan*, Gloss. Ulph. Goth & *Lamb. Katen. thankjan*, lib. cit. p 25.

o) Sic quoque codex Mscr Cantabrig. v. Nov. Testam ex edit. *Gerard.* a *Mastricht.* p. m. 121. Huius immemor fatetur *Mareschallus*, lib. & l cit. se alibi non invenisse, quod ad comma claudendum h. l subnectit interpres Gothicus. B. suspicatur quidem, esse variantem lectionem ex margine in textum manantem, v. Nuper. edit. p. 152. nisi sit verius, cum *Mareschallo* autumare, quod velut intentius respiciat conclusionem salutationis angelicae, versu proxime praecedenti.

p) B. observat J. & St. inepte admittere *hauhistons*; altissimae; nam & regulis declinat superlat. emphat. masc. gen. *hauhista* habet genit. *hauhistins*, & sic infra v. 35 76. A simplici *hauhs*, altus, unde *hauhjan*, extollere, laudare, *hauheins* & *hauhitha*, gloria, altitudo, Joh. 8, 54. Luc. 14, 10. Etymon vocis v. in Gloss. *Wacht.* eiusque ad German. praefat. §. V.

gibid q) imma ſan goth ſtol daweidis.
33. jah thiudanoth ufar garda iakobi in *ajukduth. r*) *jah s*) thiudinaſſaus is ni wairthith *andeis. t*)
35. aggilus quath du *izai. v*)
ib. *du the ai ſaei x*) gabairada veihs.
36. jah ſai *aileiſabaith y*) nithjo theina, *jah ſo inkiltho ſunau in aldomin ſeinamma. z*) *jah ſa menoths ſaihſta iſt izai*

dabit ei dominus Deus ſedem Davidis.
33. Et regnabit ſuper domum Jacobis in perpetuum, & regni eius non erit finis.
35. Angelus dixit illi.
ib. Propterea, qui naſcetur ſanctus.
36. Et ecce Eliſabetha cognata tua, etiam hæc concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis ſextus agitur illi, quæ vocabatur ſte-
37.

q) B. ita. J. & St. *gibith*: utrumque pari ſtat auctoritate, quia *th* & *d* ſaepiſſime permutantur apud Mœſo Gothos, ut *gibid*. h. l. δώσει, dabit, ſed *gibith*, idem. Marc. 8, 37 *taujid*, ποιεῖ, facit. Luc. 7, 8. *taujith*, id. Matth. 8, 9. *habaid*, ἔχει, habet, Luc. 5, 24. *habaith*, id. Marc. 7, 6. *fijaid*, μισεῖ, odit, Joh. 15, 19. *fijaith*, id. ibid. v. 23. v. Luc. 7, 8. collat. cum Matth. 8, 9. & porro Luc. 6, 2. cum Matth 5, 47.

r) Editi: *in aiwins*, & quidem bene uſitateque, ſuffragante codice alibi; verum nec inſolens aut ſuſpecta videri debet, quam h. l. damus, lectio. cfr. Joh 6, 51. 58. Varie ceteroquin, pro varietate textus graeci, expoſitam legimus hanc locutionem, ut mox infra v. 55. Joh. 8, 35. 51. 52. *und aiw*, *du aiwa*, *aiwa dage*, εἰς τὸν αἰῶνα, in aeternum, in perpetuum, in aeternitatem dierum Matth. 6, 13. *in aiwins*, in ſecula; &c. Vox, ut ego arbitror, temporis adnumeranda adverbiis, eam licet horum in numerum referre oblitus ſit *Hickes*. in Theſaur & gram. Angloſ. & M. Goth. p. m. 60. Docet St. in Indice Ulph p 8 *ajukduth* ortum eſſe ab *aiw*, *æ*, *æve*, *ævam*, gr. αἰών, cf. *Jun.* Gloſſar. p. 41. qua autem ratione explicandum, ſi ad artis Etymologicae obruſſam illud accuratius exegeris, mihi non liquido conſtat. v. Specim, II. Gloſſ. Ulph p. 44.

s) Editi *ith*, cui variæ apud Ulphilam ſignificationes conſtant; reſpondent enim græc. δὲ, ἐν, εἰ, καί, ceu exempla, quorum affatim adduxit *Jun.* in Gloſſ. p. 215. monſtrant; *jah* autem eſt coniunctio copulativa affinis Fennon. *ja*, v. *Juslen*. Lex. Fenn. & quæ diximus P. Pr. p. 3. in notis.

t) Editi *andei*; codex autem habet *andeis*, idque regulis grammaticalibus magis videtur conforme. Contendas vocem cum exemplo inflexionis XIII. Nom. ſubſt. apud *Hickes* in theſ. græc. Angloſ. & Mœſog. p m. 15. Cui etiam illud accedit quod *ni* ellipticῶς poſitum genitivum adſciſcat, ut pluribus docet *Ed. Lye* in grammat. Goth. p. LXI.

v) Editi *izaize*, reclamante codice, qui nullibi admittit τὸ *ize*, iſthac ratione, huic vocabulo, vel aliis pronominibus ſubiunctum; adſunt vero exempla non pauca, quæ conſtanter reſtitutioni noſtræ favere videntur. cfr. Luc. 7, 13. 48. Marc. 5, 34. 41. Joh. 11, 23. 40. & paſſim. Ceterum, non ignoro, τὸ *ize* in editis ſubnecti pronomini *thai*, v. Luc. 8, 15. Marc. 9, 1. ſed illa copulatio nititur nulla auctoritate, ut ſuo loco dicemus, atque adeo nil noſtræ aſſertioni officit. Obſervandum denique, Fennonibus *ipſe* dici *itze*, auctore *Juslenio* libr. paullo antea laudato.

x) Editi *dutheh ſaei*; ſequimur vero rectius codicem Mſcr. in quo alias ſæpius occurrit *du the*, διὰ τοῦτο, Luc. 14, 20 *duth|the*, idem. Joh. 7, 21. *duhthe*, Joh. 16, 15. *du the ei*, διότι, ἀνθ' ὧν, διὰ τὸ, Luc. 1, 13. 20. 2, 4. Nec ratione deſtituti disiunctim legimus *du the ei*; eo enim in ſignificationem ſingulorum propriam intendimus, quæ foret *pro eo quod*.

y) J. & B. ita St. *aileizabaith*. v. ſupra verſ. 5. 13. & infra 41, 57.

z) Hæc eſt vera codicis noſtri lectio, cuius tantummodo particulam extricarunt celeb. editores: legunt *jah ſo in kiltho ſunu* (J. & St. *ſuna*) *ganam* - - - *nin ſeinam*. - - Mendo non nemini, quæ reſtituimus laborare fortaſſis videntur: eſt autem ellipticum dicendi genus, atque pro *in kiltho*, in utero, lego *inkiltho*, praegnans, gravida; adiectivum, ni fallor, a *kilthei*, quod notat *ſinum*; & ſubintelligi opinor *warth*, prout obſervare mihi videor verſu praecedenti, 24. & infra cap. 2, 5. ut adeo, non incommode legas *inkiltho warth ſunau* Svethice, *hafvande vardt med en ſon*. Enimvero huic noſtrae coniecturae lubentius acceſſerit, qui conſideraverit, illam, quam exhibent Cel. editores, codicis ſuffragio & ratione ſyntactica carere. De voce *kilthei* conferantur *Wachterus* in Gloſſ. Germ p. 246. & *Junius* in Gloſſ. Goth. p. 221.

37. *ſei haitada ſtairo. unte niſt a) un-*
mahteig gotha b)
38. *ainhun waurde. quath than ma-*
riam c) ſai thiwi d) fanins. e) wair-
thai mis bi waurda theinamma. f) jah
galaith fairra izai ſa aggilus.
42. *uſwopida. g) St.* uswopida.
54. hleibida iſraela *thiumagu h)* ſeinamma.

37. rilis: quia non eſt impoſſibile Deo
quidquam
38. verborum. Dixit autem Maria: ecce
ſerva Domini, eveniat mihi ſecundum
verba tua: & diſceſſit ab ea angelus.
42. Exclamavit.
54. Refocillavit Iſraëlem famulum ſuum.

59.

a) *Niſt* pro *ni iſt*, ſcriptura apud Mœſo-Gothos uſitatiſſima, v. *Jun.* lib. cit. p. 268. nec peregrina Alamannis, ut colligitur ex obſervationibus *Schilterianis*, Gloſſ. Teut. p. 634.

b) Obſervari meretur, quod Ulphilas hic excludat præpoſitionem *fram*, quam tamen alibi videre eſt. Marc. 10, 27. Manifeſtum igitur arbitror, utramque locutionem Mœſo-Gothis in uſu fuiſſe *unmahteig gotha*, &, *unmahteig fram gotha*, ſimili ratione, ac noſtrates hodieque loquuntur: *gud omögeligt & omögeligt för gud.*

c) *Mariam & marja:* utrumque recte & uſitate. v. antecedent. verſ. 27. 30. 34. &c. quæque annotavimus ad Marc. 16, 9.

d) *Thiwi*, ancilla, ſerva, Joh. 18, 17. vox eiusdem familiæ ac Alam. *thiw*, & Angloſ. *theowa*, *thiwa*, idem, item *theu*, *theov*, *theovman*, ſervus, mancipium, Mœſo-Goth. *thius*, famulus, Luc. 16, 13. Cambr. Britan. *tyvas*, idem. His *Verelius* in annotat. ad Hervar. Sag. p. 118. addit Moſcovit. Διεφκα, noſtrum *däka & tbio*, ancilla, nec non Isl. *thy*, ſervus, ſerva, & *thiadur*, mancipatus: omniaque derivat vel a *tjena*, *tiona*, *thiena*, Angloſ. *theowjan*, ſervire, vel, ut docet ibid. p. 164. a *thia*, coërcere. *Junius*, pro more ſolito, ad fontes græcos recurrens, deducit a θέω, curro, vel a θύω, impetuoſe feror: quod famulantes ultro citroque curſitare, & commiſſa ſibi munia ſtrenue obire ſolent. Alii alia tradunt. v. *Wacht.* lib. cit. p. 281. & *Spegel* in Gloſſ. Sveo-G. p. 514. Id autem in transcurſu haud indignum duximus notatu, quod pleraque *ſervi*, *ſervæ*, *pueri*, *famulique* nomina antiquiſſima, initio bona, poſt ob improbitatem, iſti hominum generi conſuetam, abierint in ſignificationem malam. Sic v. gr. *Tæfva*, noſtratibus *tik*, catula, canicula, v. *Speg.* l cit. p 510. & *teef*, Belg. meretrix a *thiwi*, quia antiquitus malas meretriciasque artes in domibus & familiis exercebant ancillæ, quod quoque ex leg. Sal. Tit. XXIX. colligitur. *Tyf*, *tjuf*, noſtratibus eſt *fur*, atque a *thius*, *tywas*, ad fures pervenit, ea haud dubie ratione, quod plerique *ſervi* antiquitus erant fures domeſtici. Idemque fatum experiuntur voces German. *dieb & bub*, quæ ante *ſervum*, quam nebulonem deſignarunt. v. *Wacht.* l. c. p. 281. 222. *Skalk*, nobis extra compoſitionem idem eſt ac *bof*, *ſkälm*, nequam, v. Bibl. Svecan. 1 Sam. 20, 30. & *ſkalkas* reſpondet græco περπερεύεσθαι, perperam agere, ibid. 1 Cor. 13, 4. *ſkalks* apud Ulphilam notat *ſervum*, & *ſkalkinon* ibid. *ſeruire*, *miniſtrare*. Porro, *Mær*, nobis hodie ſignificat *equam*, *ſtod;* veteribus autem *mö*, *virginem*, cfr. Gothr. & Rolf. Sag. c. 14. item Herv. Sag. c. 20. Et his ſimilia vide, ſi placet, apud Gloſſographos.

e) De hac voce v. obſervationes *Joh. Gordon* in ſpec.

f) Supplevimus ex codice argenteo lacunam, qua impreſſa exempla laborant.

g) J. & B. recte. v. infra cap. 8, 8. 16, 24. Componitur ex adverbio Gothorum inſeparabili *uf*, Angloſ. *up*, Isl. *aff*, latiſſimæ ſignificationis, ex verbo, cui præfigitur, hauriendæ, & *wopjan*, Sueth. antiq. *opa*, *æpa*, *öpa:* unde *her-op*, *öpa-op*, & apud *Peringsköld.* in Fragm. Runico-Papiſt. p. 19. *Jak græt öpande*, *ok öpte grætænde*, eiulatum plangore diſpunxi, inclamitando.

h) Sic codex noſter & editi; ſed pro *thiumagu* eſſe deberet *thiumagau:* poſcunt enim id regulæ grammatices: confer tamen *Edvardum Lye*, in Gram. Goth. p XLII qui obſervat. terminationes *aus & us*, *au & u* idemtidem confundi. Vox conſtruitur, iudice *Wachtero*, non a *thiu*, vel *thius*, de quo ſupra, ut docet *Jun.* in Gloſſar. p. 349. ſed a Celtico *ty*, domus, quod hodie cuſtodiunt Cambri, & *magus*, puer, Luc. 2, 43. cuius diminutivum eſt *magula*, puerulus, Joh. 6, 9. & cognatum *magath*, virgo, Luc. 1, 27.

59. jah warth in daga *ahtudin. i)*
64. *tuggo. k) St.* tungo.
65. jah warth ana allaim *agis l)* thaim *biſitandam m)* ina.
69. in garda *daweidis n) thiumagaus o)* ſeinis.
71. jah us *handau p)* allaize.
75. in *garaihtein- pp)*
76. *fauragaggis q) St.* fauragangis.
80. uns *dag* ustaikneinais. *J. & St.* dagus--

Cap. II.

2. atwiſandin kindina *ſyriais r)* raginondin ſaurim kyreinaiau. *)
4. urran *than s)* jah ioſef *us galeilaia t)*

59. Et factum eſt die octavo.
64. Lingua.
65. Et factus eſt ſuper omnes timor vicinos eius.
69. In domo Davidis famuli ſui.
71. Et ex manu omnium.
75. In iuſtitia.
76. Præibis.
80. usque ad diem oſtenſionis.

Cap. II:

2. Exiſtente præfecto Syriæ, imperante Syris Cyrenio.
4. Aſcendit autem etiam Joſephus ex Galilæa

---

i) Editi *in daga ahtudim*; tradimus vero lectionem veriorem, cfr. Luc. 9, 22. 18, 33.

k) J & B. emendant *Stiernhielmii* lectionem, cui tamen id concedendum eſt, quod eiusmodi accuratio apud Ulphilam ſibi perpetuo non conſtet; ſed in vocibus nonnullis, quibus, ut aſſolet, *g* ineſſe deberet geminatum, prius fortaſſis recte mutetur in *n*; ſic omnino legimus infra c. 15, 22. pro *briggith*, *bringith*, & v. 23. pro *briggandans*, *bringandans*: unde, ad calculos etiam vocata linguarum cognatarum harmonia, nullam crediderim fore litem de juſto huius geminationis ſono apud Mœſo-Gothos, eamque propterea per *ng*, ex hodierno uſu, exprimendum eſſe, ut: *aggilus*, *ængel*, *bliggwan*, *flænga*, *briggan*, *bringa*, *draggk*, *drank*, *figgr*, *finger*, *gagga*, *gånga*, *huggrjan*, *hungra*, *jugg*, *ung*, *lagg*, *lang*, *pugg*, *pung*, *ſiggwan*, *ſjunga*, *ſtiggan*, *ſtinga*, *tuggo*, *tunga* &c. Non tamen contendimus geminationem illam in qualibet voce ſubiiſſe eiusmodi mutationem, ævo recentiori: habet Ulphilas v gr. *triggws*, *untriggws*, fidus, infidus, Sueth. *trygg*, *otrygg*. &c. hoc autem non contrariatur, ſed limites ponit noſtræ obſervationi. Cfr. Anal. Ulph. §. XXVI.

l) *Agis*, timor, v. Specim. Gloſſar Ulphil. Ab hac voce derivatum eſſe nomen Gallicum *ogre*, in fabellis anilibus *ſeraltii* frequens, ut illi quaſi *terribiles* ſint dicti, credit *Eccardus* in Obſervat. ad monument catechet p. 119.

m) Recte editi. In codice Arg. *biſitantandam*, quod expungi debet.

n) Sic J & B. non *daweidis*, quod, errore librarii habet *Stiernhielmius*.

o) St *thiumagans*. Vide quæ de hac voce diſſeruimus ſupra v. 54

p) J & St. *us handam*, ſed codice noſtro non addicente. B emendate.

pp) Editi perperam *garaihteim*.

q) J. & B. recte. cfr. interim quæ nuperrime obſervavimus ad v. 64. & v. *tuggo*.

r) Eſt lectio codicis Argent. quam regulæ declinationum difficulter admittunt; habemus quippe *galeilaia*, *galeilaias*: *ituraia*, *ituraias*: *iudaia*, *iudaias*: *kaiſaria*, *kaiſarias* &c Annon igitur rectius *ſyrias?* ſic certe editi.

*) Obſervamus heic duplicem dicendi modum æquipollentem, unde ſuſpicatur Rev. *Benz.* alterutrum iteratæ editionis eſſe, & ex margine translatum. Vide quod ſimiliter notavit Cel. Dom. *Præſes* in elegantiſſima Præfat.

s) Ita J. & St. Nec incommode B. *thanei*, rarius licet occurrat. v. Luc. 5, 24.

t) Non dicitur *galilaia*, ut legunt J & St. tranſcribunt enim Mœſo-Gothi ι græc. per ſuum *ei*, ut: Δαβίδ, *daweid*, Πιλάτος, *peilatus*, Σίμων, *ſeimon*, Ελισάβετ, *ailaiſabaith*, Ηλίας, *heleias*, &c. hoc vero non eſſe perpetuum adſerunt exempla, utut rariſſima, φίλιππος, *filippus*, Ισκαριώτης, *iſkariotei* &c. Ceteroquin ſuffragio codicis Arg. recte legimus: *us galeilaia*, quod cur prætermiſerit Rev. *Benz.* in nupera editione, mihi non conſtat.

us baurg nazaraith v) in iudaian in *baurg x*) daweidis ſei haitada *bethlahaim. y*)

7. jah gabar ſunu *ſeinana z*) thana *frumabaur. a*)

ib. ni was *im b*) rumis in ſtada thamma.

13. jah anaks warth mith thamma *aggilau. c*)

15. jah ſaiqhaima waurd thata *waurthano. d*)

16. jah quemun *ſniumjandans. e*)

17. *gakannidedun f*) bi thata waurd.

læa, ex urbe Nazareth, in Judæam, in urbem Davidis, quæ vocabatur Bethlehem.

7. Et peperit filium ſuum primogenitum

ib. Nihil erat ei loci in ipſo loco (manſionis)

13. Et mox fuit cum angelo.

15. Et videamus verbum quod factum eſt.

16. Et venerunt feſtinantes.

17. Notum fecerunt verbum.

v) Hæc verba a *Junio* præterita ſunt, quare eadem in cod. Mſc deeſſe credit *Mareſchall.* in ſuis Obſervat p. 446. St. & B. quod ſuum eſt, reddunt Ulphilæ.

x) J. errore typothetæ *baurh.* St. & B. rectius *baurg.* Eſt omnino idem vocabuli ac græcorum πύργος, Gall. antiq. *borgo*, turris, caſtellum, oppidum. cfr *Vedel.* Ind. p 41. Hinc *baurgjans* Luc. 19, 14. Sueth. *borgare*, *borgersmän*, cives urbani. v. *Spegel* in Gloſſ. p. 62. Unde porro manifeſta emergit ratio appellationis urbium, oppidorum, locorumve, quorum apud nos exterosque nomina in *borg* deſinunt. cfr. *Wachterus* in v. *burg.* item *Schilter* in Gloſſar. p. 147.

y) Editi *bethlaihaim*, & ſic utique foret juxta obſervationem noſtram p. 16. not. *h.* quæque idonea & ſufficienti nititur auctoritate; ne vero lectionem ſuam codici noſtro denegare videamur, bona fide reſtituimus *bethlahaim*: quemadmodum etiam mox infra v. 15. præeunte codice, legimus.

z) J. & St. *ſeinama*, vox nihili.

a) J. & St. legunt *frumabauri*, quod codex & B. non agnoſcunt, neque probo exemplo confirmari poteſt. Compoſitum eſt a *fruma*, initio, Joh. 15, 27. & *bairan*, gignere, unde *gabaurans*, natus, Joh. 16, 21 De voce *fruma*, &, quæ inde habentur, compoſitis conſuli velim *Jun.* & *Schilt.* in Gloſſariis, nec non *Verel.* in Indice p 83.

b) St. errore typographi, *in* J. & B recte.

c) J perperam *aggilu*; nam præpoſitio antecedens *mith* requirit Ablativ. *aggilau*: quin etiam infra v. 21. huius capitis, apud J. & St. minus recte legitur *fram aggilu* pro *fram aggilau.* B. utraque hæc loca emendavit.

d) St. *waúrthand*, quod reiicimus, eiusque in locum, ad ductum codicis Mſcr. reponimus *waurthano*, eſt enim hæc forma particip. paſſiv. gen. neutr. ſing. numer. qua nihil fere apud Ulphilam vulgatius: Vid. Luc. 15, 6. Marc. 4, 15. 5, 14. Joh. 10, 35. 12, 6 13, 18. De uſu autem & terminatione horum particip. plural. numeri, cfr. annotat. ad Matth 27, 54 quibus addi poſſunt exempla, quæ occurrunt in Diſſ de nominibus Mœſogothorum.

e) Sic J. & B habet vero St. vitio fortaſſis librarii, *ſnumjandans.* Eſt particip. activ. plural. num. a ſingul *ſniumjands*, feſtinans, Luc. 19, 5. a *ſniumjan*, feſtinare, properare, unde *ſniumundo*, feſtinanter Luc. 1, 39 Affines huius vocis reperimus apud Alemannos, teſte *Schiltero*, Gloſſar Teut. p. 749. item apud maiores noſtros, quibus *ſnemma* idem eſt ac *cito:* Hervar. S. c. 13. p 134 *kongr var okatur than dag, oc gieck ſnemma til reckiu*, rex ſubtriſtis fuit eo die, citoque petiit lectum. v. *Verel* in Indice Hinc *ſnimen*, dialect. Smolandica nuper. Antiq *ſnemaum morgunen*, primo mane, v. *Spegel* in Gloſſ. p. 457 Cfr. *Junii* Gloſſ. p. 310.

f) B. ita J. & St vitioſe *gakannadedun*; habet quippe infinitiv. *gakannjan*, manifeſtare, Sveth. *kunngöra*, præterit. regulare *gakannida.* v. ſupra v. 15 atque adeo 3 perſ plur. *gakannidedun*, ut: *gataujan*, facere, Luc. 5, 34. *gatawida*, Luc. 1, 49 *gatawidedun*, Joh. 12, 16. *gamotjan* occurrere, Joh. 12, 18. *gamotida*, Joh. 11, 30 *gamotidedun*, Matth 8, 28. *laiſtjan*, ſequi, Marc 8, 34 *laiſtida*, Joh. 6, 2. *laiſtidedun*, Matth 8, 1 & ſexcenta alia. Ceteroquin vocem hanc in plerisque linguis Borealibus uſu viguiſſe, nec græcis fuiſſe peregrinam, utpote quibus κοννεῖν. auctore *Heſychio*, eſt *ſcire*, *intelligere*, in Gloſſar. *Juniano* obſervatum videbis. cfr. *Verel.* Ind. in v. *kunna.*

18. fram thaim *hairdjam g)* du im.
20. jah gawandidedun fis thai *hairdjos. h)*
ib. in allize *thizeei i)* gahaufidedun.
22. usfulnodedun dagos *hraineinais k) ize. l)*
24. gajuk *hraiwadubono. m)*
29. nu fraleitais fkalk theinana *fraujinond fan. *)*
34. fa ligith du *drufa jah usftaffai. n)*

18. A paftoribus eis.
20. Revertebantur paftores.
ib. Super omnibus, quæ audierant.
22. Complerentur dies purgationis eorum.
24. Par turturum.
29. Nunc dimittas famulum tuum, dominans Domine.
34. Hic iacet in cafum & refurrectionem.
37.

---

g) Editi *hairdjan*, fine exemplo codicis, qui conftanter fuffragatur noftræ lectioni, regulis gram. apprime convenienti. *hairdeis*, paftor, Joh. 10, 2. Sueth. *herde*, *hairda fweine*, grex porcorum Matth. 8, 30. Sueth. *fvinehjord.* Etymon vocis habemus, *hird*, cuftodia, unde *hirda*, fervare, cuftodire, apud *Verel.* in indice.

h) Iterum corrupte editi *hairdjonds* non dubitat Rev. *Benzelius* legendum, ceu fupra v. 8. *hairdjos*, idque h. l. habet codex Argent.

i) Editi *thoeei gahaufidedun*, quod, fi quid ego judico, non difplicere debet: at in eodice noftro legimus *thizeei gahaufidedun*, quod æque manifefta ratione fyntactica nititur; fiquidem *hausjan* apud Ulphilam interdum per ellipfin genitivum adfcifcit. Joh. 6, 60. 7, 40. 10, 16. 18, 37. & alibi.

k) J. & St. *hraineimais*, quod refpuit B. & iubente codice Mfcr. probe reftituit *hraineinais*, cuius infra occurrit cafus fextus *gahraineinai*, Sueth. *rening*, *hrains*, *hrana*, *hrain*, purus, a, um, Sueth. *ren*: *gahrainjan*, purificare, Sueth. *rena*, *renfa*. Radicem huic voci conftituit *Junius* græc. ῥαίνω, afpergo, aqua perfundo, quum ab afperfione aquæ ad purgationem facilis fit in fignificando tranfitus. His vero, utut fpeciofe dictis, contradicunt alii, deducentes eam vel a *rin*, *rinn*, fluvius, rivus, unde Germ. *reinigen*, & noftrum *rena*, proprie erit *aqua profluente abluere*, v. *Wachterus*, item *Stiernhielm.* & *Schilt.* in Gloffariis.

l) Non legit Ulphilas ἀυτῆς, eius, cum verfione veteri latina, confentiente codice complutenfi; fed ἀυτῶν, eorum, prout editi & verfiones præcipuæ Orientales, confirmante *Origene* Homilia XVI. ad noftrum Euangeliftam. v. edit. *Benzel* p. 164. & Obfervat. J. *Millii* ad hunc locum.

m) Sic J. & B. Sed St. errore amanuenfium, *hraiwadubona*, quod etiam in Gloffar. p. 36. & 91. eft notandum. Vox mihi proprie denotat *columbas ravas*: fubit vero *ravus* duplicem fignificatum, vel, ut *Feftus* ex *Verrio* interpretatur, cui vox rauca & obtufa, vel qui ravi eft coloris, utrumque turturibus apprime convenientem Prope a vero abfuerunt Etymologi, fed ita tamen, ut *Wachterus* confugerit, aut ad fonum avis naturalem & luctuofum *tur*, aut, cum *Junio*, ad Anglofax. *hreovan*, Germ. *reuen*, dolere, lugere, v. Gloff Germ. p. 1730 Nobiliffim. *Stiernhielmius* originem arceffit a noftro *kræve*, ingluvies, q. d. *krævedufvor*, quod quidem, meo judicio, non fatisfacit: neque illi affentimur, qui porro derivat *dubo*, columba, a fictitia, ni fallor, voce *dufa*, involare, quum potius huc facere videatur Anglof. *dufian*, immergere, ut bene obfervavit *Jun.* in Gloff.

*) *Fan* eft Scholion, judice Rev *Benzelio*, ex margine translatum, v. nuper. edition. p. 165. *Marefchallus* autem ftabilit hunc Ulphilæ pleonafmum, coniectura non improbabili, ut quæ nil habet, quod fenfui & manifeftæ etymologiæ repugnet, *fraujinond* mihi eft cafus quint. participii *fraujinonds*, a *fraujinon*, dominari, imperium gerere, quod fupereft in illo *gafraujinond*, quod occurrit Marc 10, 42. ut adeo *fraujinond fan* reddi poffit *dominans domine*, Sueth. *herfkande herre.* An vero lectioni interpretis noftri fuffragentur alii codices, mihi non conftat

n) Sic codex Argent. & B *drus*, cafus, & *ufftaff*, refurrectio, dativum, quem *du* regit, aliter formare nequeunt. cfr. Matth. 7, 27. not. *h.*

37. *soh o)* ni afiddja fairra alh. faſtubnjam jah bidom *blotandei p)* fan.
38. jah rodida bi ina *in q)* allaim.
40. ahmins *fullnands. r)*
43. jah ni *wiſſedun s)* ioſef jah aithei is.
46. bigetun ina in *alh. t)*
47. hausjandans *is. v)*
51. *aithei. x) St.* athei.

Cap. III:

1. in jera than *fimftataihundin. y)*

37. Hæc non diſceſſit e templo, ieiuniis & precibus colens Deum.
38. Et loquebatur de eo inter omnes.
40. Spiritu impletus.
43. Et neſciverunt Joſephus & mater eius.
46. Invenerunt eum in templo.
47. Audientes illum.
51. Mater.

Cap. III:

1. Anno autem decimo quinto.

o) B. aſſentitur codici, quem J. & St. deſerunt legentes *ſo*, (vide quæ obſervavimus ad Marc. 12, 10. 16, 10. in notis.

p) Ita probe editi; eſt enim hæc terminatio uſitatiſſima nominat. ſing. præſent. particip. feminin. generis, ut *dailjandei*, hæc dividens, *ſokjandei*, hæc quærens, &c. in codice autem minus recte: *blotande. Blota*, ſignificatu vetuſtiſſimo, *victimis & hoſtiis Deos placare*, unde apud *Verelium* in Ind. *blot*, *blotſcap*, ſacrificium cruentum, *blotgodur*, ſacrificiorum præſides, *blotmadur mikill*, in ſacrificando aſſiduus, *blothus*, fanum, delubrum, &c. v. Herv. Sag. c. 20. p. 183. Hanc vocem poſtea retinuerunt Mœſo-Gothi, & vero Dei cultui adhibuerunt: hinc *blotan* illis eſt colere Deum, & *gothbloſtreis*, Dei cultor, Joh 9, 31. quorum radicem eſſe *bloth*, ſanguis, Sueth. *blod*, a βλύειν, ſcaturire, cenſet *Junius* in Gloſſar. Gothico. Sed conf. Fragm. Ulph. ad Rom. 12, 1.

q) J. ingratiis codicis omiſit praepoſitionem, quam St. & B. reſtituerunt.

r) St. *fulnands*, cui opponimus primitivum *fulls*, Luc. 5, 12. Sueth. *full*, & *fulljan*, implere, *fylla*, unde *fulljands*, implens, Matth. 27, 48. *fuls* autem longe alia vox eſt, & notat *fœtidum*, Joh. 11, 39. Atque his probe obſervatis, facile etiam corrigi poſſunt menda illa leviora, quae incuria Amanuenſis admittit nobiliſſ. auctor in Indice, ſub voce.

s) Codex habet *wiſedun*: editi ad analogiam propius *wiſſedun*, ut infra c. 4, 41. a *witan*, ſcire, Sueth. *veta*, Germ *wiſſen*, quod videſis apud *Wachterum*.

t) Sic editi: codex noſter praeter conſuetudinem, & vitio haud dubie operarum, *allh.* cfr Marc. 11, 11. 15. 16. 14, 58. 15, 29. Luc. 1, 21. 22. Una haec eſt vocum, quarum occaſione celeb. Dom. *Præſes* demonſtravit inſignem illam affinitatem, quae eſt inter linguam Gothicam & latinam, qua de vide ſupra laudatam Praefationem: quod vero exinde perſuadere ſibi videantur auctores relationum Gœttingens. anni 1752. n. 82. nos fugiſſe, uſu vigere hanc vocem in lingua Germanica & praecipue Angloſaxonica, id quidem modeſte praeterimus, & plura deſiderantem mittimus ad Specim Gloſſar. Ulphilan. nec non *Wachter.* in Gloſſar. p. 643. Addimus tamen adhuc, quod eadem vox in lingua Eſthonica, ſimili plane modo ac in latina ſuperſit, nimirum in *Hallial*, *Kuſal*, *Hapſal*, *Leal*, &c. quae Eſthonibus ſunt templa, his nominibus inſignita, ceu nobiſcum, pro ſuo in nos favore, communicavit rerum livonicarum eleganter peritus cl. *Eil. Wettring.*

v) J. & St. *ina.* cfr. Annotat. ad v. 20. antecedentem, not. *i.*

x) J. & B. recte, prout St. in Gloſſar. p. 7. v. Luc. 1, 43. 60. Vocis familiam conſervant hodieque Fennones, quibus *æiti*, mater, *æitinen*, matercula, *æitillinen*, maternus, in Lexico *Juslenian*o: quin & *aitea*, eiusdem apud Lappones ſignificatus, obſervatum *Stiernhielmio* in Indice. Huic, eodem pæne ſono, conſentit Græc. Bithyn & Mœſogoth *atta*, pater, annotante *Junio* in Gloſſar. & *Baſ. Faber* in Theſaur Quemadmodum etiam ad hanc claſſem ſpectare *attimun* ſeu *atlantem* pluribus docet Cel. *Rudbeck* Atlant T. 1. c VII. §. 5. p. 211. De antiqua hac voce vide porro *Wachter.* in Gloſſar. p. 26

y) Editi *fimftaihundin*, eadem ni fallor, ratione, ac Joh. 11, 18. *fimftaihunim*, quindecim; ſed magna hæc inter loca eſt differentia: illic enim obſervaveris numerum compoſitum cardinalem

poni

ib. fidurraginja this galeilaias *herodei.* z)
2. at *auhmiſtam* a) gudjam.
5. wairthith *thata wraiquo* b) du raihtamma jah *usdruſteis* c) du wigam ſlaihtaim.
10. *an* d) qha taujaima.
14. nimannanhun *anamahtjaid.* e) jah *waldaith* f) *annom* g) izwaraim.
17. *jah* h) briggith kaurn in *banſla* i) ſeinamma.
21. warth than bi the daupida *alla mana-*

ib. Tetrarcha Galilææ Herode.
2. Sub ſummis ſacerdotibus.
5. Erit curvum in rectum, & aſperum in vias planas.
10. Ergo, quid faciamus.
14. Nemini per calumniam quidquam abripite, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.
17. Et deferet frumentum in horreum ſuum.
21. Factum vero eſt cum baptizaretur omgein

---

poni pluraliter; hic autem numerum compoſitum ordinalem ſtare ſingulariter, *fimftataihundin*, decimo quinto, Sueth. diceres *femtetionde*, iam vero, per ſynæreſin, & ſyncopen, *femtonde.*

z) Editi *herodes.*

a) Reſtituimus auctoritate codicis Mſcr. rev. *Benzel.* cum editis, *auhumiſtam*, nec ſine mendi ſuſpicione admittit noſtram lectionem, v. nuper. edition. p. 183. 284. in notis: utraque tamen, ſi quid video, in lingua Gothica, invaluit, legimus quippe Luc. 4, 29 *und auhmiſto*, ad ſummitatem, & cap. 19, 47. *thai auhmiſtans gudjans*, ſummi ſacerdotes. Refer. vocem ad *hauh*, quo de vide ſupra c. 1, 32. not. *p*.

b) Emendavimus lectionem J. & St. codici noſtro, regulisque Grammat. contrariam. *wraiquo* rev. *Benzelio* eſt *curvum*, nobisque deducitur a Latin. *varicus*, quod a *varus*. cft. *Feſtum* & *Nonium* in *obvaricari*, Græc. βϱικὸς Heſych πονηϱός. Adde, quæ habet *Jun.* in Gloſſar. p. 410.

c) Six codex Mſcr editi *uſtbrusteis*, quod auctore rever. *Benzelio* exponitur *aſperum*; quæ vero ſignificatio huic voci propria ſit, mihi nondum innotuit. Videatur tamen coniectura non improbabilis apud *Junium* l. c in voce *thrutsfill*, item *Verel* in Indic. & v. *thrutna.*

d) J. & St. *than.* Notamus, morem fuiſſe veteribus Gothis præmittendi reſtitutam particulam interrogationibus, v Luc. 10, 29. 18, 26. Joh 9, 36. neque apud noſtrates in deſuetudinem abiiſſe, ſed mutatam in *æn* eandem ingredi rationem. v. Edit. *Benzel.* p. 171.

e) Ita Codex & B. Nec male J. & St. *anamahtjaith* cfr. Luc. 1, 32. & quæ ib. docuimus. *Junius* deduxit vocem a *mahts*, potentia, ut adeo *anamahtjan* ſit *potentiæ ſuæ fiducia ad iniurias minorum efferri*, v. Matth. 11, 12. Luc. 18, 32. vel, quod eodem redit, *viribus ſuis in aliorum fraudem abuti*, v Marc. 10, 19. & Specim. Gloſſ. Ulphil.

f) Rev. *Benzelius* non transtulit vocem, quæ omnino difficillima eſt explicatu; etenim ſi interpres noſter pro ἀϱκεῖσθε, ut omnes codices editi habent, legerit ἄϱχετε, quæ coniectura eſt *Mareſchalli*, certe heic propria adeſt ſignificatio τȣ̃ *waldan*; ſed qui heic locum habeat, non aſſequimur: nec, ſi priorem illum ſignificatum retineamus, in vado res fuerit, quum quid vocis ſit, & unde domo, ignorent Gloſſographi. Provocamus igitur ad lectionem in margine, *ganohidai ſijuth*, contenti eſtote, atque inde, quod ad rem ipſam, integer apparet ſenſus.

g) Ex Latio ad Gothos, ſub imperatoribus Romanis merentes, vocabulum hoc manaſſe, non nemini in confeſſo eſt, v. edit. *Benz.* p. 172. qui vero meliora videre cupit, adeat Cel. Dom. *Præſidem* in Specim. Gloſſar. Ulphil.

h) St. *jak.* v. Matth. 5, 42. not. *m.*

i) Sic codex argent. & B. ideoque in nominat. *banſts*, horreum, receptaculum frugum. J. & St. *banſtan.* Etymon huius vocis fruſtra quæſivimus. v. interim *banze*, locus aſſervandis ſegetibus deſtinatus, apud *Loſch.* in lit. celt. p. 85.

gein k) jah at iaisu *uf daupidamma jah bidjandin. l)* usluknoda himins.
23. jah silba was iaisus swe *jere m)* thrijetigiwe *ufgakunthai. n)* *swaci o)* sunus munds was *iosefis. p)*
24. *laiwweis. q)* *St.* laiweis.
26. *iodins. r)* *St.* iudins.
34. *iakobis. s)* *St.* iacobis.
35. *fairokis. t)* *St.* saikoris.
37. *maleilaielis. v)* *St.* maleiaielis.

Cap. IV:

3. jah quath du imma *diabulus. x)*
10. *wairp. y)* thuk thathro dalath.

nis populus, etiam Jesu baptizato ac precante, aperiebatur cœlum.
23. Et ipse Jesus erat quasi triginta annorum - - - - - - uti putabatur, filius Josephi.
24. Levi.
26. Judæ.
34. Jacobi.
35. Sarochi.
37. Maleleelis.

Cap. IV.

3. Et dixit ei Diabolus.
10. Jace te hinc deorsum. 11.

---

k) *Junius* habet *allama managein*, sed *ma* in *allama*, culpa forte librarii irrepsit ex voce sequenti. St. *alamma mitothim*, in errorem indictus paginæ alterius literis, folium permeantibus, ceu monet Cel. D. *Præses* in citata Præfatione.

l) J. & St. *ufdaupidammai jah bidjandein*, quod optime emendavit. Observo, ne quid dissimulem, in codice nostro errorem amanuensis, qui primum videtur scripsisse *bidjandein*, id autem postea, *e* deleto, ad regulas grammat. restituisse. cfr. Matth. 5, 42.

m) St *jera*, sed non quadrat sequenti *thrijetigiwe*, hoc enim est casus secundus numer. plural. illud vero dativ. vel ablativ. J. & B. recte. Vocem, pro more suo, eleganter explicat *Wachterus* in Glossar. p. 776. 777.

n) Est hæc vera codicis argent. lectio, quæ diu multumque torsit ingenia etymologorum, sed ita tamen ut reverend. *Benzelius* putet, seorsum legenda esse *uf* & *gakunthai*, hoc vero casum tertium esse a *gakunths*, manifestatio, a *gakunthjan*, manifestare, adeo ut sensus sit, *sub manifestationem suam*, sive *circa initia manifestationis suæ ac publici muneris*: sicut supra c. 1. vers. ultimo *und dag ustaikneinais seinaizos*, de initio officii Johannis Baptistæ Vide nuperam edition. p. 174. Addam insuper coniecturam *Ed. Lye* in observationibus ad h l. nimirum, pro *ufgakunthai*, legi vult *us gabaurthai*, a nativitate, quod illi parum a codicum lectione distare, & huic loco accommodatum videtur. Confer adhuc, quæ exhibet sagacissimus *Mareschallus* in observationibus suis pag. 451 quæque mihi certe, præ ceteris arrident; si modo pro *ufgagunthai*, ut auctor suspicatur, foret *uf gagunnai*, sub initium, quod proxime accedit lectionibus codicum græcorum. Subiicit mihi memoria *Tatianum* dum eandem hanc pericopam alemannice reddit, cognata voce uti. *intitherselbo Heilant uuas ingonnenti sama so thrizug jaro.*

o) St. literarum similitudine lapsus, habet *fykei*, vocem nihili. Marc. 2, 28.

p) Sic recte. Mox infra v 24 26. 30 eadem menda apud St. occurrunt.

q) J. & B. consentiente codice, nobiscum faciunt, & sic legendum v. 29. apud St.

r) J. & B. recte, nec aliter codex argent. cui hæc perpetua est lectio.

s) Elemento *c* caret Alphabet. Gothicum.

t) J. & B. observant lectionem codicis. Gr. Σαρούχ.

v) Iidem h. l eandem tuentur accurationem. Præterea apud St. v 24. pro *iannis* lege *iannins*, & paulo post v. 27. pro *iohannis*, *iohannins*.

x) Editi *diabulaus*, quod æque codici probatur, vide mox infra v. 5, usitatius tamen *diabulus*, ut sequenti v. 6. *sa diabulus*, ubi simul observes articulum præpositivum *sa*, quem J. & St. præter consensum codicis nostri, omiserunt: sic porro v 13. pro *diabolus* apud *Jun.* & *diabolaus* apud *Stiernh.* recte rev *Benz.* legit *diabulus*. Pari modo promiscue occurrunt *sunus* & *sunaus*, unde Vocativ. *sunu* & *sunau*, item *magus* & *magaus*, &c. Confer. annotat. in cap 1. v. 54.

y) Haec est forma Imp. mod 2. pers singul. J. autem & St. *wairpi*, quod probe emendavit B. Ita Marc. 11, 23. *wairp thus in marein*, proiice te in mare. De voce diximus Part. ad Marc. 1, 34. not. r.

11. ana *handum z)* thuk ufhaband ei qhan ni *gaſtagqujais bi ſtaina a)* fotu theinana.

11. In manibus te extollent, ne quando ad lapidem offendas pedem tuum.

13. jah uſtiuhands all *fraiſtobnjo. b)*

13. Et finiens omnes tentationes.

14. urrann and *all gawi biſitande c)* bi ina.

14. Exiit in omnem regionem circumiacentium.

18. merjan *frahunthanaim d)* fralet.

18. Prædicare captivis dimiſſionem.

25. weſun in *dagam e)* heleiins in *israela. f)* than galuknoda himins du *jeram thrim. g)*

25. Erant in diebus Eliæ in Iſraele, quando clauſum eſt cœlum ad tres annos.

27.

z) J. & St. *handun*, quod expungimus, atque eius in locum cum *Benz.* ex codice reſtituimus *handum.*

a) Codici noſtro iterum refragatur lectio *Jun. & Stiernhielmii: ni gaſtagujaiſei ſtaina*, quam Rev. *Benzelius* merito ſuſpicatur vitioſam eſſe, eamque ob cauſam ſupplet ſenſum vertendo *ne quando ad lapidem offendas*, ratus culpa typothetae excidiſſe praepoſitionem *at* vel *du.* Legit nihilo minus *gaſtagqujaiſei ſtaina*, & affixum illud *ei*, quod incommodum cenſet, in textu retinet. v. Nuper. edition. p. 179. Pro *gaſtagujais* habemus *gaſtagqujais*, a ſimplici *ſtigquan*, cum impetu ferri, ordine militari procedere, ut Luc. 14, 31 *qhas thiudans gaggands ſtigquan withra antharana*, quae *Junius* interpretatur: *quis rex militari ordine procedens adverſus alium*, &c v. Gloſſar. p. 317. 318. Porro confer *biſtugqum*, Matth 7, 25. 27. in lingua vetere Gothica *ſtinka, ſtjunka, ſtucka* non raro notat *cum impetu ferri* v. LL. Helſ. Manh. B. c. III. §. 1. LL. Upl. eod. Tit. c. IV. *ſtjunkær ſidhæn af ſtene æller ſtucki* i. e. ſi poſtea repercutiatur a lapide vel trabe. Rolf. Krak. Sag. p. 86. *ſtockur han ſo fram a bærſerkine* i. e. irruit ita in pugilem, cfr. Ol. Trygg. Sag. p m. 25. Heims Kr. Tom. I. pag. 139 LL. Gothl. c. 23. Et, ni fallor, eiusdem familiae vox eſt, quae occurrit apud Notker. Pſ. 61, 11. dum verba *divitiæ ſi affluant* vertit *ube juh aber rihtuoma zuo geſtungene ſin.* Ceterum, *ei* reiecto, ſubſtituimus *bi*, praepoſitionem ad *ſtaina* neceſſariam.

b) Sic B recte, J. & St. *fraiſtibrjo.* Neutrum improbat Ulphilas cfr. Matth. 6, 13. Et huius permutationis, quae ob affinitatem vocalium naturalem facilis eſt, adſunt nobis exempla inter alia: *widuwo & widowo*, Luc. 7, 12. 18, 3. *ushofon & ushofun*, Luc 17, 13. Joh. 11, 41. *afdobn & afdumbn*, Luc. 4, 35. Marc. 4, 39. *ohtedun, uhtedun*, Joh. 6, 19. Marc. 11, 32. quin etiam in flexionibus *fon, funins*, Marc. 9, 44. Matth 5, 22. *lauhmoni, lauhmunja*, Luc. 10, 18. 17, 24. Vocem, mutata terminatione, conſervant adhuc noſtrates, quibus *tentatio* dicitur *freſtelſe*, Island. *freisn, freisne, & freiſting*, idem. Hisque accedunt Franc. *freiſon*, periculum v. *Wacht.* Gloſſ in v. *freislich, fraiſan*, tentare, Joh. 6, 6. Sueth. *freſta*, Angloſ. *fraſigan*, idem. Cuncta derivat *Somnerus* a *freſſen*, vorare, v. *Schilt.* Gloſſ Teut. p. 313.

c) Rev. *Benzelius* putat vitioſam eſſe conſtructionem, ideoque legendum *allgawi biſitando*, vel *allgawie biſitande*, abbreviate pro *biſitandane;* obſervat vero *Edw. Lye*, quod etiam nobis viſum eſt, integrum fore nexum, ſi verbum verbo reddideris, *omnem regionem circumiacentium:* pro *gawie* porro foret *gauje*, genitiv. plur. *τȣ gawi* v. edit. *Benz.* p. 180. De hac voce cfr. *Scherz.* ad *Otfr.* Evang. L. III c. XIV. v. 148. it *Wacht.* in v. *gau.*

d) J. & St. *frahunthanais*, quod codici Mſcr. & regulis grammat. contrariatur. Etymon vocis, iudice *Wachtero*, eſt *henden*, capere, cui conſentiunt lat. *hendo, prehendo*, noſtrumque *handa, hænta*, apud *Loccen.* in lex. Jur. Sueo Goth. Unde Germanis *hund*, captivus, v. citati auctoris Gloſſar. Germ. p. 704. anglis *to hunt*, venari & captare feras, & apud *Willeram verhundeta*, captiva, cfr. *Hickes.* in Theſaur. grammat. Franco Theot. p. 18.

e) Sic codex & B. v. Luc. 1, 5. J. & St. *in daga* in die. ibid. v. 59.

f) *Junius* habet *in iſrael.* St & B. rectius. v. annotat. noſtras ad Matth. 9, 33.

g) Editi *du jeran thrin*, incommode, regit quippe *du* caſum tertium, qui in plural. numero ſemper exit in *m.*

27. thrutsfillai weſun uf *haileiſaim h*) praufetan.
29. uskuſun imma *ut us i*) baurg.
31. laisjands *ins k*) in ſabbatim.
40. miththanei than *ſagqu l*) ſunno.
ib. ith is *ainqharjammeh m*) izé handuns anlagjands.
42. ei ni *aſlithi n*) fairra im.
43. wailamerjan ik *ſkal bi thiudangardja o*) goths.

Cap. V.

4. *brigg p*) ana diupitha. jah *athahid q*) tho natja izwara.
5. waiht ni *nemum. r*)
7. jah *bandwidedun s*) gamanam *thoei t*) weſun in antharamma ſkipa.

27. Leproſi erant ſub Eliſæo propheta.
29. Eiecerunt eum ex urbe.
31. Docens eos in Sabbatis.
40. Quum autem occiderat ſol.
ib. Verum is unicuique eorum manus imponens.
42. Ne diſcederet ab eis.
43. Evangelizare me oportet de regno Dei.

Cap. V.

4. Duc in altum, & demittite retia veſtra.
5. Nihil cepimus.
7. Et innuerunt ſociis, qui erant in altera navicula. 10.

---

h) J. & St. *haileiſand*, quod *Hickeſius* corruptum cenſet pro *haileiſaia*, v. in Theſauro grammat. Angloſ. & M. Goth. p. 81. Praevalet interim, quam ex codice reſtituimus, verior lectio, & B. adſtipulatur.

i) Editi *utan baurg*; nos autem rectius legimus *ut us baurg*, Sueth. *ut ur ſtaden*, *ut* vel *uta*, ἔξω, foras adverbium linguæ Gothicæ cum ſeptentrionalibus Dialectis commune, v. Gloſſar. *Junianum* p. 379. Duplici modo conſtruitur, vel ſeparatim, v. gr. *usgaggands ut*, egreſſus foras, Matth. 26, 75. *uſidaja ut us thizai baurg*, egreſſus eſt extra urbem, Marc. 11, 19. cfr. cap. 1, 45. 11, 4. Joh. 11, 43. vel coniuncte, v. gr. *utusiddjedun*. Matth. 9, 32. cfr. Luc 7, 12. Joh. 9, 22.

k) Vocem omittit *Junius*; admittit vero codex Argent. & ſic probe St. & B.

l) St. & J legant *ſagu*, quod obelo notari debet, v. Matth. 8, 11. not. *o*.

m) Eſt caſus tertius a primo *ainqharjis*, unus quisque, Sueth. *en hwar*, cfr. Luc. 19, 26. Perperam igitur J. & St. *ainqharjaneh*. B emendate.

n) J. & St. *galaith*, bene omnino quoties reſpicitur modus indicativus; atqui *ei*, particula præcedens, requirit coniunctivum *galithi*, vel quod h l. codicis proſtat, *aſlithi*, ab *af*, ἀπὸ, ab, & *leithan*, quod vide Matth. 7, 13. not. *f*.

o) J. & St. legunt *ik ſkulda thiudangardja*, & ſic quidem pro 1. perſon. futuri, quæ huius eſt loci, exhibent primam perſonam præteriti. cfr. Joh. 9, 4 & *Edw. Lye* in Grammat Gothica p. L. quin etiam, reclamante codice excludunt præpoſitionem *bi*, περὶ, de, B. utrumque emendat.

p) St. habet *bring*, nec non infra v. 14. *gang* pro *brigg* & *gagg*, ut apud J. & B.

q) Sic Codex & B recte, eſt enim ab Infinit. *athahan*, in altum mittere, ſuſpendere, extollere; cfr. *hahaida*, Luc 19, 48. affine eſt, ni fallor, *haujan*, de quo ſupra cap. 1, 32. not. *p*. J. & St. *athaihid*.

r) St *nemun*. Repugnat formæ 1. perſ. pluralis, utpote quæ ſemper terminatur in *m*, & ſic codex Argent. J. & B. v. Matth. 27, 9. not. *y*.

s) Ab infinitiv. *bandwjan*, unde *bandwon*, Marc. 14, 44 Island. *benda*; innuere, & *bending*, nutus, apud *Verel*. in Indice. Huc pertinet *band*, quod perantiquo uſu notavit *ſignum eminens*, præſertim *vexillum*, unde vocabula Longobardis, ac deinceps Gallis, Italis & Germanis uſitata, *bander*, *bandereſius*, pro vexillifero. v. *Lœſcher*. literat. celt. p. 84. & illuſtr. *Leibnit*. collect. Etymolog. Part. II. p. 92

t) Sic certe codex, quod, ſalvis regulis, ſtare nequit; eſt enim *thoei*, idem ac *thatei* vel *thoeci*, quod, quæ, ceu docent grammatici: neque cum editis legendum *thaei*, v. Matth. 11, 8. Marc.

10. sununs *zaibaidaiaus. v)* *thaiei x)* wesun gadailans seimona.
13. thata thrutsfill aflaith *af y)* imma.
14. jah *is z)* faurbaud imma.
15. jah garunnun hiuhmans managai *hausjon. a)* jah leikinon fram imma sauhte *seinaizo. b)*
17. *thaiei c)* *J.* & *St.* thaei.
18. jah *galagidideina d)* in andwairthja is.
19. *gasatidedun e)* ina mith thamma badja in *midjaim. f)*
20. *afletanda g)* thus frawaurh eis theinos.
21. *fareisaieis. h)* J. fareisaeis.

10. Filios Zebedæi, qui erant consortes Simonis.
13. Lepra abiit ab eo.
14. Et is præcepit ei.
15. Et conveniebant homines multi auditum, & ut sanarentur ab illo a morbis suis.
17. Qui.
18. Et ponerent in conspectu eius.
19. Posuerunt eum cum lecto in medio.
20. Remittuntur tibi peccata tua.
21. Pharisæi.

22.

Marc. 4, 16. Tutius ergo *thaiei*, qui, vide infra vers. 10. 17. 29. & alibi. Conf. *Anal. Ulph.* diss. I. §. XVII. in not.

v) *Junius: zabaidaiaus*, gr. Ζεβεδαίου. v. Matth. 10, 25. not. *h.* St. & B. bene.

x) Editi *thaei*; existimaverim autem, sensui convenientius esse *thaiei* οἳ, & sic omnino codex Argenteus & græci.

y) St. præterit *af*, J. & B. probe observant. v. Luc. 9, 37. & passim.

z) St. iterum, & J. ingratiis codicis nostri vocem extrudunt a Rev. *Benzelio* restitutam.

a) Editi *hausjan*, idem. Utrumque usus approbat. cfr. Marc. 4, 33 Joh. 6, 60. quin etiam Luc. 15, 1. Joh 9, 27. Manifestam affinitatem, permutatione, qua nihil in ore vulgi est frequentius, literarum *r* & *s*, produnt Anglos. *hyran*, *gehyran*, Franc. & Alam. *horen*, *gihoren*, *hoorran*, Sueth. *höra*: ab *auso*, auris. Vide specimen Gloss. Ulph. & *Wacht.* Gloss. Germ. v. *ohr.*

b) St. *seinazo*, vitio, quod sæpius illi contigit, typographi.

c) Sic B Vide quæ nuper notavimus ad eandem vocem.

d) J & St. *galagidedeina*, idem. Utrumque, nisi fallor, optimæ notæ, & 3 pers. plural. Præterit. Subiunct. à *galagjan*, ponere, ut infra, cap 6, 11. *tawidideina*, a *taujan*, facere, & Joh. 18, 36. *usdaudedideina*, ab *usdaudedjan*, sollicite curam agere; exempla vero in contrarium frequenter occurrunt, ut: *sokidedeina*, *fastaidedeina*, *falbodedeina*, &c.

e) Citra assensum codicis J. & St legunt *gasandidedun*, miserunt; Textus autem græcus καθῆκαν habet, adeoque recte interpres noster *gasatidedun*, a *gasatjan*, ponere, collocare, Sueth. *sætta.* B. idem monet

f) Editi *in midjain*, quod explodit Ulphilas, & nobiscum facit, ceu videre est cap 2, 46. 4, 35. 6, 8. In usu ceteroquin est *in midumai*, in medium, Marc. 3, 3. Luc. 8, 7. 10, 3. unde Anglos. *on myddan*, Alam. *in mittan*, Sueth. *midt uti.* Convenit etiam græc. μέσον, & lat. *medium.* Cuncta autem deducenda arbitror a *mith*, inter, Marc. 7, 31. 9, 50. pro quo in compositis occurrit *mid*, Luc 7, 1. nam hæc particula, iudice *Wachtero*, lib. cit. p. 1085. quando naturam induit substantivi, significat id, *quod inter duo vel plura extrema æqualiter vel inæqualiter locatum est.* Hinc nostratibus *medel*, medium, *medlare*, mediator, *medja* & *midja*, medium corporis, & porro, notione composita, *middag*, meridies, *midnatt*, nox media, *midsommar*, medium æstatis, *midwinter*, medium hiemis &c. v. *Verel.* Ind. p. 173. Quin etiam huc referri potest Ulphil. *midjungard*, locus in universo medius, orbis terrarum, Luc. 2, 1. & *midjasweipains*, orbis obvolutio, diluvium, Luc. 17, 27.

g) J. & St. *afletanda*, quod tamen eodem sensu occurrit infra v. 23. cfr. Matth. 9, 2. 5. Recte igitur legimus vel *afletan* vel *afleitan*, remittere. v. *Stiern.* in voce.

h) Ita St. & B. nec aliter fert constans in codice scriptura.

22. qha bithagkeith *in hairtam izwaraim. i)*
23. *azetizo. k)* Editi, azeitizo.
24. ith thanei *witeid l)* thatei waldufni *habaid m) ſa n)* ſunus.
28. usſtandands *iddja o)* afar imma.
29. *thaiei. p)* Editi, thatei.
33. ſamaleiko jah *fareiſaiei. q)*
34. tharuh *is* quath *r)* du im.
ib. unte ſa *bruthfads s)* mith im *iſt. t)*

22. Quid cogitatis in cordibus veſtris?
23. Facilius.
24. Ut autem ſciatis, quod poteſtatem habeat filius.
28. Exſurgens ibat pone illum.
29. Qui.
33. Similiter ac Phariſæi.
34. At ille dixit eis.
ib. Quamdiu ſponſus cum illis eſt.

---

i) J. & St. *in hairthan izwaramma*, quæ male cohærent; meliora autem, quemadmodum reſtituimus, docent codex & B.

k) Sic, v Matth 9, 5. Marc. 2, 9. Luc. 16, 17. Habemus etiam, quamvis rariſſime, *azitizo*, idem Marc. 10, 25. De origine vocis, quid dicam, neſcio; legi interim merentur, quæ ad eandem diligenter annotavit *Junius* in Gloſſar. Goth. p. 77.

l) J. & St. *witeith*, utrumque in uſu, prout adductis exemplis antea probavimus.

m) Iidem legunt *habaith*, cuius eadem eſt ratio, quæ præcedentis, v. ſupra cap. 1, 32. not. *q.*

n) J & St. reiiciunt articulum, quem rectius B. aſſenſu codicis, retinet.

o) In margine legitur *laiſtida*, quod unum idemque ſonat ac *gaggida*, vel *iddja*, quod eſt præteritum, ni fallor, irregulare verbi *gaggan*, ire,

p) Sic recte codex Diximus nuper in notis ad v. huius capitis 10.

q) B. habet *fareiſaieis*, & quidem optime: aliam vero, ac quam exhibemus, lectionem hoc in loco non præfert codex Argenteus, eamque facile emendamus, vel addendo *s*, ut Rev. *Benzelius*, v. Marc 2, 18. vel auferendo *i* finale, & legendo: *thai fareiſaie*, ſubaudi *ſiponjos*, græc. οἱ τῶν Φαρισαίων: eaque græciſſandi conſuetudine, nulla auctori noſtro eſt familiarior. cfr. *Edv. Lye* in Gram. Goth p. LXII.

r) Editi habent *tharuh iaiſus quath*, & Gothum putant legiſſe cum codd Cantabr. Colbert. 8. Leiceſtrens. &c. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε. vid. edit *Millian.* p m 138. habet vero noſter *is*, ille, nec lineolam invenimus, quæ voci ſuperinduci deberet, iuxta obſervationes noſtras P. Pr. Marc 1, 45. ſi, quod volunt editores, admitteret codex.

s) B. in notis ad hunc locum legit *bruthfaths*, quod, cum promiſcue ponantur literæ *d* & *th*, ut ſæpius monuimus, perinde eſt. v. Matth. 9, 15. Eſt enim a *bruth*, nurus, Matth. 10, 35. Unde Gallis *bru*, femme du fils; proprie vero in compoſitis *ſponſam* denotat, idemque ac Angloſ. *bryd*, Belg. *bruid*, Angl. *bride*, Sueth & Island *brud*, Franc. & Alam. *brut* vel *prutha*, *Tatian.* 21, 6. *Notker.* Pſ. 21, 21. & *fads* vel *faths*, quod ſignificat aut *rei totius*, ſeu *negotii procurationem & curam*, aut *ornatorem*, deſcenditque a priſco quodam verbo, reſpondente Ang. Saxonico *fadian*, ordinare, diſpenſare, diſponere, ceu ex *Junio* obſervat *Hickeſius* in Theſaur Gram. Franco Theot, p. 99 vel etiam *ornare*, quia moribus antiquis dotem & ornamenta nuptialia non ſponſa viro, ut hodie, ſed vir ſponſæ offerebat, prout ex *Tacito* docet *Wachterus* in Gloſſar. German p 202 Accedit autem opinioni *Hiekeſianæ*, quemadmodum ipſe monet loco citato, quod Orcadum præpoſitus, quæ Danorum olim imperio ſubiectæ erant, *faud* vel *faad* dicatur, & in legibus barbaris urbium & regionum præfecti, qui e miniſtris imperatorum & principum eligi ſolebant, *thiufadi* appellentur, quaſi *thiu fadi*, i. e. οἱ ἄρχοντες, vel rectius, populi duces ab Isl. *thiod*, gens, populus, *fads* in *fadus* verſo. Adde ex diſſertatione eius epiſtolari, p. 153. quod magiſtratus tam civilis, quam caſtrenſis apud exteros Veſtro-Gothos vocatus ſit *thyuphadus*, Hiſp. *thiuphadus*: nec non ex Ulphila, cui *hundafaths*, centurio, Matth 8, 5. *thuſundifaths*, chiliarcha Joh. 18, 12. *ſynagogafads*, præfectus Synagogæ Marc. 5, 38 ut adeo *bruthfads* vi vocis notet *ſponſæ præpoſitum & curatorem.*

t) J. & St. *is*, es, pro *iſt*, eſt, quod B. urgente ſenſu & codice, emendavit.

36. *quathuh than v)* jah gajukon du im. thatei ainshun *plat x)* ſnagins niujis ni lagjid.
ib. *aiththau. y)* *St.* aihthau.
39. jah ainshun driggkandane *fairni.* ni ſuns wili jugg. *quithith* *) auk thata *fairnjo z)* batizo iſt.

Cap. VI:

11. qha *tawidideina a)* thammia iaiſua.
12. usiddja *iaiſus b)* in fairguni bidjan. jah was naht *thairwakands. c)*
13. jah gawaljands *us im d)* twalib.
17. jah *atgaggaggands e)* dalath.

36. Dicebat autem & parabolam illis, quod nemo plagulam veſtis novæ imponat.
ib. Alioquin.
39. Et nemo bibentium vetus, ſtatim vellet novum, dicet enim vetus melius eſt.

Cap. VI:

11. Quid facerent Jeſu.
12. Abiit Jeſus in montem precatum, & fuit pernoctans.
13. Et eligens ex illis duodecim.
17. Et deſcendens.

59.

---

v) Ita diviſum legimus cum J & B. v. Matth. 5, 31. not. *h.* & quæ de *uh* vel *u* euphonico uberius diſſerit Cel. D. *Præſes* in ſpecimine Gloſſ. Ulph Hisque porro ſubiicimus obſervationes *Hickeſii* de *u* & *o* paragogico, quibus apud Francos voces producuntur. cfr. Theſaur. Gram. Franco-Theot. p. 9.

x) Locus lectu difficilis, ideoque non imputandum J. & St. quod ſimilitudine elementorum ducti legant *naat*, pro *plat*, plagula, aſſumentum, Sueth. *plăt*, quod tamen noſtratibus non niſi de laminis, quæ ex metallis conficiuntur, uſurpatur, ut: *plata*, thorax ferreus, *platari*, *harniſkmakare* apud *Verel* in Indice. Francis vero Helvet. & Svevis *blezza* & *blez* notat aſſumentum, fruſtum & fragmentum panni coriique: unde *blezen*, ſuere, ſarcire &c. v. *Schilt.* Gloſſ. Teut. pag. 120.

y) Recte J & B. v. infra v. 37. 14, 12. 18, 29.

*) J vitio operarum, *quith* pro *quithith*, a *quithan*, Sueth. *quæda*, cuius duplex ſignificatio, qua Ulphilæ notat idem quod *dicere*, *loqui*, noſtratibus hodie *cantare*, linguarum ſtudioſis obſervari meretur: idque eo magis, quod voces eaedem ratione originis & ſoni, ſua vero natura, locorum & temporum intervallis mutatae, atque adeo ratione ſignificatus diverſae, occurrunt ſaepius. Dictis fidem fecimus in obſervationibus ad cap. 1, 38.

z) Sic codex Argent. & ſi quid iudico, recte; nam adiectiva emphatice & demonſtrative poſita *a* vel *o* proſtheticum adſciſcunt. v *Edv. Lye* Gram. Goth. p. XLIV. Supra legitur *fairni*, quod obſervavit & reſtituit *Benz.* hic autem retinet *fairnji*, quod J. & St. habent utrobique. Praeterea vox dialectis Gothicis perfrequens; inde quippe *forn*, *fornt*, antiquus, priſcum, *fornvinur*, amicus veteranus, *fyrnſka*, vetuſtas. *Verel.* in Indice, Angloſ. *fyrn*, *fyrnlic*, anteactus, antiquus. Helſingis hodieque *fornas* idem eſt quod *fyrnas*, obſoleſcere, veteraſcere, Germ. *firn*, vetus &c. cfr. *Stiernh.* Gloſſ Goth p 40.

a) J. & St *tawidedeina.* Diximus ſupra v. 18. cap. 5.

b) Editi *is*, v. Marc. 1, 45. not. *x.* Sed lineola transverſa h l. luculenter apparet, ideoque ſuam codici lectionem, haud inconvenientem, abiudicare noluimus.

c) Editi rectius legunt *thairhwakands*, a *thairh*, διὰ, per, Luc. 4, 30. 5, 5. & *wakan*, vigilare, Sueth. *waka*: unde *wahts*, vigilia Sueth. *wak*, *wakning*, idem: item *wakt*, cuſtodia, *wakta*, cuſtodire, *wäktare*, cuſtos, & latino barbar. *wactæ*, cfr. Gloſſar. German. p. 1799 Cuncta mihi proxime deducuntur a noſtro *wakna*, expergiſci; hoc autem a *wakjan*, excitare, quod ſupereſt in *uswakjau* Joh 11, 11. Sueth. *wæcka.*

d) J & St *us in*, quod merito exulare juſſit Rev. *Benzelius.*

e) Editi recte *atgaggands.* Codex noſter geminatam habet ſyllabam penultimam.

20. jah is ushafjands augona ſeina du *ſiponjam ſeinaim f)* quath. audagai jus *unledans ahmin. g)*
21. audagai jus gretandans nu. unte uſhlohjanda. *)
22. audagai ſijuth than *fijand h)* izwis mans.
23. faginod in jainamma daga. jah *laikid. i)*
ib. *praufetum. k)* Edit. praufetun.
24. unte *ju l)* habaid *gathlaiht. m).*
25. wai izwis jus *ſadans n)* nu.
27. wailataujaid thaim *fijandam. o)*
34. fram *thaimei. p)* Edit. thammei.
35. gods iſt thaim *unfagram. q)*

20. Et is attollens oculos ſuos in diſcipulos ſuos, dixit: Beati vos pauperes ſpiritu.
21. Beati vos flentes nunc, quia exhilarabimini.
22. Beati eritis, quando oderint vos homines.
23. Gaudete illo die, & exſultate.
ib. Prophetis.
24. Quia nunc habetis. - -
25. Væ vobis, vos ſaturati nunc.
27. Bene facite inimicis.
34. A quibus.
35. Benignus eſt ingratis.

f) J. & St. perperam *du ſiponje ſeinai*, quod B. reiicit, & pro ſuo acumine ſupplet *du ſiponje ſeinaize*; neutrum vero codex agnoſcit, ut qui rariſſime caſui genitiv. coniungit praepoſitionem *du*, ſaepiſſime autem dativo v. edit. *Benz.* p. 198. & conf *Hickeſii Gram. Mœſogoth.* p. 81.

g) J & St. omittunt *ahmin*, eiusque in locum ſufficiunt particulam *nu*, cuius nec volam neque veſtigium in cod. Arg. reperio

*) Quid defectus obſervatum fuerit *Junio*, eumque ſequenti St. quorum uterque ad finem huius commatis lacunae indicia apponit, non equidem percipio: integer certe eſt locus codicis, quin etiam ſenſus cum editis communis; quare nihil deeſſe ſignificat edit. *Benzeliana.*

h) Sic, non *fijond*, ut J. & St v Matth. 5, 43. not *n.*

i) Editi *laikod*, quod reſpuimus, *laikan*, exultare, cuius praeterit. formatur more graecorum per augmentum ſyllabicum, *lailaik*, Luc. 1, 41. 44. Isl. *leika*, Angloſ. *lacan*, Sueth. *leka*, idem, fennon. *leicki*, ludus, iocus. Hinc *Stiernhielmio* deducitur obſoletum *lacka*, currere, unde porro, neſcio quam vere, *Laquais*, Ital. *Lacajo*, ſervus ad pedes, pediſſequus. cfr. *Speg.* Gloſſ. Sueo-Goth p 595. item *Wachter.* in voce *Lakei.*

k) Ita, v. infra v. 26. *gali u gapraufetum.* Nos alioquin non fugit, eſſe permutationem literarum *m* & *n*, in motione nominum tam ſubſtantivorum, quam adiectivorum, Ulphilae familiarem, qua de v. *Hickes.* in Theſ. Gram. Angloſ. & M. Goth. p. m. 81. mutatio autem illa ſcripturam atque διάκρισιν mere arbitrariam non patitur.

l) J & St *nu*, ἄρτι, νῦν; *ju*, *juthan* reſpondet graec. ἤδη, franc. *giu*, *gio*, idem, cfr. *Hickes.* lib. cit. & Gram. Franco-Theot. p. 76.

m) Diſſonas editorum lectiones obſervat, iisque veriorem eſſe, quam nos tradimus, docet cel. D. *Præſes* in Procemio ſaepius laudato. De vocis propria ſignificatione, vide quae acutiſſime, ut ſolet, affert Rev. *Benz.* in nupera editione p. 199.

n) St. *ſandans*, rectius autem in Gloſſar. *ſad*, ſatur, Isl. *ſaddur*, Ang Bor. *ſadd. ſed*, ſatio, *ſadde*, ſatiavi: & porro Goth. *ſad itan*, ſaturare ſe, *ſath itan*, idem, Luc 16, 21. *ſad wairthan* ſaturari, *gaſothjan*, ſaturare. Ang. *j am ſaded*, repletus ſum. cfr. R*un. Jonæ* Dictionar. Island in Theſ. *Hickeſiano*, p. 86. & *Rudbeck.* Specimen Uſus ling.-Gothic. p. 157.

o) Codex in margine habet *hatjandam*, odio proſequentibus. Matth 5, 44.

p) Eſt dativ. plural. articuli *ſa*, *ſo*, *thata*. qui ſyllabica particula *ei* productus, vice fungitur relativi, v *Edw. Lye* Gram Goth p. XLV. Legit ideoque interpres παρ' ὧν, non παρ' οὗ v. Edit. *Benz.* p. 201

q) J. & St. *unfairam*, & ſic etiam in Gloſſariis; ſed corrupte. Vox enim eſt compoſita ab *un* & *fagr*, idoneus, utilis, appoſitus quod vide.

r) Sic editi, bene. Codex arg. *ſiwa we.* v. Marc. 9, 3. not. *q.*

36. *ſwa ſwe r*) jah atta *izwar. s*)
39. *quathuh than t*) gajukon *im.* *)
40. ith *gamanwids v*) qharjizuh wairthai ſwe laiſaris is.
41. ith anza in theinamma augin ni *gaumeis. x*)
44. nihthan us aiqhatundjai *trudanda* *) *weinabasja. y*)
48 at *garunjon z*) than waurthanai. *biſtagqu a*) aqha.
ibid. *ana b*) thamma ſtaina.
49. thatei *biſtagqu e*) *flodus. d*)

36. Sicut etiam pater veſter.
39. Dixit autem parabolam eis.
40. Sed præparatus quisque erit ſicut magiſter eius.
41. Sed trabem in tuo oculo non vides.
44. Non enim e rubo calcantur uvæ.
48. Inundatione autem facta, irruebat aqua.
ibid. Super petram.
49. In quam irruebat flumen.

Cap.

---

s) J. & St. *atta izwara*: æque inſulſa conſtructio, ac ſi latine diceres *pater veſtra.*

t) St *quath uhtan.* v. ſupra v. 36. cap 5.

*) J. & St. *in*, quod nuper expunximus, v. 13.

v) Editi *gauſtaujane manwids*, quod per tmeſin, figuram Gothis non infrequentem, explicare annititur rev. *Benz.* in obſervationibus ad hunc locum p. 202. alii aliter, cfr *Mareſchalli* annot. p. 454. Eſt vero locus, quod pace tantorum virorum dicam, duplici nomine corruptus: etenim 1) lectio marginalis in textum ab editoribus inſeritur, prout antea' in præfatione obſervatum eſt: 2) Si marginem cod. argent. oculis acriter intuemur, pro *ustaujane* vel *ustauhans*, legitur *ustaubans*, vocabulum cuius veram originem & propriam ſignificationem acutioribus extricandam relinquimus: ſi modo extricari queat, nec potius credere fas ſit, errore amanuenſis, factum fuiſſe, ut pro *h* litera *b* pingeretur *ustauhans* certe ad genium linguæ M. Gothicæ reſpondet latino *conſumatus*, v. Joh. 17, 23. atque adeo æquipollet fere τῷ *gamanwids* inſtructus, præparatus, perfectus; a *manwjan*, de quo vide præfationem ſpecim. Gloſſ. Ulph. præmiſſam p. 9.

x) J. & St. *gaumjeis.* B. recte, & ſic ſupra.

*) Cod. græc. συλλέγουσι, item ἐκλέγονται. Monet *Edw. Lye* in obſerv. ad h l. *trudanda* poni pro *truganda* a τρυγᾶν, vindemiare: at rever. *Benz.* dum vertit *calcantur*, reſpectum habuit ad Goth. *trudan*, quod, æque ac noſtrum *trāda*, Germ. *treten*, ſignificat omnes pedum motus, qui vel *incedendo* vel *calcando* fiunt, oriturque a celtico *trud*, pes. v. *Wachter.* in voce, item *Junius* in Gloſſ. & *Mareſchall.* obſervat. p. 454.

y) J. & St *weinabasjan*: *n* finale ſuſtulit B. & docet nominat. ſingul. fore *weinabaſi*, neutr. proptereaque nullum habere caſum regulariter exeuntem in *n.* Ab hac voce porro deducit Batav. *weinbeſye*, noſtrumque *winbær*, conſueta mutatione *r* & *s.* cfr. *Wacht.* in Gloſſ. Germ. p. 149.

z) J. *atarunjan.* St. & B. *atgarunjan* eſt autem caſus rectus *garunjo*, femin. inundatio, cuius dativ. vel ablativ. ex analogia erit *garunjon*, ut: *gajukon*, Marc. 4, 30. *brinnon* Luc. 4, 38. &c. Refer. ad *rinnan*, fluere, manare.

a) Sic recte B. exhibent vero J. & St. vocem hanc fere ſemper corruptam & h. l. *biſtagun*, eſt enim a *bi* & *ſtigquan*, quod ſupra habuimus. Cap. 4, 11. not. *a.*

b) Emendavit B J. & St. *and*, quod caſum quartum poſtulat, *thamma ſtaina* vero eſt dativ. & ablat. Matth. 27, 60. Marc. 4, 16. & paſſim.

c) J. & St. rurſus *biſtagun*, quod nuperrime reiecimus.

d) Editi *aqhaflodus; aqha* vero in margine, *flodus* in textu codicis reperitur: ideoque, quum voces æquipollentes ſint v. Matth. 7, 25. 27. nihil mihi videor codici argenteo detraxiſſe, ſi alterutram ad exprimendam interpretis mentem tantummodo retinuero. *flodus*, flumen, fluxus aquarum, in dialectos tantum non omnes permanavit. v. J. & St. in Gloſſariis: deſcendit, iudice *Skinnero*, a lat. *fluere*, *fluitare*; regerit vero, ſi quid iudico, optime *Wachterus*: neutiquam veriſimile eſſe

gen-

Cap. VII:	Cap. VII:
2. hundafade than ſumis ſkalks ſiukands *ſwulta wairthja. e)*	2. Centurionis autem cuiusdam ſervus æger moribundus erat.
4. wairths iſt thammei *fragibis f)* thata.	4. Dignus eſt, cui præbeas hoc.
6. ith iaiſus iddjuh mith *im. g)*	6. Jeſus autem ibat cum illis.
ibid. quithands *du imma h)* fan.	ibid. Dicens ei: Domine.
11. iddja in baurg namnida *naen. i)*	11. Ibat in urbem vocatam Nain.
12. jah *managei k)* thizos baurgs *ganoha* mith izai.	12. Et turba huius urbis multa cum ea.
14. jah duatgaggands attaitok *qhilſtrjom. l)*	14. Et accedens tetigit loculum.
15. jah *dugann m)* rodjan.	15. Et cœpit loqui.
16. jah *mikilidedun n)* goth *quithandans. o)*	16. Et magnificarunt Deum dicentes.

ib.

gentibus boreæ vocabulum ante bella cum romanis geſta ignotum fuiſſe, cfr. Gloſſ. Germ. p. 459. Idem de Goth. *aqha* dicendum, cuius, ut ſuſpicatur *Voſſius* in etymol. fons nec in Hellade, nec in Latio exiſtit; ſed in lingua Gothica vel, ſi placet, Saxonica, uti iam modo laudatus *Wachterus*, Lib. cit. p. 9. erudite obſervat. cfr. Specim. Gloſſ. Ulph.

e) Sic codex argent. editi *ſwulta wairthid*, uſitatius. *Swulta* deducimus a *ſwiltan*, mori; hoc autem a *ſaiwala*, eadem ni fallor, ratione, ac a *ſjæl*, *ſjælas*, & ab *anda* Island *andas*, exſpirare. cfr. interim *Junius* in v. & *Hickes*. in theſ. & diſſ. epiſtol. p. 155. nec non *uzon* Marc. 15, 37. Hoc vero *Svulta* neſcio an nomen ſit & dativi caſus, ut verti debeat, æger ad mortem.

f) Editi *frambis*, unde J. & St. item *Wacht* in Gloſſariis effingunt verbum quoddam *framban*, affine Angloſaxonico *fremian* & alaman. *fremen*, facere, efficere &c. ſed eos lectio vitioſa in iſtam coniecturam impulit. Spectat vox, quam minima mutatione codici reddidimus, ad *giban* vel *gifan*, quod videſis in *fragifan* apud *Jun.* in Gloſſario p. 165. Obiter moneo, particulam *fra* Ulphilæ uſitatiſſimam, præfici verbis, non modo ad deſtruendam, ut antea obſervavimus, verum etiam ad augendam ſignificationem ſimplicium, ut in *fragildan*, *fraliusan*, *fraletan*, aliisque id genus. cfr. *Hickes*. in gram Franco-Theot. p. m. 95.

g) J. & St. *in*, ſæpius idem vitium emendavimus.

h) St & B probe reſtituunt has voces, quibus caret editio *Juniana*.

i) Bene editi. In codice pro *naen* occurrit *maen*, vitio forte operarum. Varie etiam efferunt cod. græc. hanc vocem prout obſervatum videbis in edit. *Milliana* p m. 143.

k) J. & St. *managai*, ſed, hoc ſtante, foret etiam mox *ganohai*, ut, more ſuo, optime docet B ſed neutrum habet codex.

l) Vertimus, *loculum*. Non tamen diſſimulamus, incertum eſſe, utrum *arcam funebrem* intelligat Ulphilas, an vero *feretrum*: forſan, auctore *Benzelio*, utitur voce ex moribus ſuorum mutuata, id eſt, quod non loculis incluſerint, ſed cadavera faſciis involuta, rudibusque ſive perticis ſuſpenſa per loca montana extulerint Unde hodieque vulgus noſtrum Gothicum de inhumato, *han ligger på ſtång*, perticæ impoſitus eſt. cfr. nuper edit. p. 207. Vide interim, annon concinant noſtrum *hvalf*, ſepulcrum, apud *Jöransſon*, in Bautil, n. 938. *Reginmot let gera hvalf ifir Gunhar Esbeornars ſon*, &c. i e. Reginmotus conſtrui fecit *ſepulcrum* Gunharo Esbeornari filio: & n 942. *Oler Shialdolfs ſon let gera hvalf thenna ifir Gunnaru felaga ſin goda*, &c. i e. Olaus Shialdolfi filius conſtrui fecit *ſepulcrum* hoc Gunnaro amico ſuo bono.

m) St. *dugan*. B. & J. rectius cum *n* geminato Matth. 1, 7. 20. Præterea v *Junius* in voce *duginnan*.

n) Parum quidem refert; ſed obſervo tamen editos habere *mikelidedun*. Matth. 9, 8 Luc 5, 26. a *mikils*, magnus, Sueth. *mykla*, Eſai 63, 7. quod nob. *Stiernhielmius* non incommode derivat a *magan*, poſſe; quippe quum, quoquo modo æſtimetur *magnum*, quantitate, vel qualitate, a *potentia* magnitudinem ſuam habeat v. *Wacht*. Gloſſ. p. 1077

o) Editi bene. C. Arg. *quithandas*: Gothus ut videtur, compendioſo ſcribendi genere uſurus, lineolam illam, notam τῦ *n*, ſyllabae ultimae ſuperinducere neglexit.

ib. gaweiſoda goth managein *ſeinaizos. p)*
20. thau antharanu *venjaima. q)*
21. gahailida managans af ſauhtim jah ſlahim. jah *ahmane ubilaize. r)*
24. *at galeithandam s)* than thaim airum iohannes.
25. ſai thai in waſtjom *wulthagaim t)* jah fodeinai wiſandans *in thiudangardjom v)* ſind.
26. *jai x)* quitha izwis.
28. maiza *in baurim y)* quinono praufetus iohanne thamma daupjandin ainshun *niſt. z)*
29. jah alla managei *gahausjandei. a)* jah motarjos *garaihtana domidedun goth. b)*

ib. Viſitavit Deus populum ſuum.
20. An alium exſpectemus?
21. Sanabat multos a morbis & plagis, & (affectos) Spiritibus malis.
24. Abeuntibus autem nuntiis Johannis.
25. Ecce qui amictu ſplendido & victu utuntur, in regis ædibus ſunt.
26. Immo dico vobis.
28. Major inter natos mulierum propheta Johanne baptiſta nemo eſt.
29. Et omnis populus audiens (hæc) & publicani iuſtum iudicaverunt Deum.

30

p) St. errore typothetae, *ſeinazos.*

q) Iterum St. perperam *wenjaina.* J. & B. codicem ſequuntur Duplex huius vocis ſignificatio eſt obſervanda apud Ulphilam; notat enim vel putare, exiſtimare, arbitrari, v. antea cap. 3, 15. & infra v. 43. vel etiam ſperare, exſpectare, v. ſupra v. 19. & paſſim: atque hac notione congruit *wenjan* Alamannico *uuanen*, noſtroque *wanas*, ſperare, & *wăn*, ſpes, ut vulgo dicitur, *thet ær ingen wăn*, nulla eſt ſpes: & in auctoribus priſcis, teſte *Verelio*, *wana dis*, ſpei Deus, *wana diſa*, ſpei Dea: nec non in Konunga Styrilſe p. 8. *wanhuxa* vel *wănhuxa*, ſperando meditari. cfr. porro *Junius* in v. item Gloſſar *Schilter.* p. 833. Cur autem vox ab intellectu ad voluntatem relata ſit, docebit *Wachterus* libr. citat p. 1819.

r) Sic recte J. quin etiam Rev *Benz* quamvis, propter praepoſitionem *af*, quae ablativo, vt heic in praecedentibus *ſauhtim* & *ſlahim* aſſidue iungitur, dubitet, an iure reponi queat *ahmam ubilaim?* Eademque, ni fallor, coniectura in mentem venit *Stiernhielmio*, qui pro *ahmane ubilaize*, legere maluit *ahmanum*, quod tamen, ſi addiderim ſimul, omiſiſſe eum vocem ſequentem *ubilaim*, non modo corruptum; ſed regulis etiam, quas diligenter ſibi obſervare videtur, contrarium eſt. Nos nihilo minus retinemus hanc Syntaxin, quippe quae aliis e codice exemplis confirmatur. cfr. Luc 10, 4 cfr. *Lye* Gram. Goth p. LX.

s) J. *afgaleithandam.* St. & B. recte. Ceteroquin notandum, particulam *at*, præterquam quod præpoſitionibus adnumeretur, v. Matth. 27, 1. idem quandoque valere ac Isl. *at*, ut: *at ſlitnum bondum*, ruptis vinculis, & Angloſax. *æt*, ut: *the gyrneth husles*, *æt orvænum life*, qui, vita deſperata, petit euchariſtiam. v. *Edw. Lye* ad h. l. edit. *Benz.* p. 209.

t) Editi *wulthanaim;* ſed falli eos docet adhuc codex noſter cap. 5, 26. *gaſaiqham wulthaga himma daga*, vidimus glorioſa vel ſplendida hodie: a *wulthus*, gloria, fulgor. cfr. Marc. 9, 3.

v) J. & St. *thiudangardja.* B. *in thiudangardjan*; neutrum inſiſtit veſtigiis Gothicis. St. legit etiam cap. 18, 16. *thiudangardo* pro *thiudangardi*, quod ex codice reſtituimus. De voce ſatis dictum eſt. Matth. 6, 13.

x) J. & St. *jah.* v. P. P. Matth. 11, 9.

y) Sic B probe Matth. 11, 11. J. & St *in bauran*, quod pro ſcribentis vel correctoris errore habeo.

z) Editi *ni iſt*, hoc autem uſus veterum non raro in unum coëgit. v. antea cap. 1, 37.

a) J. & St. *gahausjandans*, audientes, quod ſi codex addiceret, tolerari utique poſſet, quum in L. Gothica nomina collectiva ſingularis numeri non raro pluralem ſibi adiungant. v. *Lye* Gram. Goth. p. LVI. immo nomina fem. generis adiectiva maſculina. Conf. Luc. 19, 37.

b) Sic affirmante C. Arg. & B. explevimus, quod editis deeſt. Præterea eundem loquendi modum

hic

30. runa goths *frajethun and fik. c)*
31. *) qhe nu galeiko. &c.
32. *fwiglodedum d)* izwis. jah ni plinfideduth. *gaunodedum e)* izwis.
34. fai. manna *afetja f)* jah weindrugkja.
35. fram barnam *feinaim g)* allaim.
37. quino in thizai baurg. *fei h)* was frawauhrta. *jah i)* ufkunnandei thatei anakumbida *in razna this fareifaiaus briggandei alabalftraun k) balfanis:*
38. jah ftandandei faura fotum *is aftaro greitandei. dugann natjan l) fotuns is tagram. jah fkufta haubidis feinis biswarb. jah kukida fotum is. jah gafalboda thamma balfana.*

30. Confilium Dei improbarunt de fe.
31. Cui ergo affimilabo.
32. Tibiis canebamus vobis, & non faltaftis: lamentabamur vobis.
34. Ecce homo edax & vinipotor.
35. A liberis fuis omnibus.
37. Mulier in hac urbe, quæ fuerat peccatrix, & refciens, quod accumberet in domo Pharifæi, afferens alabaftrum balfami.
38. Et ftans ad pedes eius pone, flens cœpit rigare pedes eius lacrimis & capillamento capitis fui tergebat, & osculabatur pedes eius, & ungebat balfamo:

39.

hic obfervo, ac infra cap. 10, 29. & 16, 15. unde haud temere concludo, Gothos, caruiffe verbo refpondente, gr δικαιόω. De *domjan*, v J & St in Gloff riis.

c) Eadem eft ratio huius loci, v. J. & St. In *frajethun*, quod eft a *fra*, de quo paullo antea egimus, & *jathan*, probare, vovere. Reperimus illud *gæta*, quod hodieque ufurpatur in dialectis Gothicis, fignificatione prædicandi, approbandi, laudandi &c. unde *gæten man*, vir celebris, laudatus, cfr. edit. *Benz.* p. 211. item *Spegel* in Gloff. v *jæta*, ibi vero obiter notandum, pati reverendiff. auctorem aliquid humani, dum *jah than*, καὶ δὲ, quin &, apud Ulphilam Joh 15, 27. verbum effe, & idem, quod lat. *teftari*, opinatur. Porro v. *Verel* in Indice, & *Wachterus* in Gloffario p. 590. Ceteroquin legimus cum B. *and fik*; annon vero rectius *ana fik*? Certe, fpatium inter *frajethun* & *fik*, atque fcintillulæ, quæ reftant, argenteæ trium quidem litterarum præfentiam arguunt; at certi quid ex loco codicis plane exefo, erui non poteft: nec tamen diffimulabo, me *ana* prius legiffe, quam in manus venit nupera editio. v. Marc. 3, 26.

*) J & St. invito codice, præmittunt *quath than fan*, i. e. dixit autem Dominus, quæ verba codices græci plurimi quoque habent: B autem hæc exeffe iubens ex *Bengelio* docet, illorum εἶπε δὲ ὁ κύριος ex lectionariis irrepfiffe: cfr. porro edit. *Millian.* p m. 144.

d) J. & St minus recte: *fwigalodedum;* eft enim a *fwigljan*, canere, quod vide Matth. 9, 23.

e) In margine codicis exftat *hufum*, quod in textu occurrit Matth. 11, 17. Vocem refert *Junius* ad *haifjan*, lamentari; rectius vero *Katenus*, iudice *Benzelio*, ad *hufan* vel *hinfan*, quo cum convenit Anglof. *heofian* vel *heofigan*, lugere, & Isl. *hoa*, vocem clamore & canru intendere. De *gaunon*, cui affine eft Anglof. *geonge* vel *gounge*, gemitus, v. St. in Gloff. p 70.

f) Editi *afetei*, male; nam *afetja* ipfius codicis eft, v. Matth. 11, 19. in dato fpecimine ad pag. 16. a particula *af*, quæ in compofitis quibusdam denotat exceffum, & *etan* vel *itan*, edere. cfr. Spec. Gloff. Ulph.

g) J *feinama* St *feinamma*: utrumque perperam.

h) Editi *fo*, perinde eft: veriorem tamen reddimus lectionem. v. Luc. 2, 4. Joh. 12, 17. 29.

i) J. & St. *fah*, quod nec codici, neque fenfui fcriptoris congruit. B. emendate.

k) B legit *alabalftraum*; lectio autem codicis noftri græco ἀλάβαστρον propior videtur. De vocis origine & fignificatu prolixe agunt Lexicographi.

l) *natjan*, lavare, unde præterit. *ganatida*, vide infr. v. 44. & cfr. J. & St. it. *Wachter.* in voce *naff.* Addo Fenn, *neftæn*, deftillo, a *nefte*, liquor, humor, apud *Juslenium*.

39. *gasaiqhands than sa Fareisaiaus saei haihait ina. rodida sis ains m) quithands. sa ith wesi praufetus ufkunthedi thau qho jah qhileika so quino sei tekith imma. n) thatei frawaurtha ist:**)
40. quath du *paitrau. o)* seimon.
41. twai *dulgiskulans p)* wesun *dulgahaitjin q)* sumamma.
43. *thana r)* gawenja thammei managizo fragaf.
49. *Sissilbam.* — St. sissilban.
50. gagg *in gawairthi. s)*

Cap. VIII:

1. jah warth bi the afar *thataei t)* jah is

39. Videns autem Pharisæus, qui vocaverat eum, sibi solus ait, dicens: hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis hæc femina, quæ tangit eum, quod peccatrix sit.
40. Dixit Petro: Simon.
41. Duo debitores erant creditori cuidam.
43. Eum puto, cui plus remisit.
49. Sibimet ipsis.
50. Abi in pace.

Cap. VIII:

1. Et factum est deinceps, ut etiam ipse wra-

---

m) B. legit *rodida in sis ains*, *in* vero abest a C. Argenteo, & abesse etiam poterit, quamvis codices græci suppleant ἐν ἑαυτῷ: est enim Gothismus, cuius generis plures notavit *Mareschallus* in Observation pag. 444 seq.

n) Hæc est genuina lectio, a qua *Benzeliana* nil recedit, nisi, quod habet *sik attekith*: rationem illius, quam nos dedimus, lectionis videbis Matth 9, 21. cfr. *Junius* in Glossar. p. 332.

*) Hos versus, quos J. & St vel omittunt, vel vitiose exhibent, ope codicis, suum calculum addente Rev. *Benzelio*, restituimus, & accurate emendavimus.

o) *Junius* habet *quath du imma. Stiernh. quath du paitru*: neutrum tuetur codex; prior lectio efficta est ad tenorem codd græc εἶπε πρὸς αὐτόν, posterior regulis Gram. est inimica; Ulphilas vero manifeste, *paitrau.*

p) Sic cum gemino *s.* J. & St. *dulgiskulans*, quod referunt ad Cambro Brit. *dylu*, debere, & *dyled* debitum, verbum sat commodum est; conferatur Gothicum *dail*, mina, Germ. *teil*, pars quanti, bonum, Sveth *del*, idem, unde porro *afdailjan*, offerre portionem, item dicitur de decima omnium possessionum, *disdailjan. f adailjan*, &c. Altera compositi pars descendit a *skal*, debet, Joh. 19, 7. unde nostrum *skuld*, debitum, *skyldig*, debitor, reus v. *Junius* in v. *skula* & *Wacht.* in Glossar p. 1470. Ceterum observo, debitores apud Ulphilam appellari *faihuskulans.* v. infra c 16, 5

q) Editi *duliahaitjin;* rectius autem *dulgahaitjin*, a *dulja*, casu tertio, ni fallor, a recto *dulg*, debitum, cuius genitiv *dulgis*, quem nuperrime habuimus: & *haitjin*, etiam dativ. a nominat. *haitja*, quod mihi significat poscentem, postulantem, a Goth. *haitan*, jubere, spondere. v. *Jun.* in Gloss. p. 184 & *Wacht.* in voce *heissen.*

r) J. & St. *thama*, quod, si admitteret syntaxis, foret *thamma*, sed non est huius loci. B. recte.

s) Editi *in gawairtha*, quod iure expungit *Edw. Lye*, & legit *in gawairthja*, ceu infra cap. sequenti v. 48. Heic tamen pro eo occurrit *in gawairthi*, v. Marc. 5, 34. Utrumque recte, quum *in* utrumque casum tertium & quartum in L. Gothica adsciscat. Quod ad etymon vocis attinet, haud scio, an huc faciat gr. ἄρω, coniungo, unde ἀρθμία, concordia, pax, ἀρθμὸς, amicitia? Si hoc non arriserit, reponam Anglos. *gewerjan*, fedus inire Germ. *waren*, cavere, cautionem adhibere vel præstare, ne quid mali præter spem & opinionem accidat, a *wer*, pactum, Sueth. *wærie*, tutela, defensio. v. *Wacht.* Gloss. p. 1826. & 1870. & notas ad *Fragm. Ulph.* Rom 12, 18.

t) St. *thatei*. Observamus (nisi voculas *afar thataei* glossema esse, in textum forte insertum, credere malueris) Gothismum hic latitare, quem forte accuratius hoc modo reddamus: *& deinde factum est postea*, v. Joh. 11, 7. Quod si ita sit, porro concludere licebit, M. Gothis pariter ac græcis lati-

wratoda v) *and baurgs jah haimos x*)
merjands jah wailaspillonds y) thiu-
dangardja goths.
2. jah quinons thozei wesun *galeikino-*
dos z) ahmane ubilaize jah *Jauhtel. a*)
jah marja b) sei haitana was magdalene.
3. *fauraggjins c*) *herodes. d*)
ib. jah antharos managos thozei *andbahte-*
dadun e) im us aiginam *seinaim. f*)

iret per urbes & vicos, prædicans & evan-
gelizans regnum Dei.
2. Et mulieres, quæ erant sanatæ a spiriti-
bus malis & morbis, & Maria quæ vo-
cabatur Magdalena.
3. Præfecti domus Herodis.
ib. Et aliæ multæ, quæ ministrabant eis de
facultatibus suis.

latinisque geminationem illam λέξεων ἰσοδυναμούντων, quam σχῆμα παραλλήλου παρέλκον vocant, usitatam fuisse. cfr. *Wachterus* in Hellenolexia lib. 1. cap. 6. p. m. 155. Particula *ei*, quæ voci integræ adiicitur rarissime, euphonica est. v. *Edw. Lye* Gram Goth. p. XLI.

v) Vocem ex codice restituit B. eamque *Junius* affinem putat Anglos. *vræcnigan*, vel potius Gothico *wrikan*, v. Gloss. p 410. Commodius vero referimus ad antiquum illud *rata*, peregrinari, quod videsis apud *Verel.* in Indice; nam ante *r* invenimus sæpe labialem w præpositam, ut docent 1) in domesticis: *råk*, *wråk*, ruptura glaciei, *rist*, *wrist*, tarsus, *reka ut*, *wræka ut*, eiicere, &c. 2) in linguis cognatis: Franc. *reipen*, *ripen*, Belg. *wryven*, friare, fricare. Franc. *rizan*, Anglos. *writan*, scribere, exarare, a Goth. *writ*, litera, Luc. 17, 7. German. *ringen*, Anglos. *wringan*, Franc. & Alam. *ruagan*, M. Goth. *whrojan*, accusare. Franc. & Alam. *richen*, *rechen*, M. Goth. *wrikan*, vindictam sumere de eo, qui malum fecit, aut fecisse putatur, &c. Unde non tantum probalis redditur nostra coniectura; sed liquet etiam, quod hoc loco obiter monemus, Francos præsertim & Alamannos, quos hodie sequuntur Germani, literam hanc a Gothis præfixam repudiare: ut adeo ex his & sexcentis aliis quivis facile intellexerit illorum linguam & Ulphilanam non esse adeo sororias, ut putant multi, ne dum unam & eandem.

x) Sic recte: non *and baurgins*, ut suspicatur B. Legimus porro *haimos* in cod. Arg. pro *haimo* apud J. & St. cfr. Matth. 9, 35. Marc. 6, 56.

y) J. & St. carent aliqua parte. B. habet *thiuthspillonds*, ut Luc. 3, 18. utrumque probæ notæ est, & componitur vel a *thiuths*, unde *thiutheigs*, bonus. vel a *waila*, Sveth. *wæl*, bene, & *spillon*, annunciare, Luc. 2, 10. Isl *spilla*, *spialla*, loqui, ut Havam. 72. *i myrker vid man spialla*: in tenebris cum virgine loquitor: unde *gudspiall*, Angl. *godspel*, *gods-spell*, verbum Dei, euangelium. Olofs Sag. c. 121. *their komo i than tima er lokit var gudspialli*: venerunt finita lectione evangelii: & *gudspiallabokin*, liber evangeliorum. cfr. *Verel.* in not. ad Herv. S. c. 17. p. 163. & *Wacht.* in Gloss. v. *spil.* Præcedens *merjands* commode referri videtur ad *mari*, celebris, *maren*, celebrare. Gloss. *Gassari*, unde Belgis, *mare*, celebritas, *vermaren*, celebrare, in Collectan. Etymol. ill. *Leibnitii* p. 120. & *Jun.* in Gloss. p. 253.

z) Ita codex & B. recte. *Junius galeikinode*, quod vitiosum pro nominat. plur. quem requirunt antecedentia. St. vocem non habet.

a) J. & St. *sauhtaim*, foret autem *sauhtim*, Marc. 1, 34. si casum tertium pluralem h. l. admitteremus: sed codex repugnat.

b) Legit Ulphilas καὶ Μαρία, docente Rev. *Benzelio.* J. & St. omittunt *jah.*

c) Sic, non *fauragagjins*, ut tamen melius editi; est enim vox conflata ex *faura* præpositione, & *gaggan*, ire.

d) Sustulimus σφάλμα typotheticum apud St.

e) Editi *andbahteidedun.* Regulariter foret *andbahtidedun* ab *andbahtjan*, ut: *laistidedun* a *laistjan*, *satidedun* a *satjan* &c. Servamus tamen lectionem codicis Arg. De voce pauca disseruimus Marc. 10, 45. Cfr. Specim. Gloss. Ulphil.

f) J. & St. errore typopraphi, *seinaim.*

4. gaquumanaim than *hiumam g)* managaim.
5. urrann *saiands h)* du saian.
6. in thizei ni habaida *qrammitha. i)*
8. *taihuntaihundfalth. k)*
9 *gajuko. l)*
10. kunnan runos *thiudinassaus m)* goths.
15. akran bairand in *thulainai. n)*
17. *ni auk ist o)* analaugn thatei swikunth ni wairthai. *nih p)* fulgin thatei ni gakunnaidan jah in *swekunthamma q)* quimai.

4. Convenientibus autem hominibus multis.
5. Exiit seminans seminatum.
6. Quia non habebat humorem.
8. Centuplum.
9. Parabola
10. Nosse mysteria regni Dei.
15. Fructum ferunt in patientia.
17. Nihil enim est occultum, quod manifestum non erit, neque absconditum, quod non cognoscatur & in apertum veniat. 19

---

g) J. legit *hiuman*, quod non tuetur codex, nec salva grammat. auctoritate stare potest. B. probe emendavit. Vocis etymon expetentes ad Matth. 8, 1. p. 7 not *i* ablegamus.

h) Sine dubio legendum cum editis, *sa saiands*, ὁ σπείρων, v. Marc. 4, 3. 14. Articulus vero, socordia forte operarum, excidit

i) Si ad vocem *qrammitha*, quam hic suo ordine excipiunt J. & St. in Glossariis autem omittunt, attendamus, levissima quidem eius est labes; at quæ magnas peperit ineptias, uti videre licet apud *Marcschallum*, qui in illa emendanda frustra desudavit. v. Observat. p. 456. Jam vero facile intelligi potest, esse *grammitha*, quod ex codice Argent. restituimus, accedente terminatione Ulphilana, idem vocabuli ac *rămma*, quo Gothis nostratibus denotatur ἰκμὰς, humor, ut: *jorden har ännu vinter rămman*, terræ adhuc inest humor hiemalis v. Edit. *Benz.* p. 117. Nec moram lectori iniiciat præfixa voci consona *U* latinorum similis, nostroque *qu* respondens: siquidem illa gutturalis ante liquidam nihil mutat in sensu, teste *Wachtero* in Prolegom. Sect III. & Glossar. Germ. p. 1231. Taceo, cum in Mœso Gothica, tum in aliis linguis, sæpius præponi hanc literam vocibus a vocali incipientibus, ut:

ἄδω, ἀείδω, ὕδω, canto, unde ᾠδὴ per crasin pro ἀοιδὴ, cantus. M. Goth. *quithan*, cui consonat Lat. *quio*, Sveth *quæda*, cantare, *quæde*, cantilena.

ἀιστόω, perdo M. Goth. *quistjan*, Germ. *quisten*, perdere

asts M Goth. ramus. Sveth. *quist*. v. Specim. Gloss. Ulphil.

eau, ab antiquo celtico *aa*, *au*, v. *Leibnit*. in Annotat. ad Franco-Gall. *Ottii* p. 11. lat. *aqua*, M Goth. *aqha*. &c.

Sed e diverticulo in viam: observo apud *Wachterum* l. c. Germanis florem lactis dici *ram*, Anglos. *ream*, Belg. *rom*, Angl. *cream*, Gall. *creme*, quæ omnia, utrum referenda sint ad lat. *cremor*, ceu docet *Skinnerus*, an lucis quidquam huic loco fœnerentur, peritiores iudicent.

k) St. *thaihuntaihundfalt.* Vox reduplicata descendit a *taihuntaihund* vel *taihuntehund*, q. d decem decies. v. *Jun.* Gloss p 204. & *falth*, Anglos *fald*, *feald*, Sueth *falt*, numeralia, quæ græce in πλόος, πλȣς, & lat. in *plex* & *plus* exeunt: ut autem hæc perspicue referuntur ad πλέκω, sic illa ad *falda*, Sueth *făll*, plica cfr. *Hiekes* in Thesaur. Gram. Fr. Theotisca p. 94.

l) St *tajuko*; typothetæ vel correctoris vitio.

m) J & St. *thiudanassaus*, perperam, erit enim a recto *thiudinassus*, genit. *thiudinassaus*, ut: *gudjinassus*, *gudjinassaus*, *horinassus*, *horinassaus*, *kalkinassus*, *kalkinassaus*, &c. quibus, ut notum est, singulis assentiur C. A.

n) Diximus ad Marc 1, 19 not. *v*.

o) Sic, suffragante Rev *Benzelio* restituimus: legunt *Jun. niuh than ist*, & St. *ni uhtan ist*.

p) Est particula negativa, quæ alicubi distinguitur a *ni*, quod hic habent J. & St. prout latin. *non* a *neque*, quibus etiam respondent v [illegible] *n*. in Glossar.

q) Editi *swesunthamma*; rectius vero, ut Duumviri de codice nostro meritissimi, *Thom. Mareschallus*, & *Edw.*

19. jah ni *mathedun andqhithan imma r)* faura managein.
20. brothrjus theinai *ſtandand uta. gaſaiqhan thuk gairnjandona. s)*
21. brothrjus meinai thai *ſind. t)*
22. warth than in ainamma *thize dage. v)* Ib. galeitham hindar thana *mariſaiw. x)*
23. tharuh than *ſwe y)* faridedun *anaſaiſlep z)*
24. *duatgaggandans a)* than usraiſidedun ina quithandans. *talzjand. b)* fraquiſtnam.

19. Et non potuerunt alloqui eum præ turba.
20. Fratres tui ſtant foris, videre te cupientes.
21. Fratres mei illi ſunt.
22. Factum autem eſt in quodam illorum dierum. Ibid. Eamus trans lacum.
23. Cum autem navigarent, obdormivit.
24. Accedentes autem excitarunt eum, dicentes: Magiſter, perimus.

& *Edw. Lye* in Obſervationibus ſuis ad h. l. coniectura aſſequuntur, *ſwikunthamma*, vel accuratius, *ſwekunthamma*, a *ſwikunths*, φανερός, qood eſt, ni fallor, a Mœſogothico *ſwiku*, Island. *ſyku*, innocens, quia quod innoxium eſt, vel eſſe putatur, ſe velut quavis ratione manifeſtum reddit. cfr. *Jun.* in Gloſſar. p. 326.

r) J & St *mahtedun duatgadgan.* Codex autem & B. nobiscum faciunt. Vox reſtituta, ſenſu eodem, occurrit paullo infra cap. 9, 61.

s) *Junius* habet *ſtandand uta. wiljandans thuk gaſaiqhan*, quod vitioſum eſt: Idque haud dubie vidit *Stiernhielmius*, qui tamen meliora tradere noluit, ſed lacunam Rev. *Benzelio* explendam reliquit, idque accurate, niſi quod pro *gaſaiqhan* errore typothetæ habeat *gaſaivan.* De voce *gairnjandona* obſervamus ex edit. *Benz.* p. 113. quod ſit a *gairnjan*, deſiderare, unde Island. *girnaſt* & noſtrum *gæra* in compoſ. *begæra*, Al. *geron*, Angloſ. *gyrnan*, *gyrnian*, expetere, deſiderare, geſtire: & Sueth. *girig*, avarus, *gerna*, libenter. v. *Speg.* in Gloſſ. p. 145. & *Wacht.* in vocibus *ger. gern.* De conſtructionis ratione agitur in *Anal.* Diſſ. I. § XVII.

t) Sic omnino. Editi ſupponunt *ſindon*, quin etiam paullo poſt c. 9, 61 *weſind*, *weiſind*, pro eodem illo *ſind*, 3. perſ plural præſ. Indicat. a verbo ſubſtant. *wiſan*, Angloſ. *veſan*, & Sueth. permutatione literarum *r* & *s*, *vara*, eſſe, quod vide apud grammaticos. Conf. *Anal. Ulph.* Diſſ. I. § XV. in not.

v) J. & St. *thizai dage*, quod B. præeunte codice, regulisque urgentibus probe correxit.

x) Editi *marein*, perinde eſt, & ſenſus idem; nam quod h. l. & verſ. ſeq. vocatur *mariſaiw*, exponitur per *marein* loco parallelo Matth 28, 4. Ceterum, *mariſaiw* proprie ſignificare videtur ſtagnum inſtar maris latum profundumque: inde quippe noſtratibus *moras*, *myra*, Gall. *marais*, *marecage*, Teut *maerſche*, Belg. *moeraſch*, Angl. *marish*, palus, ſolum uliginoſum, ſtagnum: voce, auctore *Junio*, compoſita a *marei*, Fenn. *meri*, mare, & illo *ſaiw*, quod reſpondet Angloſ. *ſæ*, Alam. *ſe*, *ſeo*, *ſeuu*, Angl. *ſea*, Belg. *ſee*, Island. *ſior.* Sueth. *ſjö.* v. Append. ad Gloſſar. Goth. p 429. item *Spegel.* l. c. p 303 311. & *Wachter.* in voce *mer.*

y) Particula h. l. ut alibi, meo quidem iudicio, ſuperflue ponitur, cfr. Joh. 18, 6. neque adeo illam admittunt J. & St.

z) Iidem, præter rationem, fingunt tres voces *ana*, *ſai*, *ſleip*; quum tamen una ſit, eaque compoſita a particula *ana*, præmiſſa, quo preſſius exprimeret interpres ἀφύπνωσε, v. edit. *Benz.* p. 220. & *ſlepan*, dormire, cuius præteritum, ad modum græcorum, formatur per reduplicationem, *ſaislep*, Joh. 11, 11. De voce diſſeruimus ad Matth. 1, 24. not. c.

a) Editi *atgaggandans*, Gothos autem more græco latinoque ex præpoſitionibus geminatis compoſuit vocem, Matth. 8, 25. Luc. 20, 27. cfr. Matth. 27, 53. not e & *Wechner.* in Hellenolexia p. m. 52. Porro pro *usraiſidedun* St. habet *urraiſidedun*, quod genio L. conformius.

b) *Junius* bis legit *talzjand*, alterum St. plane excludit; vocem vero ἐπιστάτα, annotante Rev. *Benzelio*,

26. withrawairth *galeilaia. c)*
27. saei habaida *unhulthons. d)* mela lagga.
30. frah than ina iaisus *quithands. e)*
32. jah uslaubida *im. f)*
33. usgaggandans than suns thai *unhulthans. g)* af thamma *mann h) galithun i)* in tho sweina. jah *rann so writhus k) and driuson in thana marisaiw. l)*
34 *gathlauhun m)* jah gataihun *in baurg n)* jah *in weihsa. o)*

26. Contra Galilæam.
27. Qui habebat dæmonia tempore longo.
30. Interrogavit autem eum Jesus dicens.
32. Et permisit illis.
33. Exeuntes autem confestim dæmones ex illo viro intraverunt in porcos, & ruebat grex ex præcipitio in lacum.
34. Fugerunt & nuntiarunt in urbe, & per vicos. 35.

---

zelio, vel non nisi semel legit Ulphilas, ad normam Codd. Bodl 2. Laud. 5. Seld. 4. &c. v. *Millium* l. c p. m. 147. vel interpretationem suam semel scriptam, bis legendam voluit. De voce v. *Jun* in Glossar p. 331. in qua Append. addendorum p. 431.

c) J. *galilaia*, v. supra c. 2, 4. not. *t*. St. & B. emendate.

d) Codex non habet *skohsla*, ut *Jun.* nec *skohsla unhulthons*, ut edit. *Benz.* p. 221. sed illud in margine, hoc autem, ceu antea monuimus, in textu reperitur. Ceteroquin non est prætereundum, *skohsla Junio* satis frigide derivari a *skog*, sylva, v. Gloss. Goth. p. 306. quum, si quid video, commodius referri possit ad Germ *scheuen*, unde *scheuchen*, terrere, *scheusal*, terriculamentum, execramentum, & *scheuslich*, *hesslich*. Sueth. *hskelig*, aspectu fœdus, metuendus, quibuscum significatu & facili literarum commutatione vox Gothica convenire videtur. v. *Wacht.* in Gloss. Germ. p. 1405. *unhulthons* autem, in recto singulari *so unhultho*, femin. Marc. 7, 29. & *sa unhultha*, mascul. Luc. 4, 35. unde, in casu recto plurali, *unhulthans*, dæmonia, descendit ab *un*, particula defectum vel pravitatem significante, & *hulths*, Luc 18, 13. Anglos. *hold*, Island. *hollur*, Belg. *houd*, Sueth. *huld*, benevolus, fidus, omnino fidelis: unde Anglos. *unhold*, inimicus, infidus, Sueth. foret *ohuld.* cfr. *Jun.* Gloss. pag. 204.

e) St. & B. recte. J. præterit vocem.

f) J. & St. *in*, levissimo, ut apparet, errore amanuensium.

g) Diximus nuper, v. 27. cfr. edit. *Benz* p. 222.

h) Editi *manna*, perperam, v. supra vers. 29. Marc 7, 15. eademque est terminatio dativi ablativo Mœsogothico similis, v. Matth. 7, 26. 8, 4. Marc. 7, 20. Joh. 9, 1. De voce egimus ad Matth. 8, 2. 4. in notis.

i) J. & St. *iddjedun*, quod nihil quidem vitii habet, præterquam quod huic loco non sit accommodatum, ad exprimendum id, quod heic innuitur; restituimus igitur *galithun*, quo de cfr. Matth. 7, 13. not. *f*.

k) B. ex coniectura supplet: *so hairda*, quod Ulphilam similiter auctorem agnoscit, v. Matth. 8, 32. Marc. 5, 13. Heic vero codici nostro reddidimus veriorem lectionem *so writhus*, eiusdem familiæ vocem, ac Anglos. *vræth*, grex, *Benzon.* unde *vræd-mælum*, gregatim, apud *Somnerum.* In legibus Scanicis p. 31. occurrit etiam *wrad swina wrad*, grex porcorum. Forsan Itali inde servant *brado*, *bradume* quas voces *æg. Menagius* explicat *quantita di bestiame non domato.*

l) Editi non replent versum: nos integrum, ad ductum codicis Argentei, exhibemus.

m) Sic. v. Marc. 5, 14 14, 50. 16, 8. J. & St. *gathlaujun.* Radicem vocis habemus in *thliuhan*, fugere, Luc. 3, 7. unde *thlauhs*, fuga, Marc. 13, 18. quibus, literis *th* in *f* conversis, affinia videntur Anglos. *floen*, Franc & Alam *fliehen*, *fleohan*, Sueth. *fly*, v. *Jun.* Gloss. p 352. & *Wacht.* in Prolegom. ad Gloss. G. Sect. III.

n) J. & St. *in baurgi*, quod damnatur a Grammaticis v. Matth. 8, 33. Marc. 5, 14. Luc. 2, 4. & quæ ibi ad vocem observavimus.

o) St. iure quidem aversatur lectionem *Junianam*, *in haithjos;* eius vero in locum genuinam Rev. *Benze-*

35. jah quemun *at iaisua.* p) jah bigetun sitandan thana mannan. af thammei unhulthons usiddjedun *gawasidana* q) jah frathjandan faura fotum *iaisuis.* r)
36. gataihun *than im jah* s) thai gasaiqhandans *qhaiwa ganas* t) sa daimonareis.
37. jah *bedun ina* v) *allai gaujans thize gadarene.* x) galeithan *fairra sis. unte agisa mikilamma dishabaidai wesun: ith is galeithands in skip gawandida sik.* y)
38. *bath than ina* z) sa wair.
39. jah *usspillo* a) qhan filu gatawida thus goth: *jah galaith and baurg alla.* b)

35. Et venerunt ad Jesum, & invenerunt sedentem illum hominem, ex quo dæmonia exierant, vestitum, & sanæ mentis, ad pedes Jesu.
36. Nuntiaverunt autem eis etiam videntes, quomodo convaluit dæmoniacus.
37. Et rogarunt eum omnes incolæ regionis Gadarenorum, ut discederet ab illis, quia metu magno percellebantur. At is ingressus in navem redii.
38. Rogavit autem eum vir.
39. Et narra, quanta fecit tibi Deus. Et abiit per urbem totam.

41.

Benzelio reliquit substituendam, *weihs* vel *wehs*, Marc. 8, 26. 27. concinit Anglos. *wic*, Franc. *uuich*, Germ. *weich*, vicus, villa, quorum etymon *Wachterus* constituit vocem Saxonicam *wik*, quam vide l. c. p. 1092. atque cum hac porro conferri potest nostrum *wik*, lucus, sylva minuta, apud *Spegel.* in Gloss. Suco G. p. 570. Notat alias antiquis patriæ Gothis, *arcem*, *castellum.*

p) Deest in editione *Stiernhielmiana* J & B plenius habent.

q) J. & St. *gawasidona*: rectius *gawasidana*, ad formam *dailidana*, cas. 4. a recto *gawasiths*, vel *gawasids*, particip. passiv. verbi *wasjan*, *gawasjan*, vestire, a *wastja*, vestis, unde nostratibus *væst*, tunica interior, & porro, ablatis sibilo & terminatione Gothica, Anglos. *wæde*; Franc. & Alam. *uuat*, Belg. *waed*, Island *voder*, Sueth. *vad*, quod superest in *vadmal*, hodie *valmar*, pannus vilior, vulgaris, item *våt* in *våtsæck*, saccus vestium: cuncta notione vestitus & indumenti, cfr. *Jun.* & *Wacht.* in Glossariis.

r) Ita omnino, non *iaisua*, ut editi, v. infra vers. 41. & ad Marc. 1, 45. not. *x*.

s) *Junius* legit *than du im*, sed constructionem verbi præcedentis cum præpositione *du* ignorat Ulphilas: vide indicem in voce *gateih*: & hoc quoque, *Stiernhielmio* inobservatum, vidit & emendavit B.

t) J. & St. *qhai was haileda*, ad imitationem fortassis eorum, quæ leguntur Luc. 6, 18. *gahailidai waurthun*; aliam vero construendi rationem amat h. l. codex Argenteus. *qhaiwa* notat quomodo: *ganas*, Matth. 9, 22. 3. pers. præterit. verbi *ganisan*, a simpl. *nisan*, per metathesin *sanare*, græc. σώζειν, servare, item salvare. unde *nasjands*, salvator, a *naseins*, salus, Luc. 19, 9.

v) J. & St. *badun im*, triplici nomine vitiose; nam *bath* vel *bad*, a *bidjan*, orare, in plurali, ut observant Grammatici, & Rev. *Benzelius*, habet *bedun*, Matth. 8, 31. 34. nec unquam regit dativum, neque heic admittitur numerus multitudinis *im*; quia Jesum solum allocuti sunt Gadareni, ut ex suffragio codd græcorum colligere licet.

x) Monere iuvat, non esse confundenda duo vocabula Gothica *gaui* & *gauja*, quorum prius pagum, alterum pagi incolam notat. Impegit ad hunc scopulum Rev. *Benzelius* cap 3, 3. ut observatur in *Anal. Ulph.* Deinde obiter monemus, *Stiernhielmium* pro *gaujans* legere *manjans*, quod, codice iubente, civitate Ulphilana privamus.

y) His carent J & St. quæ quidem nos, annuente Rev. *Benzelio*, restituimus.

z) Neque hæc legere voluit St quæ tamen probe adferuntur a J. & B.

a) Sic J. & B St. *usspillo*: est autem ab *us* & *spillon*, quod vide vers. 1. sub voce *wailaspillonds*.

b) J & St. *jah galaithands baurg alla*; foret autem *galeithands*, si quod volunt, ferret cod. Argenteus, qui tamen nihil diffidet a græcis καὶ ἀπῆλθε, καθ' ὅλην. B. nobis favet.

41. quam wair. *thizei c)* namo iaeirus.
ibid. bad ina gaggan *in gard d)* seinana.
42. unte dauhtar ainoho was imma swe *wintriwe e)* twalibe. jah so swalt: *mith thanei than iddjais. manageins thraihun ina. f)*
43. soei in *lekjans g)* fraquam allamma *aigina h)* seinamma.
47. *reirandei i)* jah atdriusandei.
49. *gaggith.* St. gaggid. *k)*
ibid. gadauthnoda *dauhtar theina. l)*
55. jah *ustoth m)* suns.

Cap. IX:

3. ni waluns. nih matibalg. *ni hlaib. n)*
4. *thanei. o)* St. thainei.
7. herodis sa *taitarkes. p)*
10. *namnidaizos. q)* J. & St. namndaizos.
11. thans *tharbans r)* leikinassaus gahailida.

41. Venit vir, cuius nomen Jairus.
ibid. Rogavit eum introire in domum suam.
42. Etenim filia unica erat illi, quasi annorum duodecim, & ea moriebatur. Cum vero is iret, multitudo arctabat eum.
43. Quæ in medicos impenderat omnem facultatem suam.
47. Tremens & procidens.
49. Venit.
ibid. Mortua est filia tua.
55. Et surrexit protinus.

Cap. IX:

3. Nec baculol, neque peram, neque panem.
4. Quamcunque.
7. Herodes Tetrarcha.
10. Nominatæ.
11. Egentes curationis sanabat.

12.

---

c) J. & St. *thize*, genitiv. pluralis pro singulari, qui huius est loci.
d) St. *in garda seinana*, lat. *in domo suam*; requiritur itaque casus quartus *gard*, observantibus id quoque J. & B. ad Luc. 10, 7. *ni faraith us garda in gard*, non migrate de domo in domum.
e) Editi *wintraiwe*; Gothus autem diligenter custodit analogiam flexionum; sic enim leguntur *handiwe*, *fotiwe*, *suniwe* &c. quorum nominat. singul. exit in *us*, & plural in *jus* & *uns*, perinde ac *wintrus*, *wintruns*, *wintriwe*. Ceterum vocis duplicem esse significatum, quo nimirum & *hyemem* & *annum* denotat, res est notissima, cfr. *Jun.* & *Wachter* in voce, item Præcl. *Herweghr* nostras, in erudita Dissertat. De usu antiquitat. in illustranda lingua Sueo-Goth. p. 18.
f) Nec plenam, neque veram lectionem exhibent J & St. utrique autem satisfacit Rev. *Benzelius*. De vocibus hic occurrentibus supra, suis locis, diximus.
g) J. & St. *leikjans*. Codex utrumque approbat; dicitur enim *lekeis* & *leikeis*, Sueth. *läkare*, medicus, a *lekan* & *leikan*, Sueth. *läka*, mederi.
h) Editi *aihna*; melius ad normam codicis Arg. *aigina*, ablativ. a recto, *aigins*, possessio, quod est ab *aigan*, Sueth. *äga*, possidere v. specim. Gloss. Ulph.
i) J. & St. frustra præmittunt *quam*, venit: annotatque Rev. *Benz.* vel sine ἦλθε, sensum integrum fore.
k) Perinde est. v. supra c. 1, 32. ad vocem *gibid.*
l) *Jun. dauhtar thein*: contra linguæ genium.
m) Editi *usstoth*, rectius omnino. Marc. 6, 1. Joh. 11, 31. Aut elapsa est litera incuria typothetæ, aut redolet antiquiora tempora, quibus litteras raro geminabant. v. edit. *Benz.* p. 227. & *Nolten.* in Lex Antibarb p. 135. 138
n) Desiderantur in editione *Juniana.*
o) Sic J. & B. *thainei* est vox nihili.
p) Sic codex noster; ego autem locum non vacare mendo crediderim, atque cum editis malim *taitrarkes*, vox eadem ac græcorum τετράρχης.
q) Probe iuxta regulas formandi præterit. passiv. a præterito tempore indicativ. *namnida*, Luc. 6, 13. 14. a *namnan*, Sueth *nämna*, nominare.
r) St. reclamante Syntaxi, *tharbands*, egens. Vocem referimus ad *tharban*, Sueth. *tarfva*, indigere, a *tarf*, Fenn. *tarwe*, necessitas, opus; unde porro nostrum *torftig*, indigus, *torftighet*, *nödtorft*, indigentia. Plura vide apud *Wachter*. in Glossar. & voce *darf*.

12. in authjamma ſtada *ſium. s)*
13. bugjaima allai thizai *manaſeidai t)* matins.
14. *Kumbituns* ana qharjamoh *fimfti-guns. v)*
17. *Sibuntehuns.* Jun. & St. ſibuntigus.
18. jah *frah x)* ins. Editi. jah *froh* ins.
19. *heleian.* J. & St. *helian. y)*
22. jah *uskuſans z)* fram ſiniſtam.
24. *ganasjith a)* tho.
26. thizuh ſunus manns *ſkamaid ſik bi the quimith b) in wulthu ſeinamma. c)* jah attins jah thize *weihane aggile. d)*
29. mith thanei *bath e)* is.

12. In deſerto loco ſumus.
13. Emamus omni huic populo eſcas.
14. Per quemlibet (diſcubitum) quinquaginta.
17. Septuaginta.
18. Et interrogavit eos.
19. Eliam.
22. Et reprobari a ſenioribus.
24 Servabit eam.
26. Illius filium hominis pudebit, quando venit in gloria ſua & patris & ſanctorum angelorum.
29. Cum is precabatur.

31.

---

s) Regulariter foret *ſijum*, ceu habent J. & St a *wiſan*, eſſe, quo de paullo antea.

t) Codex in margine, *managein*, quod J. & St lectionem genuinam deſerentes, in ſeriem contextus adoptarunt. *manaſeds*, *manaſeths*, & *manaſeiths* Mœſogothis ſignificat & *terram* & *genus humanum*, Joh. 14, 17. 27. 15, 18. pari modo ac Gall. *monde*, lat. *mundus*, utrique notioni inſerviunt, prout videre eſt apud Gloſſographos. *Junius* vocem a *manna*, homo, & *ſeds*, vel *ſeths*, *ſedes*, vult compoſitam, ut adeo ſit illi: *domicilium hominum peculiare*, ac proinde metonymice dicatur pro hominibus in terra viventibus.

v) J. & St. *fimtijuns*; nititur autem lectio noſtra aſſenſu codicis. v. infra c. 16, 6. & paſſim: a *fimf*, quinque, & *tigus*, quod in numeris compoſitis notat *decem*, ſimiliter ac *tiug* maioribus noſtris *decada*. cfr. Perilluſtr. D. Comes C. J. *Gyllenborg* in Diſſertat. de Initiatione Regum Suio-Gothicorum p. 18. & *Edw Lye* in Grammat. Goth. p. XLVI. Pro *kumbituns* Jun. & St. habent *kubituns*.

x) v. Marc. 5, 9. 8, 23. & ad Marc. 1, 34 not. *v*.

y) Idem vitium obſervamus infra verſ. 54. cfr. c. 2, 4. not. *t*.

z) Editi male *uskeſans*; eſt enim ab *us* & *kiuſan*, quod *Junio* affine videtur Angloſ. *ceoſan*, *cyſan*, Franc. *chioſan*, Belg. *kiezen*, Angl. *chooſe*, Gall. *choiſir*, Isl. *kioſa*, Sueth *keſa*, eligere: ut adeo *uskiuſan* proprie ſignificaret *poſt habitum delectum repudiare*. Horum etymon *Wachterus* ſtatuit *kausjan*, Germ *kieſen*, guſtare; quia mens dum deliberat, examinat, eligit, videtur *guſtare*, idemque perficere, quod *guſtus*, v. interim *Eccard.* in Monument. Catechet. p. m. 117. ſub v. *coſtunga*.

a) J. & St. *ganisjith*. Primitivum *niſan* convaleſcere, habuimus paullo antea: hoc vero eſt verbum factivum, notatque facere ut quis convaleſcat vel ſanetur, ſervare.

b) J. & St. legunt *ſkamaid urrithe quimith*; hoc autem vel ideo nos offendit, quod nullus in eo patet ſenſus, nec nititur ſolita conſtruendi ratione: coniungi τῷ *ſkamaid* pronomen poſſeſſivum, docet parallelus Marc. 8, 38. *ſaei ſkamaith ſik meina*, &c. *jah ſunus manns ſkamaith ſik is*. cfr. Luc. 16, 3. *urrithe* porro corruptum, pro *bi the*, ὅτι, ὅταν, &c. Indicibus *Junii* & *Stiernhielmii* eximi debet.

c) Sic codex Mſct. Secundum regulas Grammat. foret *wulthau*, ut infra v. 31. cfr. tamen c. 1, 54. not. *h*. & ad Marc. 9, 3. in *wullareis*.

d) J. & St. *weihame aggele*, *weihs*, *weiha*, Luc. 2, 25. 3, 22. Angloſ. *wig*, *wih*, Franc. & Alam. *uuiho*, ſacer, ſanctus: unde *weihan*, Joh. 17, 19. ſanctificare, Belg. & Saxon. infer. *wyen*, Saxon. ſuperior, *weyhen*, Sueth *wiga*, conſecrare, & *wigſel*, *wigning*, conſecratio, inauguratio. v. *Leibnit.* in collect. etymolog. & Archæol. Teut. p. 190.

e) J. & St. *bad*. Diximus ſupra c. 1, 32.

31. quethun *urruns f*) is.
33. jah *gawaurkjaima g*) hleithros.
34. faurhtidedun than in thammei jainai *quemun in thamma milhmin. h*)
36. niwaiht thizei *gaseqhun. i*)
37. warth than in thamma *daga k*) dalath *atgaggandam l*) im af *fairgunja. m*) gamotida imma manageins filu:
38 jah sai. *manna us thizai managein ufwopida quithands, laisari. bidja thuk insaiqhan n*) *du sunu meinamma.* *) *unte ainaha mis ist.*
39. jah sai. ahma nimith ina *unhrains.* jah *anaks o*) *hropjith p*) *jah tahjith ina mith qhathon q*) *jah halisaiw aflinnith r*) *af imma* gabrikands ina.

31. Dicebant exitum eius.
33. Et faciamus tabernacula.
34. Timuerunt autem cum illi venerunt in illam nubem.
36. Nihil eorum quæ viderant.
37. Factum est autem illa die, descendentibus illis de monte, occurrit ei turba multa.
38. Et ecce, vir ex turba exclamavit dicens: Magister, rogo te (velis) respicere ad filium meum, quia unicus mihi est.
39. Et ecce spiritus immundus corripit eum, & mox clamat & lacerat eum cum spuma, & ægre discedit ab eo dilanians eum.
40.

---

f) Editi *urrune*: genitiv. pluralis heic locum invenire nequit, ut probe suspicatur Rev. *Benzelius*. De cetero *s* finale merito suspectum est, quippe quod in quarto casu abiici solet. Vocem explicuimus Marc. 7, 19.

g) J & St. *gawaurkjaim*; sed 1. pers. pl Præsent. Subj. semper exit in *a*. v Joh 6, 28. & passim. In eodem hoc versiculo pro *afs kaiskaidun*, quod ex codice adfert B. J. & St. habent *afskaidun*.

h) Ita codex in ipso textu, quem sequitur St. legit B. *quemun jah at im in thamma milhmin atgaggandam*: *Jun. quemun. jah at im in milhmin atgaggandun*: lectionem vero marginis videsis in præfatione, unde quid uterque eorum, præter rationem, vel admiserit vel excluserit, facillime liquet. *milhma* nubes, Sueth. *moln*. Sclavon. *mlha*, quod *Sigismundi Gelenii* lexicon symphon. teste *Junio* in append. p. 429. refert ad ὀμιχλη, nebula; sed linguæ pleræque Scythicæ originis vocem ignorant.

i) St. *gaseiqhun*, rectius in Glossario, sub voce *saiqhan*.

k) J. & St. *afar daga*: occurrit suo loco, Luc. 7, 11. hoc autem *afar*, abest a codice.

l) Iidem *afgaggandam*; sed *afgaggan* est ἀποβῆναι, ἀπελθεῖν, *atgaggan dalath*, καταβῆναι, κατελθεῖν, v. edit. *Benz.* p 235.

m) Legunt J. & St. *thamma fairgunja*, ut Marc 9, 9. hic vero Gothus excludit articulum, quem etiam alibi desideramus, Matth 8, 1 De voce nihil Glossographis observatum invenimus; nec dubitamus fore dictu difficillimum, unde illa domo, vel in quanam linguarum familia eius sit quærenda. Nobis quidem videmur reperisse originem eius in illo *bairg*, quod superest in composito *bairgaheins*, montanus, Luc 1, 39. 65. eadem significatione ac nostrum *berg*, antiq. *biarg*, Anglos. *beorg*, *byrg*. Franc. & Alam. *berg*, *perg*, &c. unde permutatis *b* & *f*, additaque terminatione Gothica, sua sponte provenit *fairguni*, mons. Sin autem hæc coniectura minus placuerit, meliora docturo fasces libenter submittemus

n) B. errore typographi, *insaiwan*, nec non infra v. 62. *saiwands*; Gothus enim non w, sed litera O punctato simili utitur.

*) B. legit *sunau*. v. quæ diximus v. 26. ad vocem *wulthu*. Porro habet: *minamma*, quod debet incuriæ librarii.

o) J. & St. *sansaiw*: utrumque probum cfr. Specim. Gloss. Ulph.

p) Iidem *ushropjith*, quod tamen alibi admittit codex. v. Supra c. 1, 42.

q) v. ad Marc. 9, 20

r) v. Specim. Gloss. Ulph. B. habet *afleithith*, probæ notæ, & quod sæpius occurrit.

40. jah bath *ſiponjans theinans, s) ei us-*
dribeina t) imma jah ni *mahtedun. v)*
41. andhafjands than iaiſus quath. *x)* o
kuni y) ungalaubjando jah *inwindo. und*
qha ſiau at izwis jah thulau izwis. at-
tiuh thana ſunu theinana hidrei. z)
42. *tharuh nauhthan duatgaggandan ina*
gabrak ina a) ſa unhultha. jah tahida.
gaqhotida than iaiſus *ahmin b)* thamma
unhrainjin. *c)*
48. andnimith thana *ſandjandan d)* mik.
unte ſa minniſta wiſands in *allaim e)*
izwis.
49. *ana f)* theinamma namin.
50. ni warjith. unte ſaei niſt withra izwis.
faur izwis iſt: *ni ainshun auk iſt manne*
ſaei ni gawaurkjai maht in namin mei-
namma.)*

40. Et rogavi diſcipulos tuos, ut expelle-
rent eum, & non potuerunt.
41. Reſpondens autem Jeſus dixit: o gene-
ratio incredula & perverſa, quousque
ero vobiscum & tolerabo vos? adduc fi-
lium tuum huc.
42. Adhuc autem accedente illo convulſit
eum dæmonium, & laceravit. Commi-
nabatur autem Jeſus ſpiritui immundo.
48. Eccipit mittentem me, quoniam mi-
nimus exiſtens inter vos omnes.
49. Per tuum nomen.
50 Ne prohibete, quia qui non eſt contra
vos, pro vobis eſt: nec ullus eſt homi-
num qui non faciat miracula in nomine
meo.

s) J. & St. *bath ſiponjam theinaim*, ipſi vero in Gloſſariis conſtructionem verbi *bidjan*, non niſi cum accuſativo annotarunt: idque etiam ex hoc loco cognoſci poteſt.

t) J. & St. *ei uswairpana*: quod, ſi Gothus probaret, ſecundum regulas foret *ei uswaurpeina*; ſed legimus *usdribeina*, pro quo B. *usdreibeina*, & ſic Marc. 9, 18.

v) J. *mahtidedun* St. *mahtidun*: utrumque corruptum. v. Luc. 20, 26.

x) J. & St. addunt *du im*, quibus verſio Gothica, meo iudicio, aeque carere poteſt, ac Codd. graeci ſuo *πρὸς αὐτοὺς*.

y) J. et St. *kunni*, et ſic etiam infra v. 43. cfr. Marc. 8, 12.

z) Voculam omittit B. Pro *hidrei* ceteroquin legitur alibi *hidre*.

a) B. habet *nauh thanuh at duatgaggandis is distaridina*; noſtram vero lectionem eſſe genuinam teſtatur codex Argenteus, hoc licet loco valde obſcurus. Rationem conſtructionis, ſi placet, diſcas ex obſervationibus noſtris, ad Matth 27, 1. cfr. 26. 71 Marc. 5, 18.

b) Ex ſequentibus conſtat, praecedens verbum *gaqhotjan* iungi cum dativo, non autem cum accuſativo, quem J et St. tuentur.

c) Quinque hos verſus vel emendavimus vel codici Argenteo reddidimus, ceu ex collatione cum editis pateſcit.

d) J. et St *ſandjandin*, mittenti, quod regulae grammat. non admittunt.

e) Iidem legunt *allan*, etiam corrupte.

f) Iidem *in*. B autem h. l. et antecedentibus, legit accuratius.

*) Addi hunc verſum praeter codicum aſſenſum, fide philologorum et criticorum omnium annotatnm videbis in praefatione, et edit. *Benz.* p. 238. not. *d.* Hanc autem laciniam non eſſe ſolius Ulphilae ex *Joſephi Blanchini* evangeliario quadruplici latinae verſionis antiquae ſeu veteris Italicae, Romae edito MDCCXLIX ut nos docent relationes Gottingenſes Tom. I. Faſcicul. III. p. 60. animadverſum eſt; ita vero illae: *eſt hoc aſſumentum* (codicis Argentei) *ex antiqua Latina translatum, ſed vero mutilum; huius enim Verſionis Codices Romæ nuper editi verſui addunt: nemo eſt enim, qui non faciat virtutem in nomine meo, & poterit male loqui de me.*

51. usfulnodedun dagos *andanuntais g*) is.
54. *gafaiqhandans h*) than ſiponjos is *iakubos* jah iohannes.
55. *niu.* Jun. *uiu. i*)
57. *thisqhaduh. k*) *J.* & *St.* thusqhaduh.
61. uslaubei mis *andquithan thaim thaiei ſind l*) in garda meinamma.
62. nimanna uslagjands handu ſeina *ana hohan m*) *jah ſaiqhands aftra gatils iſt n*) *in thiudan gardja goths. o*)

Cap. X:

1. afar uththan thata *ustaiknida p*) fan jah *antharans ſibuntehund q*) jah inſandida *ins twans qhanzuh faura andwairthja*

51. Implerentur dies aſſumtionis eius.
54. Videntes autem diſcipuli eius Jacobus & Johannes.
55. Nonne.
57. Quocunque.
61. Permitte mihi alloqui eos, qui ſunt in domo mea.
62. Nemo imponens manum ſuam aratro, & videns retro, opportunus eſt ad regnum Dei.

Cap. X:

1. Poſt hæc autem deſignavit Dominus etiam alios ſeptuaginta, & miſit eos, duos quosque, ante conſpectum ſuum in om-*ſei-*

---

g) J. & St. *andanumftais*; eſt autem verbum *anduiman*, Sueth. *annama*, & propterea rectius *andanumts*, *andanumtais*, Sueth. *annamelſe*, aſſumtio, ab *and* & *niman*, quod vide Matth. 27, 9. not. *y* & Specim. Gloſſar. Ulph.

h) ST. *gaſaiqhands* videns: male quadrat in ſequentes *ſiponjos is iakubos jah Johannes* pro *jakubos.* J. & St *iakobos*, perinde eſt. v. Marc. 3, 17. 18.

i) Similitudine literarum lapſus eſt typotheta.

k) B. recte. Componitur vox a *this* & *qhaduh*, ablato *u* euphonico, *qhad* vel *qhath*, ποῦ, v. Matth. 8, 19. Marc. 6, 10. 56.

l) Variam exhibent editi lectionem, quarum neutra munitur ſuffragio Codicis Mſct. qui noſtram ab omni parte tuetur. v ſupr. c. 8, 19. 21.

m) *hohan*, aratrum, cujus natales & familiam ignorant philologi: nobis interim haud procul abludere viſum eſt German. *hube*, modus vel menſura agri, unde *hufenlandes*, apud *Leibnitium* in Epiſtol. ad *Ludolphum* Miſcell. P. 1. pag 305. quantum agri homini ruſtico pro familia alenda convenit, vel potius, interprete *Wachtero* in Gloſſar. German. p. 758. quantum uno aratro per annum coli poteſt: denominatione nimirum facta, pari ratione ac Lat. Barb. *arrata terræ* ab *aratro*, *jugerum* a *jugo*, *hakenland* ab Iſland. *hake*, Græc. ἀκή, uncus, cuſpis, Hungar. *eke*, aratrum apud *Oertelium* in Harmon. Linguarum p. 37. in Gloſſis Florentinis *honua* explicatur raſtrum.

n) B. ex coniectura legendum judicat *ni fagrs*, quod equidem non video, quomodo ſenſui Euangeliſtæ convenire poterit, niſi prævia illa particula negativa abfuerit. Quicquid ſit, neutram vocem agnoſcit h. l Codex, qui habet *gatils*, aptus, opportunus, a *til*, opportunitas, occaſio, Luc 6, 7. Huic affinia ſunt *tila* Fennon. facultas, locus, itineris commoditas apud *Juslenium*; ASax. *til*, bonus, *untale*, malus, apud *Hickes.* in Theſ Gram. AS & MG. p 91. item Diſſertat. Epiſtol. p 9. ad v. *gyel*, *ketil*: quibus denique addam ex *Somnero tilung*, auxilium, ſuſtentatio, cura, unde Moeſo Gothis *tilon*, adiuvare, auxiliari, quod ſupereſt in *andtiloth*, ἀνθέξεται. Luc. 16. 13.

o) Ultima hæc non legunt J. & St.

p) Editi *usmarkoda.* Codex vero Argenteus hanc vocem reiicit, et quam nos teſtituimus, ſubminiſtrat: deſcendit ab *us* et *taiknjan*, Sueth. *tekna*, quod eſt a *taikns*, Sueth. *tekn*, Signum. cfr J. et St. in voce.

q) J. et St. *antharana ſibuntiguns.* B. *antharans ſibuntiguns*, et hoc quidem accuratius, ſi in certis et conceſſis ponendum eſt etiam numeros cardinales ab auctore noſtro conſtanter declinari; exceptionem vero requirere *houetehund*, docent, præter hunc locum, *thai ſibuntehund*, paullo infra v. 17. *jere ahtautehund*, Luc 2, 37. 16, 7. *tho niuntehund*, c. 15, 4. *taihuntehund*, ibid. et 16, 7. nec non *taihun* Luc. 15, 8. 19. 17. pro quo editi *taihunja.* At c. 15, 7. occurrit *niuntehundis.*

ſeinamma in all baurge jah ſtade thadei
munaida r) is gaggan.
2. quath uhthan *du im s) aſans t)* mana-
ga. ith waurſtwjans fawai. bidjith nu ſan
aſanais *ei uſſatjai waurſtwjans in tho*
aſan ſeina. v)
4. ni bairaith *pugg. x)* nih matibalg. nih
gaſkohe y) nimannanhun bi wig gol-
jaith. z)
5. in thane gard ei *inngaggaith a) frumiſt*
quithaith gawairthi thamma garda:
6. *jah jabai ſijai jainar ſunus gawairth-*
jis b) gaqheilaith ſik ana imma gawairthi
izwar.
8. matjaith thata *faurlagido. c)*
11. *thiudangardi. d) St.* thiudangardja.

nem urbem & locum, quo ipſe iturus
erat.
2. Dixit autem illis: meſſis multa ſed ope-
rarii pauci, rogate ergo Dominum meſſis,
ut collocet operarios ad meſſem ſuam.
4. Ne portate crumenam, nec peram, ne-
que calceos, neve ullum in via ſalutate.
5. In quamcunque domum intratis, pri-
mum dicite: pax huic domui.
6. Et ſi fuerit ibi filius pacis, requieſcet
ſupet illum pax veſtra.
8. Edite appoſitum.
11. Regnum.

r) Codice præeunte verſum, qui editis deeſt, ſupplevimus. De *munan* notari meretur, quod Gothis ratione duplici uſurpetur, nimirum: 1.) qua idem ſonat ac noſtrum *mena*, Angl to mean, Belg. *meenen, meynen*, putare, cogitare, Luc. 3, 23. 17, 9. Joh. 13, 29. unde *gamunan*, ASax. *gemunan* Luc. 1, 72. Isl *muna*, Sueth. *minnas*, recordari, reminiſci, et *minne*, ASax. *mund*, memoria, etc. v. *Wacht.* l. c. p. 1064 2.) qua conſuetudine græca, haud ſecus ac *ſkal* et *haban*, in conſtructione cum aliis verbis futuri temporis adiacentiam indicat, ut h. l. *muna gaggan* pro *gagga*, μέλλω ἔρχεσθαι pro ἐλεύσομαι: *muna gabairthjan* pro *gabairthja*, μέλλω ἐμφανίζειν pro ἐμφανίσω, Joh. 14, 22. 6, 15. Luc. 19, 4 cfr *Hickes.* l. c. p. 47. et 87. ubi de *muna* Islandorum eadem obſervat. Et *fragm. ulphil.* in exemplis ſecundæ conjug.

s) J. et St. *du imma:* alloquitur autem Jeſus LXX diſcipulos, quare probe Codex Mſct. et B. *du im.*

t) Iidem *ſa aſa*, perperam; nam *aſans* eſt caſus rectus, generisque feminini. Matth. 9, 37. Marc. 4, 29.

v) B. *ei uſſandjai waurſtwjans in aſan ſeina*, prorſus idem, quod loco parallelo, Matth. 9, 38. Heic vero pro *uſſandjai* reponimus *uſſatjai*, quod refer ad *ſatjan.* Ulterius, in Codice legimus *waurſtwjands*, errore Amanuenſis, Nominativ. enim eſt *waurſtwja* v infra v. 7. a *waurſtw*, opus, quod eſt a *waurkjan*, operari. Denique reiicimus *in aſan ſeinamma*, ut legunt J et ST. atque in eius locum ſubſtituimus caſum quartum cum articulo.

x) Editi *gairda*, quod proprie notat *zonam*, Sueth. *gördel*, Marc. 1, 6. reddidimus autem vocem huic loco magis congruam *pugg.* ASax. et Sueth *pung*, græco Barb. πυγγή, πυγγίον, πύκκον, Gall *poche*, ſacculus, crumena v. *Meurſii* Gloſſar p m 440. Quin etiam *pungia*, notanda *Pontano* apud *Mauritium* in Tacticis, *thecæ ubi ſagittæ conduntur*, in Dictionariol. *Le bnit.* Celtico Miſcellan. p. 137.

y) Editi *ſkohe.* Utrumque in uſu. Pro *gaſkohe*, genit. plural Marc. 1, 7. mallem Accuſativ. *gaſkoh*, Luc. 15, 22. cuius in explicatione otium mihi fecerunt *Wachter.* in gloſſ germ. et clariſſ. *Ramzelius* in Diſſertat. de Uſu Lingu. Sueo Goth in illuſtranda antiq Gentis noſtræ ſimplicitate, p. 8.

z) Sic iterum Codici Argenteo reddidimus, quæ deſiderantur in editis.

a) Editi *ingaggith*, quin et St. mox infra v. 10. *ingaggaith*, pro *inngaggaith*, quod Gothus habet utrobique. *Thane* hoc irregulare eſt pro *thana.*

b) Lacunam editorum ſupplevimus

c) J. et St. *fauralagido.* v. ad Marc. 2, 26.

d) v. ad Matth. 6, 13.

13. mahteis *thozei e)* waurthun in izwis. *airis thau*)* in ſakkum jah *azgon. f)*
14. *ſwethauh. g) St.* ſethau.
15. thu und himin *ushauhido. h)* und halja *gadrausjaza. **)*
17. *gawandidedun than ſik i)* thai *ſibuntehund k)* mith ſahedai.
18. gaſaqh ſatanan *ſwe lauhmunja driuſandan l)* us himina.
21. jah andhulides *thaniu m)* klahaim. *jai n)* atta.
24. hausjan thatei jus *gahauſeith. o)*
25. *witodafaſteis p)* ſums *uſtoth. q)*
ib. libainais aiweinons arbja *wairtha. r)*
26. *tharuh s)* quath du imma.
27. jah neqhundjan theinana ſwe *thuk ſilban. t)*

13. Miracula, quæ facta fuerunt in vobis, dudum in ſaccis & cineribus.
14. Verum.
15. Tu usque ad cœlum exaltata, usque ad infernum deprimeris.
17. Reverſi autem ſunt ſeptuaginta cum gaudio.
18. Vidi ſatanam inſtar fulguris cadentem e cœlo.
21. Et revelaſti ea parvulis: certe pater.
24. Audire, quod vos auditis.
25. Legisperitus quidam ſurrexit.
ib. Vitæ æternæ hæres fiam.
26. At dixit ei.
27. Et proximum tuum, ſicut te ipſum.

28.

---

e) B. expunxit *Junii thoſei*, quod tamen, errore forſan librarii, admittit Matth. 27, 55.

*) Utrum diviſim cum B. vel coniuncte cum J. et St. legeris rectius, haud facile dixerim: deſcendit ab *air*, mane, cfr Spec. Gloſſar. Ulph.

f) St. *azgom*, v. Matth. 11, 21. De voce conſuli velim *Wacht.* ſub v. *aſche.*

g) Sic J. et B. Vocem emendavimus Matth. 7, 15.

h) J. et St. *ushauhida:* utrumque bene, v. Matth. 11, 23. caſus rectus maſcul. eſt *ushauhids,* particip. paſſiv. verbi *ushauhjan*, Sueth. *upphöja*, exaltare.

**) Editi *gadrausjazai* minus recte; nam ſecund. Sing. Indicat. paſſivi conſtanter finitur in *za,* non in *zai:* exempla paſſim occurrunt.

i) Hunc ordinem ſervant Cod. Arg. et B. J. vero et ST. *gawandidedun ſik than.*

k) B. *ſibuntehuns.* J. et St. *ſibuntigjus.* v. paullo antea v. 1. not *q.*

l) J. et ST. *ſwe lauhmunja driuſandam*, quæ male cohærent; accuratius B. *driuſandan* , quod referri debet ad *ſatanan*, non vero ad *lauhmunja.* *lauhmoni*, fulgur, fulmen, Luc. 17, 24. idem vocis videtur ae Lat. *lumen*, et græc. φλεγμονή, inflammatio, a *lauh*, quod reſiduum eſt in Goth *lauhatjandei,* coruſcans, unde *liuhad*, lux, ignis, Celt. *Lluched*, fulgur, &c. apud *Leibnit.* L. c. p. 132. cfr. porro *Wacht.* in Gloſſar. et v. *loh.*

m) Editi et Codex Mſct. ita. *Edw. Lye* vult *tho* vel *thata*, quod etiam melius eſt: et *thaniu* forte referendum inter errores librarii.

n) St. *jah.* v. ad Matth. 11, 9.

o) J. et St. *gahauſaith.* B *gahauſeid*: prius rejicimus, poſterius ſtare poteſt, v. quæ annotavimus ſupra ad c. 1, verſ. 32.

p) Iidem inepte *witodafaſtjeis*, voce compoſita a *witoth*, lex Matth. 7, 12. *uuittut*, Gloſſ. *Lipſ.* et *uuizod Otfrid.* idem, quaſi *wysheit*, Sueth *wishet.* ſapientia, v. Archæolog. Teut. in Collect. Etymolog. *Leibnit.* p. 192. et *faſteis*, cuſtos, Noſtratibus *faſt*, in compoſitis *ordfaſt*, antiq. *faſtordur,* verborum tenax, *faſtheitinn*, promiſſorum tenax, apud *Verel.* in Indice: quod eſt a *faſtan,* ſervare, cuſtodire, cfr. *Stiernhielm.* Gloſſar. in voce.

q) Editi *uſstoth.* v. ſupra ad c. 8, 55.

r) Editi *wairthau*, et ſic regulariter foret; ſatis vero præſidii eſt in ipſo Codice pro noſtra lectione.

s) J. et St *thanuh*, quod ſignificatione eſt idem.

t) Iidem, *thus miſſau.* Emendavit B. optimo iure; nam antecedens *frijon* adſciſcit Accuſat. non Dativ. *miſſo*, vocabulum indeclinabile, notat *invicem*, quod ſenſus et ſyntaxis hoc loco recedere jubent.

28. *thanuh. v) Jun.* thannuh.
29. *an x)* qhas ist mis *neqhundja. y)*
30. *thaiei. z) J.* & *St.* thaei.

Cap. XIV:

11. hauheith sik *silban. a)*
12. nih garaznans *gabeigans. b)*
14. in *ustassai. c)*
16. *tharuh. d) J.* & *St.* thanuh.
ib. *haihait. e) St.* haihaith.
18. habai mik *faurquithanana. f)*
22. jah *nauh stads ist. g)*
23. ei *usfulnai h)* gards meins.
29. ni *mahtedi. hh)*
30. manna dustodida *timbrjan. i)*
31. thankeith *siaiu k)* mahteigs.
ib. mith twaimtigum *thusundjo.* *)

28. Tum.
29. Quis est meus proximus?
30. Qui.

Cap. XIV:

11. Extollit se ipsum.
12. Neque vicinos divites.
14. In resurrectione.
16. At.
ib. Vocavit.
18. Habe me excusatum.
22. Et adhuc locus est.
23. Ut compleatur domus mea.
29. Non posset.
30. Vir incepit ædificare.
31. Cogitat, an possit.
ib. Cum viginti millibus.

34.

---

v) Sic St. et B. recte.

x) Editi *jah.* vide quæ superius dicta sunt ad c. 3, 10.

y) St. mendose *neqhundbja*, cfr. v. 17. alibique passim. Deducitur vox a *neqh* vel *neqha*, ASax. *neah*, Franc. et Alam. *naho*, prope: simili ratione ac a *prope*, *proximus*, a *nær*, *næste*, vicinus, &c. Hinc porro *neqhjan*, Belg. *naken*, Sueth. *näkas*, appropinquare. v. *Wachterus* in v. *nahe*.

z) Hunc errorem sæpius sustulimus. cfr. Matth. 11, 8. Marc. 4, 16. quin etiam supra c. 5, 17. et infra c. 15, 7. 19, 27 20, 35.

a) J. et St. *silba*, ipse; requirit autem constructio casum quartum, ut paullo ante, c. 10, 27.

b) Iidem legunt *gabejans*. Accuratius in Indice *Juniano*, *gabeigans*, in casu recto singul. *gabeigs*, *gabigs*, dives. Luc. 16, 19. 18, 23. a *gabei*, opulentia, pari modo ac *audags* ab *auda*: *mahteigs* a *mahts*: *bidagwa* a *bida* &c

c) Sic Codex Arg. et B. Rectius J. et St. *usstassai*, ab *us* et *standan*, v. Luc. 2, 34. 20, 36.

d) Diximus cap. præced ad v. 26.

e) J. et B idem; est enim præterit. a verbo *haitan*, significante 1) vocare, nuncupare, 2) iubere, præcipere 3) promittere, spondere: quemadmodum triplicem hanc notionem observant, et more suo diligenter explicant *Jun.* et *Wachter* in Glossariis.

f) *Junius* habet *faurquithana*, et infra vers. 19. *farquithanana*: utrumque improbante Codice nostro, cui St. et B. assentiuntur.

g) St. eadem legit; sed suo quodque loco non disponit.

h) Extat in Cod. Arg. et *Benzeliano*; melioris tamen notæ est *usfullnai*, apud J. et St. a *fulls*. v. supra c. 2, 40. cfr interim quae monuimus c. 8, 55. ad vocem *ustoth*.

hh) Editi haben[illegible] *-tide*, quod merito expungas.

i) Sic B. v. supra v. 28. J. et St *timrjan*, quod Ulphilae etiam adseri potest: inde quippe descendunt *timrja* faber, *timrjans*, aedificantes, *gatimrja*, aedificabo, &c. quae a *Junio* collecta sunt in Glossario sub voce.

k) Ex regulis foret *sijaiu*, v. *Edw. Lye* Grammat. Goth. p. XLVII. *j* vero heic, ut nonnunquam fieri solet, abjicitur, cfr. Luc. 8, 25. Editi, *siau*.

*) Editi *thusundjom* ut eodem hoc versu; heic vero *m* finale desideratur, nec vestigium lineolae cujusdam obliquae, τὸ *m* significaturae, apparet.

34. *jabai.* St. *jadai. l*)	34. Si.
35. nih du airthai *ni. m*)	35. Nec ad terram. neque.
Cap. XV:	Cap. XV:
5. *uslagjith* ana amſans. *B.* uslaujith.	5. imponit in humeros.
6. thammei *bigat. n*) lamb mein thata *fraluſano.* **)	6. Eo quod inveni ovem meam deperditam.
7. *thau in niuntehundis o*) jah niune.	7. Quam ob nonaginta & novem.
8. aiththau ſuma quino drakmans habandei *taihun. jabai p*) fraliuſith drakmin ainamma. niu tandeith lukarn. jah *usbaugeith q*) razn.	8. Aut quædam mulier drachmas habens decem, ſi perdit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum.
ib. *glaggvûba.* *St.* glaggvaba.	ib. Accurate.
9. bigat. *drakmein r*) thammei *fralaus. s*)	9. Inveni drachmam quam perdidi.
10. faheds wairthith in andwairthja *aggele t*) goths.	10. Gaudium erit coram angelis Dei.
12. atta, *gif mis ſei undr innai mis dail aiginis. v*)	12. Pater, da mihi, quæ competit mihi, partem poſſeſſionis.
14. dugann *alatharba x*) wairthan.	14. Coepit egentiſſimus fieri.

15.

l) Vox ope typographi corrupta.

m) Sic J. et B. St. *nih*, quod h. l. malim; priori autem *ni.* v. ſupra c. 8, 17. item Marc. 6, 8.

n) St. *bigath* J. et B *bigat* a *bigitan*, Sueth. *påhitta*, invenire, unde in futuro *bigitai*, pro quo editi *bigiutai*, Luc. 18, 8. v. *Jun* in Gloſſ. Gothico.

**) Idem legit *fralauſano*, et paullo ante v. 4. cum. *Jun. fralauſanin*; ſed utraque lectio idonea deſtituitur auctoritate, ſiquidem occurrit adhuc infra caſus rectus *fraluſans*, v. 24. a *fraluſan*, in praeterit. *fralaus*, pro quo editi verſu proxime ſequenti *fralausda.* Sueth. mutato *s* in *r*, *förlora*, amittere, unde *förluſt*, damnum, jactura. Plura docent *Jun.* et *Wachter.* in Gloſſar. ad vocem.

o) J. et St. *thau in niuntehundas*, quod emendatum videmus in Edit. *Benz.*

p) Iterum mendoſe legunt *taihunja, ſai.* B. tuetur lectionem accuratiorem

q) Ita certe Codex noſter, quid vero vocis ſit, non aeque certum eſt: quum tamen obſervem, Graecos Codd. h. l. habere σαρõι, καϑαίρει, et lat. everrit, mundat, teſte Edit. *Milliana* p. 170 in animum induxi, nihil aliud priſcis Gothis denotaſſe *usbaugjan*, quam quod Germani hodieque dicunt *fegen*, *ausfegen*, Isl. *fægja* apud *Verel.* et Noſtrates *fæja*, mundare, purgare, converrere: atque etiam naturali permutatione elementorum *f* et *b*, non procul hinc abludere, ſive ſenſum, ſive rationem vocum etymologicam penſitemus. Verum hac noſtra conjectura non nobis adeo videmur muniti, quin aures morigeras meliora docturo facile praebeamus.

r) Editi *drakmin*, ut verſu praecedenti; heic autem requiritur Accuſativus *drakman.* ſed inconſtans flexio eſt in vocibus peregrinis, ut obſervatur in *Diſſ.* de *Nominibus Moeſog.* ad finem. De hac voce græca v. in Append. ad Gloſſar. *Junianum.*

s) Diximus ad v. 6.

t) Editi *aggilum*, quod pugnat cum ipſa conſtructione, quæ non Dativ. ſed Genitiv. exigit. Ceterum cfr. Specim. Gloſſ. Ulph. & Hickeſii Gram. p. 81.

v) Editi *gif mis ſo undrinnanein dail aiginis*: *Edw Lye* rectius, *tho undrinnandein.* v. Edit. *Benz.* p. 253. Noſtræ interim lectioni, regulis Grammat. conformi, adſtipulatur non obſcure Cod Argenteus.

x) Sic quidem legimus, ſed errore, ni fallor, amanuenſis, pro *alltharba*, vel prout editi *allatharba.* v. ſupra c. 9, 11. & Gloſſ. Ulph.

15. gahaftida ſik ſumamma *baurgjane. y)*
18. frawaurhta mis *in z)* himin.
21. ei *haitaidau a)* ſunus theins.
22. quath than ſa atta du *ſkalkam ſeinaim b) ſprauto bringith c)* waſtja tho frumiſton jah gawasjith ina. jah gibith *figgragulth. d)*
24. jah bigitans *warth: e)* jah dugunnun *wiſan. f)*
25. was uththan ſunus is ſa *althiza g) ana akra. h) jah quimands atiddja neqh razn. i)* jah gahauſida *ſaggwins jah laikans. k)*

15. Adhæſit cuidam civi.
18. Peccavi in cœlum.
21. Ut nominer filius tuus.
22. Dixit autem pater famulis ſuis: ſtatim adferte ſtolam præcipuam & induite illum, & date annulum aureum.
24. Et inventus eſt: & cœperunt (bene) eſſe.
25. Erat autem filius eius ſenior ruri, & veniens appropinquavit domui, & audivit cantantes & ludentes.

25.

---

y) J. & St. *baurjane.* cfr. quæ annotavimus c. 2, 4. ad vocem *baurg.*

z) St vitio typographi, *is.*

a) Ita v. verſ. 19. *Jun. haitandau.* cfr. cap. anteced. v. 16, & v. *haihait.*

b) J & St *ſkalkam ſeiname.* B. vero, monente etiam *Hickeſio* in Theſ. Gram. ASax. & MGoth. p. 81. emendavit.

c) Editi *tobrigg*, quod vel eo nomine ſuſpectum eſt, quum, quid ſit illud *tobrigg*, vel ipſum Ulphilam fugeret; foret autem, ex frequentiori ſcriptura, *briggith*, ſed v. ſupra c. 1, 64. *ſprauto*, cito, ſubito, ablata præfixa conſona *s*, & *p* in *b* mutato, affine videtur noſtro *brätt*, quod idem ſignificat. *Junius* vero, neſcio quam vere, derivat ab Isl. *ſprotta*, germinare, erumpere, ceu videre eſt in Gloſſar. Goth. p. 314.

d) J. *friggragulth*, ST. *fingragulth*; uterque autem probe in Gloſſariis *figgragulth*, Suethice diceres *fingerguld*, Isl. *fingurgull*, δακτύλιον, annulus aureus.

e) St. incuria librarii, *wartha*, vox nihili.

f) Editi *wailawiſan*, εὐφραίνεσθαι, ut infra verſ. 32. Nos tamen, adſtipulante Codice, excludimus præfixum *waila*, neque eo ſenſui tenebras offundere videbimur illi, qui obſervaverit, ſimplex *wiſan*, Germ. *weſen*, idem non nunquam ſignificare, ac convivari, una vivere, apud *Wachterum* in Gloſſar. Germ. p. 1883 Atque hoc genus dicendi Gothis Germanisque, ut multa alia, cum Græcis commune fuiſſe, docemur illa formula, qua utebantur, quum aliquem ad convivium invitarent: ὅπως παρέσει μοι, pro δέομαί σου, ὅπως παρέσει μοι συνδειπνησόμενος: unde etiam, obſervante *Lamb. Boſio* ad Phil. 1, 23. μετά τινος εἶναι, notat *cum aliquo epulari.* Sic quoque latini: *hodie apud me ſis volo*, ſcil. *cœnaturus mecum: una ſimus*, ſcil. *cœnaturi.* v. *Leisnerus* in annotat. ad L. Bos. Ellipſes Græc. p. m. 293. Ceterum ad notionem vocis rariorem ulterius ſtabiliendam maximi erunt momenti, quæ pluribus docet Præfat. ad Spec. Gloſſ. Ulph. III. de *waila wiſan.*

g) Editi vocem non habent, adeoque omiſſa eſt in Gloſſariis: liquet vero, eandem eſſe ac Sueth. *ældre*, ASax. *yldra*, græc. ἑωλότερος, nimirum Comparativ. a poſitivo *alths.* Noſtrat. *äldrig.* ASax. *eald*, ἕωλος, altus, &c. Cunctis ortum ducentibus ab Isl. *ala*, nutrire, gignere, unde *alder*, generatio, *alſter*, genitura cfr. Præfat. ad Specim. Gloſſ. Vlph. II

h) B. *ana landa.* J. & St. *ana lande*: utrumque explodimus. *akra* in recto *akrs.* Matth. 27, 8. ager, Sueth. *åker.* v Specim. modo laudatum p. 46.

i) Editi legunt *jah mithlanei gawandidar ſik jah attiddja neqha razn*, quæ a genuina lectione prorſus abhorrent, nec unde occaſio errandi nata ſit, facile dici poterit, quum Codex Mſcr. h. l. oculum vix fruſtretur. Pro *neqha* legimus *neqh.* v. Supr. 10, 29.

k) Hæc & quæ ſequuntur v. 26. 27. ex Codice Argenteo reſtituimus, quorum etiam nonnullis vocibus, cum reliqua cuivis pateant in promtuque ſint, aliqua illuſtrationis loco ſubiungere licet:

ſaggwins,

26. *jah athaitands ſumana magiwe. frahuh qha weſi thata.*
27. *tharuh is quath du imma. thatei brothar theins quam. jah afſnaith* atta theins ſtiur thana alidan.
29. *tharuh. l*) *St.* thanuh.
31. thu ſinteino mith mis waſt *jah is. m*) jah *all n*) thata mein.
32. *faginon. o*) *Jun.* fajinon.

Cap. XVI:

1. *faei aihta p*) fauragaggjan.
ib. ei *diſtahidedi aigin q*) is.
2. du qhe thata *hausja r*) fram thus usgif rathjon *fauragaggjis* *) theinis.
3. graban *ni mag. s*)
4. *eithau. t*) *J.* & *St.* eithan.
5. qhan filu *ſkalt v*) fanin meinamma.

26. Et arceſſens quendam famulorum, interrogavit, quid eſſet illud?
27. Ille vero dixit ei, frater tuus venit, & mactavit pater tuus vitulum altilem.
29. Verum.
31. Tu ſemper mecum fuiſti, & es: & omne hoc meum.
32. Lætari.

Cap. XVI:

1. Qui habebat præfectum domus.
ib. Ut diſſiparet bona eius.
2. Cur hoc audio de te? redde rationem præfecturæ tuæ.
3. Fodere non valeo.
4. Ut.
5. Quantum debes Domino meo?

10.

ſaggwins, caſ. quart. plural. a recto ſingular. ut opinor, *ſaggws*, συμφωνία, Sueth *ſång*, & veteribus univerſe in omnibus dialectis borealibus, *ſanc*, *ſang*, *ſange*, modulatio, cantus, concentus. Proxime deducitur a *ſiggwan*, quod Ulphilæ denotat *legere*, Luc. 4, 16. 10, 26. Noſtratibus *ſjunga*, antiq. idem, unde *ſiunga boenir*, legere preces, apud *Verel.* in Indice. cfr. VeſtGoth. Legg. Kirk. B c. 13 §. 3 hodie vero eiusdem notionis ac ASax & Franc. *ſingan*, Alam. *ſinkan*, Germ *ſingen*; canere, cuius translationis variæ & quidem probabiles cauſæ adferuntur a *Wachtero* in Gloſſar. & *Hickeſio* in Diſſert. Epiſtol. p. 156.

frahuh qha weſi thata: eadem locutio occurrit Luc. 18, 36. heic autem verbo *frah* adiicitur *uh* illud euphonicum, quo de ſat multa a nobis antea dicta ſunt.

afsnaith: habemus ſupra v. 23. *ufsneithith*, & infra v. 30. *ufsnaiſt*, foret igitur rectius *ufsnaith*, a *ſneithan*, v. ad Matth. 6, 26.

l) v. c. 10, 26.

m) Legit interpres ſine conſenſu Codd. aut καὶ ἀυτός, ut putat B aut καὶ εἶ, ceu monet *Edw. Lye*; nam *is* utroque modo explicari poteſt, commodior tamen forte videbitur coniectura *Lyeana*.

n) J. & St. *alla*, quod ratio conſtruendi non patitur, B. emendate.

o) v. Marc. 4, 16. ad vocem *fahedai*.

p) J. & St. *aihida*; probe autem cap. præced. v. 11. *aihta* a verbo *aigan*, poſſidere: pari omnino analogia, ac ASax *aht* ab *agan*, & Sueth. *ătte* ab *æga* v. Specim. Gloſſar. Ulph. II. St. pro *jaei* male reponit *ſaie*.

q) Editi *diſtahidudi argan*: utraque vox regulis Grammatices contraria. *Lamb. Katenus* in Gemeenschap tuſſen de Gottiſche Spraeke en de Nederduytſche p. 63. docet quidem 3. perſ. præt. Subjunct. terminari in *dudi* æque ac *dedi*; exempla vero, deſiderantur, v. *Edw. Lye*, Gram. Goth. p. XLVIII. Nec *aigan* melioris eſt notæ; erit quippe, quem *diſtahjan* poſtulat, Accuſat. ſing. atque adeo *aigin*. cfr. laudatus *Ten-Katen* l. c. p. 55.

r) St *hausjah*; *h* autem finali caret vox illa ubique; idque propterea non adhibent J. & B.

*) St. *fauragagjis*, *Jun.* v. 1. *fauragagjan*, & ambo v. 3. *fauragaggji*; corrupte. v. antea c. 8, 3.

s) Iterum St *nim ag*, minus recte. J. & B. melius diſtinguunt.

t) Sic v. Luc. 14, 32.

v) St. vitio librarii, *ſhalt*; quin etiam cum *Junio* pro *ſkulun* legit *ſkulum*, cap. 18, 1.

10. *ſaei triggws x)* iſt in *leitilamma jah in managamma triggws iſt. jah ſa y) in leitilamma untriggwa. jah in mann gamma untriggws iſt.* z)

11. *Faihutraihna.* — zz)

13. niainshun thiwe mag twaim fraujam ſkalkinon *audizuh a) ainana fijaith. jah antharana frijoth. aiththau ainamma andtiloth. b) ith antharamma frakann. ni maguth gotha ſkalkinon jah faihuthraihna.* **)

14. *Fariſaieis.* B. Fariſaies.

15. God kann *hairtona* izvara. *c)*

ibid. *andaſet cc)* in andwairthja goths.

17. *ith azetizo d)* iſt himin jah airtha hindarleithan thau witodis ainana *writ gadriuſan. e)*

18. afletands quen *ſeina. f)*

19. gawaſids was paurpaurai jah *byſſaun. g)*

20. banjo *fulls. h)*

21. gairnida *ſath itan i)* drauhsno.

10. Qui fidelis eſt in minimo, etiam in magno fidelis eſt: & qui in minimo infidus (eſt) etiam in magno infidus eſt.

11. Gaza.

13. Nemo ſervus poteſt duobus dominis ſervire, aut unum odio habebit, & alterum diliget, aut uni auxiliabitur, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire & pecuniæ.

14. Phariſæi.

15. Deus novit corda veſtra.

ibid. Abominabile coram Deo.

17. Verum facilius eſt, cœlum & terram prætcrire, quam legis unam literam cadere.

18. Dimittens uxorem ſuam.

19. Induebatur purpura & byſſo,

20. Ulcerum plenus.

21. Cupiebat ſaturari deciduis,

---

x) J. & St. *triggwa*, quod emphaticum eſt, atque adeo huic loco minus accommodum. Secus eſt inferius *ſa untriggwa*. Vox alioqui eadem ac Sueth. *trygg*, fidus, unde *otrygg*, infidus, *trygghet*, ſecuritas, *trygga*, perſuadere. v. *Verel* in Indice. *Hicke* in Theſeur. Gram. Franc. Theot p. 99.

y) Pro *ſa* B. legit. *ſaei*: & porro, reclamante Codice, addit *iſt*, quod tamen, ſi abfuerit, detrimenti nihil infertur ſenſui. Idem etiam pro *untriggwa* habet *untriggws*.

z) Sic totum fere verſum, ſuffragante etiam rev. *Benzelio*, reſtituimus.

zz) B. hic & v. 13. habet *frihu traihna*, quod an ipſi tribuendum ſit, neſcio. Orta vox eſt a *fachus*, opes, de quo ſupra ad Marc. 10, 24.

a) Quid vocis ſit, indagare non licuit B. *aiththau*, quod paullo infra occurrit; ibi autem mendoſe *aithau*, & porro *jah* pro *ith*, eodem hoc verſu.

b) v. ſupra, c. 9, 62. ad v *gatils*.

**) Eadem pæne, quæ hic Codici Argenteo reddidimus, leguntur Matth. 6, 24. Ceterum obſervamus lectionem variam *mammonim*, prout ſupra, ſuo loco, annotavimus, cfr. *Jun.* Gloſſ. Goth. p. 244.

c) Editi habent *hairtana*, quod tamen Inculentor reſpuit Codex. conf. Joh. 12, 40.

cc) J. & St. *andſet*: uterque emendavit in Gloſſariis.

d) St. *jah azetizo*; amat vero ſenſut particulam adverſativam, non copulativam.

e) Editi *wruta driuſan*; conſentiunt autem noſtræ lectioni & Codex Mſct & vocis affinitas; noſtratibus quippe *rita*, Angl *to write*, Franc. *rizan*, ASax. *writan*, notat ſcribere: unde porro iisdem, *writere*, ſcriptor, *writing*, ſcriptio, *writing-fethere*, calamus, *writ-ſeax*, ſcalpellum, ſtilus. cfr. *Wachterum* ſub v. *reiſſen*.

f) St. errore typographi, *ſaina*.

g) J. & St. *byſſaum*, & ſic quoque in Gloſſariis. B. ~~vero~~ recte.

h) Male J. & St. *banjo fuls*. Diximus ſupra c. 2, 40. ad vocem *gafullnands*.

i) Editi *ſathnan*. v. quæ obſervavimus c. 6, 25. ad v. *ſadans*.

ib. *bilaigodedun k*) banjos is.
23. gaſaqh *thana l*) abraham fairrathro. jah *lazzaru m*) in barmim is.

Cap. XVII:

3. *idreigo* ſik. *n*) *Jun.* idrejo ſik.
4. *fraletais* imma. J *afletais. o*)
6. jah *andhauſidedi p*) thau izwis.
7. qhas than izwara ſkalk aigands *arjandan aiththau haldandan* *) ſaei *atgaggandin q*) af haithjai quithai ſuns. *hindarleith anuhkumbei. r*)
8. manwei qha *du nahtmatjau. s*)
9. iba *thankth usfairhaitis t*) ſkalka jainamma.
12. *thaih v*) *J.* & *St.* thai.

ib. Lingebant ulcera eius.
23. Vidit Abrahamum procul, & Lazarum in ſinubus eius.

Cap. XVII:

3. Pœnituerit eum.
4. Remitte ei.
6. Et obediret vobis.
7. Quis autem veſtrum ſervum habens arantem aut paſcentem, qui accedenti ab agro dicat ſtatim: præterito diſcumbe.
8. Præpara quid * * * * * *
9. Num gratias reddis ſervo illi.
12. Qui.

14.

---

k) J. & St. *bilaigwodedun;* patet vero corruptum eſſe vel ex affinibus ſuis, nimirum ASax *liccan*, *liccian*, Belg. *lecken*, *licken*, græc λειχειν, Sueth. præpoſito, ut ſæpe fit, ſibilo, *ſlicka*, Lat *lingere*, Fenn. *lakin*, lambo, apud *Juslenium* v. *Jun.* Gloſſ. Goth p. 224.

l) J & St *than*, quod quidem nexus; non vero Codex agnoſcit.

m) Editi *lazaru* & *lazarum*, v paullo ante v. 20. Gothus h l. duplicat elementum z.

n) Sic St & B. ab *idreigon* Matth. 27, 3. pœnitere, unde *idreiga*, pœnitentia, Sueth. *ider*, quo de cfr. Præcl Mag *Anneſtedt* in Obſervat Philolog. Specim I p 16.

o) Utrumque Codici Arg. probatur. v interim verſ. proxime antecedent.

p) J & St *andhauſeidei*, contra regulas Grammat. quod B. more ſuo, probe emendavit.

*) Iidem legunt *ariandam aiththau haldandam*, incommode; jungitur enim præcedenti verbo *aigan* non Dativus, ſed Accuſativus. Marc. 12, 6. Luc. 20, 28. cfr. Specim. Gloſſ Ulph. III. v. *arjan*, & St. in Gloſſar Goth. p. 84 v. *haldan*.

q) Exhibent iidem *quimandim;* foret autem *quimandin*, ſi lectionem J. & St. adoptaremus, ſed veriorem reſtituimus, conſentiente etiam B.

r) Variam formulæ huius diſtinguendæ rationem ſuppeditant editi J. legit *hindarleitha nuh. kumbei.* St. *hindarlei thanuh kumbei.* B *hindar eith anakumbei;* nos autem, adſtipulante *Edw Lye*, veriſimiliorem ſequimur, obiterque obſervamus, quod particula *uh* non raro inter præpoſitionem & verbum interponatur, ut videre eſt infra. c 18, 38 Joh. 7, 32. 11, 4 cfr. Edit. *Benz.* p 264

s) Par eſt ratio huius loci, quem tamen non ſollicitabit, qui meminerit, *nahtmatjis* nomen eſſe cœnam denotans. Occurrit alias *nahtmats*, adeoque inter heteroclita refertur in Diſſ de *nominibus Gothorum* §. 6.

t) J. & St *thank jus fairhaitei.* B *thankth usfairhaitith.* Codex utitur ſecunda perſona, rectene an per errorem amanuenſis? non dicam; etenim opponi poteſt, quod omnes Codices admittant tertiam, exceptis duobus, nimirum Lincolnienſ I. & Cod Coll Nov qui habent χάριν ἔχεις. v Edit. *Millian.* p m 174. Nec felicior, quæ hunc locum explicet, etymologia præſto eſt: novimus quidem *thankth* eſſe Accuſativ. a recto *thankths* Sueth. *tack*, ASax. *dank*, gratia, grates v. *Wacht.* Gloſſ. v. *danken;* quid vero ſibi velit *usfairhaitis*, utrum deſcendat ab *us*, *fair* & *haitan*, quod v. ſupra ad c. 11, 16 atque adeo, ſecundum *Junium*, ex obſoleta quadam ſignificatione promanet: vel aliunde petenda ſit eius origo, non æque liquido conſtat.

v) Sic Codex Mſct & B. uſitatius tamen *thaiei.* Cave interim, cum hac voce confundas illud *thaih*, quod occurrit Luc. 2, 52. notatque *proficiebat*.

14. Ataugeith izvis *gudjam w)*
19. *usſtandands x)* gagg.
20. *fraihans y). J. & St.* fraihands.
ib. *andhof z)* im jah quath.
21. nih *quithand a)* ſai her.
25. faurthis ſkal *manag gathulan. b)*
31. *ni atſteigai dalath c)* niman tho.
33. *ganasjith tho. d)*
34. twai wairthand ana ligra *ſamin. ains usnimada jah anthar bileithada:*
35. *twos* wairthand *malandeins ſamana.* aina usnimada jah anthara bileithada. *e)*
37. ith is *quath im f) tharei g)* leik *jaindre galiſand ſik arans. h)*

Cap XVIII:

4. jah ni wilda *laggai qheilai. *)*
ib. jabai jah *goth i)* ni *og. k)*

14. Oſtendite vos ſacerdotibus.
19. Surgens ito.
20. Interrogatus.
ib. Reſpondebat eis & dicebat.
21. Neque dicent, ecce hic.
25. Prius oportet eum multa pati.
31. Ne deſcendat ſumere illa.
33. Servabit eam.
34. Duo erunt in lecto eodem: unus auferetur & alter relinquetur:
35. Duæ erunt molentes ſimul, una auferetur & altera relinquetur.
37. Sed is dixit eis: ubi cadaver, illic congregant ſe aquilæ.

Cap. XVIII:

4. Et noluit multo tempore.
ib. Etſi Deum non timeo.

w) J. quem miror B. ſecutum eſſe, heic habet *gudjan.* Solus hic St. fideliter textum exhibet.

x) J. *uſtandans.* St. *uſtandands:* utrumque mendoſum.

y) Ita recte vertit ἐπερωτηθεὶς. Deducitur vox a *fraihan*, interrogare, fama accipere, unde noſtrum *fråga*, idem, & *frægd*, fama. v *Stiernh.* Gloſſ in voce.

z) Editi *andhaf;* format vero *andhafjan* præteritum *andhof*, v. Matth. 27, 12. & paſſim.

a) St. *quithands*, dicens, quod huic loco non quadrat.

b) J. & St. *managai thulan;* hanc vero conſtructionem reiiciunt præcepta Grammatices. De voce *thulan* diſſeruimus ad Marc. 9, 19.

c) Deſerunt rurſus Codicem J. & St. legentes *ni quemai dalath;* vocem nihilominus, quam reſtituimus, ambo indicibus afferunt.

d) Legunt iidem *libantaujith*, vivificat, Joh 6, 63. unde etiam illud, obſervante Rev. *Benzelio*, huc transtulere; ſed ingratiis Codicis noſtri, qui habet *ganasjith*, quo de v. antea c. 9, 24.

e) Duobus his verſibus, mutilis & corruptis apud J. & St. medicinam adhibuimus Totum verſum ſequentem, teſte quoque B. deſideramus, eumque nec legiſſe Gothum exinde probabiliter colligi poteſt, quod codices nonnulli eodem deſtituuntur. Supponunt nihilo ſecius J. & St. *twai wairthand*, atque etiam defectus indicia ſubiungunt, quæ tamen, quo loco habenda ſint, ultro quivis animadverterit.

f) *Jun quath du im:* idem eſt; nam *quithan* tam abſolute, quam præpoſitione adiecta, cum Dativo conjungitur.

g) J. & St *tharuh;* horum vero Adverbiorum eadem eſt differentia, ac Lat. *ubi & ibi: tharei auk iſt huzd izwar: tharuh iſt jah hairto izwar*, Matth 6, 21. cfr. Joh 12, 26. 14, 3.

h) Deſunt in editis *jaindre* legimus pro *jaind*, idem, Joh. 11, 8. ut *hidre & hidrei* pro *her*, ὧδε, & qhadre pro *qhad*, ποῦ Adverbia loci Gothica. De voce *arans* cfr Spec. Gloſſar. Ulphil. III.

* J & St. *lagga qheilai*, quod B. codice & ſyntaxi jubente, correxit.

i) St. *guth.* v. Matth. 27, 6. ad v. *gudjans.*

k) Sic J & St iisque aſſentitur Codex Argent. B legit *oga.* Sed vide ſchema conj. ſecundae not. 1. in Fragm. Ulphil. Refer ad *ogan*, timere, unde *agis*, timor, v. ſupra c. 1, 65.

5. ith in thizei *usthriutith l*) mis so widuwo. fraweitha tho. *ibai und andi m*) quimandei *usagljai n*) mis.
8. *bigitai o*) galaubein ana airthai.
14. sik *silban*. J. & St. Silba — —
16. *Thiudangardi*. St. thiudangardo.
25. rathizo allis ist *ulbandau. p*)
ibid. *thairhleithan. thau. q)*
26 *an qhas: r*) *J. & St.* anqhas.
29. *Qvathuh*. St. qvathun.
ib. *brothruns. s*)
30. *managfalth. t*) St. managfalt.
33. *usbliggwandans. v*)
38. *quithands. x*) *St.* quitands.
39. *fauragaggandans. y*) andbitun *ina.***)

Cap. XIX:

1. jah inngaleithands. thairhlaith *iaireikon. z*)

5. Tamen quia molestiam mihi præbet hæc vidua, vindicabo eam, ne extremum veniens obtundat me.
8. Inveniet fidem super terram.
14. Semetipsum.
16. Regnum cœlorum.
25. Facilius utique est camelo.
ib. Transire, quam.
26. Ecquis.
29. Dixit.
ib. Fratres.
30. Multiplicia.
33. Flagellantes.
38. Dicens.
39. Præeuntes increpabant eum.

Cap. XIX

1. Et progressus transibat Jericho.

2.

---

l) Leve est, observo tamen, St. habere *ustriutith*: composita est vox ab *us*, particula intendendi & *thriutan*, molestum esse; unde Fenn. abiecta, more suo, prima consona, *rutistan*, premo, apud *Juslenium*. Consensum linguarum affinium vide apud *Wacht*. in Gloss. sub v. *druss*.

m) J & St. *iba ni in andi*. B recte, cfr. Marc. 13, 27.

n) Editi *usagajai*, quod apud Ulphilam non reperitur; verum substituendo *l* pro *a*, quorum similitudine erratum est, habemus vocem genuinam *usagljai*, ab *us* & *agljan*, persequi, affligere, unde *aglo*, persecutio, afflictio, & *agluba*, pro quo St. *agatba*, mox infra v. 24. cfr. Specim. Gloss. Ulphil. II.

o) Editi *bigintai* v. supra c. 15, 6.

p) St. *ulbandau*; juxta regulas Declinationum, casus rectus *ulbandus* format dativum *ulbandau*, quod, auctore Rev. *Benzelio* in Observat. ad Marc. 10, 25. & sono, & origine convenit cum *Elephante*; sed non insuetum, eandem vocem transire in lingua alia in significationem diversam: Sic *wulfs* Goth. non *vulpes*, sed *lupus*, &c. quibus addenda sunt, quæ observata videmus in Specim. Gloss. Ulph. II. ad vocem *ahaks*. De *ulbandau* vide plura apud *Scherz*. ad *Otfrid*. Euang. Lib. 3. c. 18. v. 19. & *Jun*. in Glossar. Goth. p. 363.

q) Sic editi, &, quod sciam, recte. In codice legimus *thairthleithan*; est autem a *thairh*, per, & *leithan*, Sueth. *lida*, cfr. Matth. 7, 13. St. pro *thau* legit *than*.

r) Divise legimus v. supra c 10, 26

s) Editi *brothrus*; sed ratio construendi requirit accusat. plural. *brothruns*, eumque revera habet Codex. St. paullo ante legit *qhatun* pro *qhathuh*, dixit.

t) Sic, a *manag*, multum & *falth*, quod vide supra c. 8, 8. in *taihuntaihundfalth*. Hinc nostrum *mångfaldig*, Anglos. *mænigfeald*, *mænifeald*; Franc. & Alam. *managfalt*, multiplex. cfr. *Wacht*. in v. *manig*.

v) St. *usblingwandans*, quin & infra c. 20, 10. 11. idem v. supra. c. 1, 64. & ad Marc. 12, 3.

x) J. & B. recte, a *quithan*, dicere.

y) St. *fauragangandans*, eandemque lectionem exhibet paullo supra, v. 36. & infra c. 19, 4. 12. 28, 30. 36. Joh. 11, 7.

**) Editi *imma*: *andbitan* vero postulat casum quartum. v. supra v. 15. Marc. 1, 25. 8, 32. 33. &

z) Ita, v. cap. proxime antecedentis v. 35. J. & St *iaireiko*.

2. *jah ſai guma a)* *namin haitans zakkaius ſah was fauramathleis motarje. b)* jah was *gabigs. c)*

3. unte *wahſtau leitils d)* was.

4. jah *bithragjands faur. e)* *uſtaig f)* ana ſmakkabagm. ei gaſeqhi ina. *unte is and th ta g)* munaida thairhgaggan.

5. inſaiqhands *iup h)* iaiſus gaſaqh ina. jah quath *du imma i)* *zakkaiu k)* ſniumjands dalath *atſteig. l)* himma daga *auk in garda theinamma m)* ſkal ik wiſan.

7. du *frawaurhtis n)* manns.

8. *ſai. halbata o)* aiginis meinis.

10. *jah. p)* St. ah.

12. manna *ſums q)* godakunds gaggida landis *framiman r)* ſis thiudangardja.

2. Et ecce vir nominatus Zacchæus; is præfectus erat publicanorum eratque dives.

3. Quia ſtatura parvus erat.

4. Et præcurrens aſcendit in ficum, ut videret eum, quia per illud (loci) cogitabat transire.

5. Intuitus ſurſum Jeſus, vidit eum, & dixit ei: Zacchæe, feſtinans deſcende, hodie enim in domo tua ero.

7. Ad hominem peccatorem.

8. Ecce dimidium poſſeſſionis meæ.

10. Et.

12. Vir quidam nobilis peregre profectus, adquiſitum ſibi regnum. 14.

---

a) Editi *man & manna.* Retinemus lectionem Cod. Argentei, utpote quæ optimæ eſt notæ. confer *Stiernhielmium* in Gloſſ. Goth. & Archæolog. Teut. inter Collect. Etymol. *Leibnit.* p. 84.

b) Reſtituimus, addicente Codice, & emendavimus ea, quibus editi, vel carent, vel etiam vitium afferunt. *namin haitans* eſt dictio Ulphilæ non infrequens, v. Luc. 16, 20. nec ipſi inſolens *fauramathleis*, inde quippe in caſu obliquo *fauramathlja* v. ad Matth. 9, 34.

c) Editi *gabeigs.* Utrumque probum. v. ſupra c. 14, 12.

d) Editi perperam, *wahſtai leitil*, v. Matth 6, 27. Prior vox affinis eſt noſtro *wæxt*, Angloſ *wæſtm*, Franc. *giuuahſti*, ſtatura, a *wahsjan*, creſcere, Sueth. *wæxa*, &c. v. *Wacht.* in v. *wachſen*: poſterior autem convenit noſtro *liten*, antiq. *litill*, vulgo *liſle*, parvus. v. *Stiernh.* Gloſſar *litil* inſuper Ulphilæ uſurpatur adverbialiter, vel etiam neutro genere, v. Joh. 13, 33. 16, 16 & paſſim.

e) J. & B. *bithragjands faura:* St *bithrangands faura*: neutra lectio accurate eſt edita. Refer *bitragjands* ad *thragjan*, currere, Sueth. *draga*, proficiſci, iter facere, Germ. *tragen*, quod videſis apud *Wacht.* in Gloſſ.

f) Editi *gaſtaig.* Utrumque in uſu; uſitatius tamen *usſteigan*, aſcendere, v. Marc. 3, 13.

g) Suſpicatur Rev. *Benzelius*, ſcriptum fuiſſe *unte iaiſus*, vel, quod mavult, *ieſus and thata* &c lineæ vero obliquæ veſtigium perſpici nequit, nec vox illa usquam integra occurrit. v. Marc. 1, 45.

h) Editi omittunt *iup.* Sueth. *ſeende upp*, item *hæfva ſin ögon upp*, *uzuhhafjan augona iup*, Joh. 11, 41. v. *Jun.* Gloſſ. in voce.

i) J. & St. *du im*, illis, bene, ſi admitteret ſenſus numerum multitudinis; compellat vero Jeſus Zacchæum, ideoque rectius *du imma*

k) J. & St *zakkaie*

l) Sic Codex Mſct. & B. v. infra v. 6. J. & St. *afſteig*, etiam in Gloſſariis; ſed hac voce non utitur interpres noſter.

m) J & St. *and garda theinamma*; foret autem regulariter *and gard theinana*, ſiquidem *and* requirit caſum quartum; ſed accuratiorem reſtituimus lectionem.

n) Rariſſimam hanc particulæ *du* cum genitivo conſtructionem vide ſupra c. 6, 20. a Rev. *Benzelio* ſuppoſitam.

o) J. & St. *ſai. ſa halbata.* Articulus abeſt a Codice Argenteo. immo *ſa* eſt maſc. ſed *halbata* neutrum.

p) Sic J & B recte.

q) St. *ſums*, rectius autem in indice, quem vide.

r) St. *framimans.* Accuratius legunt J. & B.

14. ith baurgjans is fijaidedun ina jah inſandidedun *airu s) afar imma. quithandans. ni wileima thana t) thiudanon ufar unſis:*

15. *jah warth bi the atwandida ſik v) aftra andnimands thiudangardja. jah haihait wopjan du ſis thans ſkalkans thaimei atgaf thata ſilubr x) ei gakunnaidedi qha qharjizuh gawaurhtedi: y)*

16. *quam than ſa frumiſta quithands. fan. ſkatts theins gawaurhta taihun ſkattans.*

17. *jah quath du imma. waila goda ſkalk. unte in aleitilamma waſt triggws. ſijais waldufni habands ufar taihun z) baurgim:*

18. *jah quam anthar quithands fan. ſkatts theins gawaurhta fimf ſkattans:*

19. *quath than jah du thamma. jah thu ſijais ufaro *) fimf baurgim:*

20. *jah ſums**) quam quithands. fan. ſai ſa ſkatts theins thanei habaida galagida ina in fanin. a)*

21. *ohta mis auk tkuk unte manna hardus is nimis thatei ni lagides. jah ſneithis thatei ni ſaiſoſt: b)*

14. At cives eius oderunt eum, & miſerunt legatos poſt eum dicentes: nolumus hunc regnare ſuper nos.

15. Et factum eſt cum rediret, iterum recipiens regnum, & iuſſit vocare ad ſe famulos, quibus dederat argentum, ut cognoſceret quid quisque lucrifecerit.

16. Venit itaque primus, dicens, domine, pecunia tua lucrifecit decem pecunias.

17. Et dixit ei: bene, bone famule, quoniam in minimo fuiſti fidelis, ſis poteſtatem habens ſuper decem urbes.

18. Et venit alter dicens: domine, pecunia tua lucrifecit quinque; pecunias.

19. Dixit itaque etiam illi: tu quoque ſis ſuper quinque urbes.

20. Et quidam venit dicens: domine, ecce, pecunia tua quam habui, poſui eam in linteo:

21. Metuebam quoque te, quia homo ſeverus es, tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti.

22.

s) cfr. Spec. Gloſſ. Ulph. II.

t) B. non habet *thana;* ſed ita tamen legendum coniicit.

v) Edit *Benz.* vitio typographi, omittit *ſik;* ſine pronomine vero vix eo ſenſu occurrit *atwandida.* cfr. Luc. 1, 56. 8, 37.

x) B. *ſilubro;* at Gothus terminationem illam non admittit.

y) Græc. διεπραγματεύσατο: mox infra v. 18. habemus *gawaurhta,* προσειργάσατο, pro quo Edit. *Benz.* errore neſcio ſuone an librarii, *frawaurhta.* Notetur vocis Gothicæ ſignificatio Gloſſographis inobſervata. Refer ad *waurkjan,* quod vide.

z) v. ſupra c. 10, 1. ad v. *ſibuntehund.* B. legit *taihunja,* ſed perperam.

*) Sic Codex noſter, v. Luc. 10, 19. Joh. 11, 38. B. *ufar,* uſitatius.

**) B. legit *anthar,* ceu ſupra v. 17.

a) Codd. græc. habent ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ: ideoque rectius, meo judicio, legendum *thanei habaida galagidana in fanin;* lectionem vero Codicis deſerere noluimus. De voce *fanin* v. *Wacht.* in Gloſſar. Germ. p. 411.

b) *ſaiſoſt,* ſecund. perſon. præterit. reduplicati *ſaiſo,* v. infra v. 22. Marc. 4, 4. Luc. 8, 5. ſed utrobique J. & St. male *ſai ſo;* eſt autem a *ſaian,* de quo ſupra.

22. *jah quath du imma. us muntha thei-namma ſtoja thuk unſelja ſkalk. jah lata wiſſeis c) thatei ik manna hardus im. nimands thatei ni lagida jah ſnei-thands thatei ni ſaiſo.*
23. *jah du qhe ni atlagides thata ſilubr mein du ſkattjam jah quimands mith* wokra *d) galauſidedjau thata:* ***)
24. jah du. &c.
27. *thaiei e)* J. & St. thatei.
30. *gaggats. f)* St. gangaths.
31. jah jabai qhas *inquis g)* fraihnai.
33. *Andbindandam* than im. *gg)* Jun. & St. andbindandan.
35. attauhun thana fulan *iaiſua. h)*
37. dugunnun *alakjo i)* managei.
ib. in allaizo *thoze ſeqhun k)* mahte.
38. *wulthus. l) St* wultus.
42. *thatei. St. thathei. m)*

22. Et dixit ei, ex ore tuo judico te, male famule. Et **** ſciebas quod ego homo ſeverus ſim, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminavi.
23. Et quare non dediſti argentum meum nummulariis, & veniens cum fenore accepiſſem illud?
24. Et. &c.
27. Qui.
30. Ite.
31. Et ſi quis vos interrogaverit.
33. Solventibus itaque illis.
35. Adduxerunt pullum ad Jeſum.
37. Cœpit omnino multitudo.
ib. De omnibus, quas viderant virtutibus.
38. Gloria.
42. Quod.

c) Codd. græc. ᾔδεις, & Huntington. 2. teſte *Millio*, εἰ ᾔδεις. Verſio Vulgata, *ſciebas*. Perſica, idem; quid autem & quomodo legerit Ulphilas, dicant ſagaciores: nos enim non modo originem & cognationem, ſed etiam ſignificatum vocis *lata* fugere, profitemur. Neſcio an huc faciat particula *la* quam heic uſurpat interpres Anglo Saxo. *la lythra theove*, ſcilicet male famule.

d) wokra, Angloſ. *wocer*, Belg. *woeker*, Suet. *ocker*, Germ. *wucher*, &c. proprie denotat *akran*, Marc. 4, 28. fructum terræ; ſiquidem, iudice *Wachtero*, L. c. p. 1931. ab initio maiores noſtri nullam uſuram noſcebant præter eam, quam terra ſemine imprægnata e ſinu ſuo reddebat. Poſtquam vero argentum, ferroque nocentius aurum, illis quoque probari cœpit, priſtinus vocis ſenſus paulatim ad reditus ex ære mutuo prolatus eſt, quod fructibus terræ ſimiles eſſent. Et hoc ſenſu, reliquis extinctis, ſeculum noſtrum unice delectatur, cuius præcipua cura eſt, ex pecunia quæſtum facere.

***) Decem hos verſus, quibus carent editi, ex Codice Argenteo reſtituimus; circa illos vero quid præſtiterit Rev. *Benzelius*, ex collatione nuperæ editionis patebit.

e) Diximus ſupra ad c. 10. v. 30.

f) Emendavimus hanc vocem apud St. antea. Vide adhuc paullo infra, eodem hoc verſu, & 36. pro g geminato, *ng*. J. & B. accuratius.

g) J. *izquis*. St. *izwis*; melius vero *iggquis* vel *igquis*, Matth. 9, 29. Marc. 10, 36. dativ. dualis a Nominat *git*, vos duo. v. Edit. *Benz.* p. 281.

h) St. errore typographi, *iaiſuna*: confer etiam Joh. 11, 24.

i) Editi *allai ſo*; rectius foret *alla ſo* vel *allai thos*. Codex habet *alakjo*, eodem, ni fallor, ſenſu; etiamſi alicubi τῷ *all*, velut ſuperfluum, coniungi videatur. v. *Jun.* in indice, & Specim. Gloſſ. Ulph. II

k) J. & St. *tho geſeqhun*. B. probe correxit; in nota vero huic loco ſubiuncta pro *thoze* legit *thozei*. Nos interim ſequimur lectionem Codicis Argentei. De conſtructione cfr. *Lye Gramm. Goth.* p. LVII

l) Sic v. ſupra c. 9, 26.

m) Vitium librarii.

ib. ith nu *gafulgin n)* ist faura *augam o)* theinaim.

43 thatei quimand dagos *ana thus p)* jah *bigraband q) fijands theinai grabai thuk. jah bistandand r)* thuk. jah biwaibjand thuk *allathro. s)*

45. uswairpan thans frabugjandans *in izai. t)*

46. *quithands. v)* St. quithandans.

47. *auhmistans x) gudjans y)*

48. *managei z)* auk *alakjo hahaida *)* du hausjan imma.

Cap. XX.

1. mith thaim *finistam. a)*

3. *andhafjands. b)* St. andhafjadns.

ib. *fraihna. c)* St fraina.

5. *thahtedun. d)* St. thahdedun.

6. *triggwaba e)* St. tringwaba.

ib. Sed nunc absconditum est ab oculis tuis.

43. Quod venient dies super te, & circumfodient te inimici tui fossa, & circumstabunt te, & circumcingent te undique.

45. Eiicere vendentes in eo.

46. Dicens.

47. Summi Sacerdotes.

48. Multitudo enim omnis pendebat (ab eo) ad audiendum eum.

Cap. XX.

1. Cum senioribus.

3. Respondens.

ib. Interrogabo.

5. Cogitabant.

6. Firmiter.

7.

---

n) J. & St corrupte: *gafialgin.* Ambo autem in Glossariis, *gafilgin* sub vera radice *fulgin*, occultum, unde *fulhsnja*, idem, cuius natales & familiam eleganter sane exhibet *Siernhielmius*, L. c. p. 54.

o) Editi *augom*; at quemadmodum ab *hairto*, *hairtam*, Luc. 5, 22. a *wato*, *watnam*, Matth. 8, 32. sic quoque ab *augo*, *augam*, Matth. 9, 29.

p) Editi *thuk*, recte; quippe cum præpositio *ana* utrumpue casum admittat.

q) Editi iah *barra* - - - - - sed *bigraband* perspicue oritur a *bi*, περὶ, circum, & *graban*, Sueth. *græfwa*, fodere, unde, ex analogia declinationum Substantiv. in recto, *graba* vel *groba*, & hinc accusat. plural. *grobos*, (pro quo St. in Glossar p. 141. ex loco integro, Matth. 8, 20. supposuit *trobos*) Sueth *grop*, *graf*, *grift*, fovea, fossa, sepulcrum. Plura vide apud *Wachter* in Gloss. & v. *graben*. & in *Anal. Ulph* Diss. 1. ad finem. Latium a nostro *grobos* præposita, uti sæpe, *S* litera, *scrobs* fecit, cuius vocis originem alias frustra quæsiveris.

r) Supplevimus versum ex Codice nostro. B. legit *bistandand*, in cuius locum *Edw. Lye* per coniecturam recte substituit *bistandand*, Anglos. *bestodon*. cfr. Edit. *Benz*. p 284. & *Junii* Gloss. in voce.

s) J & St. excludunt vocem *allathro*. qua de v. Specim. Gloss. Ulph. in *aljathro*.

t) *Jun.* omittit *in izai*. St. vero & B. probe restituerunt.

v) Sic J. & B. nec aliter, salvo manente sensu, legi potest. v. Matth. 9, 30.

x) B. rectius legi censent *auhumistans*; vide tamen supra c. 3, 2.

y) J. *judjans*. cfr. Matth. 27, 6.

z) Idem *managai* St. & B. emendate.

*) Editi *allai gahahaida*. Vide quæ nuper diximus ad v. 37. *hahaida*: refer ad *hahan*, Sueth. *hænga*, v. *Jun.* Gloss. in voce *hauh*.

a) St. *finistaim*. cfr. Matth. 27, 3 Marc. 8, 31. Descendit vox a *fineigs*, senex, Luc. 1, 18. ut Lat. *seniores* a *sene*. *sen* & *fin* nostra L. serum notat.

b) Sic v. *Jun.* Gloss p. 58.

c) v. supra ad c. 17. v. 20.

d) cfr. c. 1, 29. & v. *thahta*.

e) Ita J. & B. a *triggws*, quod vide antea c. 16, 10.

7. *wiſſedeina. f)* St. wiſſedeinna.
10. *gebeina.* St. gebena.
ib. *usbliggvandans.* St. usbligguandan.
11. jah anaaiauk ſandjan *antharana g)* ſkalk.
13. ſandja ſunu *meinana h)*
16. quethun than. *nis ſijai.* **)
20. inſandidedum ferjans. thans *us liutein taiknjandans i)* ſik garaihtans wiſan.
22. *Skuldu k)* iſt unſis kaiſara gild giban.
24. ataugeith *mis l)* ſkatt.
26. ſildaleikjandans *andawaurde m)* is.
28. ei nimai brothar *is n)* tho quen.
35. ith *thaiei o)* wairthai ſind jainis aiwis *niutan* jah *usſtaſſais. p)*
36. *aggilum.* St. *angilum. q)*
37. aththan thatei urreiſand dauthans. jah moſes *banwida* *) ana aiqhatundjai. ſwe

7. Neſcirent.
10. darent.
ib. Flagellantes.
11. Et addidit mittere alterum ſervum.
13. Mittam filium meum.
16. Dixerunt autem: abſit.
20. Miſerunt inſidiatores ex dolo oſtenſuros ſe iuſtos eſſe.
22. Oportet nos Cæſari tributum dare?
24. Oſtendite mihi nummum.
26. Mirati reſponſum eius.
28. Ut ducat frater eius uxorem illam.
35. Sed qui digni erunt alterum ævum conſequi, & reſurrectionem.
36. Angelis.
37. Verum quod reſurgent mortui, etiam Moſes indicavit in rubo, ut dicit: Vidi

L 2 qui-

---

f) v. Supra c. 2, 43.

g) J. & St. *antharan*, errore typothetæ, v. c. 16, 13. & Specim. Gloſſ. Ulph.

h) Iidem *meinama*, quod nihili eſt. v. *Hickeſii Gram.* edit. in 4to. p. 26. in marg.

**) Sic Codex Argent. habet, idque per conformationem vocis præcedentis cum ſequentis initio. Exempla ſimilia videbis in *Fragm. Ulph.* ad Rom. 12, 4.

i) Editi *uſanigein taiknjandans*, lectio mendoſa, quam ante nos, elegante coniectura, tollendam iuſſit *Thom. Mareſchallus* in Obſervat. p. 462. Habet vero Ulphilas *us liutein*, caſ. obliquum a recto *liutei*, dolus, Marc. 7, 22. unde *liutans*, hypocritæ, Matth. 6, 16. Angloſ. *lytig*, aſtutus, *lytignes*, aſtutia, cuncta ab Isl. *læta*, Sueth. *lätas*, *läſſa*, Germ. *laſſen*, ſimulare. cfr. *Waehter.* in Gloſſ. Germ. p. 929. & *Jun.* in voce.

k) J. & St. *ſkuld;* ſuffigi autem ſimplex *u*, apud Gothos ad interrogationem atque interdum ad dubitationem innuendam, docet exemplis pluribus *Edw. Lye.* Gram. Goth. p. XLI.

l) J. & St. *mik.* Etſi operæ vix pretium ſit, monemus tamen, verbum *ataugjan* regere dativ. perſonæ & accuſat. rei. Matth. 8, 4. Marc. 1, 44.

m) Sic Gothus; ſcilicet reſponſum Gothice vocatur *andavaurd* & *andavaurdi*, ut obſervatur in Diſſ. de *nominibus* M. *Gothorum* §. 6. Hoc vero genitivus pl. eſt quem regere ſolet verbum *ſildaleckjan.* v. *Lye.* Gramm. p. LIX.

n) Codd. græc. ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, a quibus minime diſſentit Noſter, cui male abiudicant editi pronomen *is*.

o) J. & St. *thatei.* Diximus ad c. 10, 30.

p) Recte Codex Mſct. & B nam præcedens verbum requirit genitiv. non dat. vel ablativ. *usſtaſſai*, ut legunt J. & St. De *niutan* porro obſervamus, quod idem ſit ac noſtrum *njuta*, nanciſci, Isl. *niota*, Angloſ. *notian*, *nyttian* &c. v. *Wacht.* I c. voce *nieſſen*: atque adeo differat a Gothico *nutan* piſcari, & proprie reti capere piſces, unde noſtratibus *nœt*, *not*, rete, Belg. *nette*, Angl. *net*, Alam. *nezze*, Angloſ. *nett*, *nyt*. Isl. *nootur*, &c. v. Edit. *Benz.* p. 121.

q) Hanc librarii incuriam ſæpius notavimus. v. interim c. 1, 64.

*) Ita codex habet, qui alias ſemper *bandwian* ſcriptum habere ſolet.

quithith. *saqh r) fan goth abrahamis. jah goth isakis. jah goth iakobis.*
38. *aththan goth nist dauthaize ak quiwaize. allai auk imma liband.*
39. *andhafjandans than sumai thize bokarje quethun. laisari waila quast.*
40. *uithth n thanaseiths gadaurstedun fraihnan ina niwaihtais.* *)
41. *quath than du im qhaiwa quithand christu s) sunu daweidis wisan.*
42. *jah silba daweid quithith in bokom psalmo. quath fan du fauin meinamma. sit af taihswon meinai.*
43. *unte ik galagja fijands theinans fotubaurd fotiwe theinaize:*
44. *daweid ina fan haitith jah qhaiwa sunus imma ist.*
45. *atgahausjandein than allai managein quath du siponjam seinaim.*
46. *atsaiqhith faura bokarjam thaim wiljandam gaggan in qheitaim t)* *******.

Dominum Deum Abrahami, & Deum Isaaci, & Deum Jacobi:
38. At Deus non est mortuorum, sed viventium; omnes enim illi vivunt.
39. Respondentes autem quidam scribarum dixerunt: magister, bene dixisti.
40. Neque deinceps ausi sunt interrogare eum quidquam.
41. Dixit autem ad illos, quomodo dicunt Christum filium Davidi esse?
42. Et ipse Davidus dicit in libro Psalmorum: dixit Dominus Domino meo: sede a dextra mea;
43. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
44. Davidus eum Dominum vocat, & quomodo filius illi est?
45. Audiente autem omni multitudine, dixit discipulis suis:
46. Cavete a scribis volentibus ambulare in albis * * * * * * *.

---

r) Sic certe interpres noster legit, quo tamen codice auctore nescio, editi habent *saei.*

*) Eadem fere loquendi ratio occurrit Joh 16, 23. De voce, composita ex *ni* & *waiht*, res quævis, confer præfat. specim. Gloss. Ulph. secundo præmissam.

s) Utitur hic Gothus eodem scripturæ compendio, quod observavimus pag 21. ad notissimum illud IS: nimirum XS item XUS, in Nominat. XAUS, in genitiv. XAU, in dativ. & ablativ. XU in accusat. Et hoc nihil aliud esse, quam abbreviaturam a græcis primitus acceptam ostendit *Thom. Mareschallus* in Observat. ad Matth 11. 16.

t) *in qheitaim* scil. *wastjom*, vertimus *in albis vestimentis*, illa quippe magnitudinem quandam, decus & maiestatem olim indicasse, & proinde scribis Judæorum, qui venerationis quidquam accedere suæ dignitati ex vestitu autumarunt, placuisse notum est. Vox insuper eadem, ac Sueth. *hvit*, Anglos. *hvit*, *hvid*, &c. v. *Wacht.* Gloss. in v. *weiss.*

Ceterum, ultima hac decade versuum, quæ ab exemplis impressis abest; jam vero codicis Msti ope, restituta: atque adeo ad finem perducto evangelio Lucæ Gothico; nihil restat nisi, ut more, quem antea sumus secuti, indicemus, quid nobis ex hoc Euangelista demserit invidiosa vetustas Desideramus nimirum cap X. partem quandam versus 30 & sequentes, cap. XI XII. XIII. novemque prima commata capitis XIV. Porro desunt in cap. XVI octo ultimi versus: in cap. XVIII. vers 1. 2. atque particula sequentis. Denique in cap. XX. dimidius versus 46 & 47. totus. Cap. XXI. XXII. XXIII. XXIV.

Evan-

Evangelium Johannis.

Cap. V:

45. ik wrohidedjau izwis *du v*) attin.

46. *ga thau laubidedeith x*) mis.

Cap. VI:

1. *thata. St.* thatha. *y*)

ib. *tibairiade. z*) *J.* & *St.* tiberiade.

9. habaith *fimf* *) hlaibans barizeinans jah *twans* *) fiſkans.

11. jah awiliudonds *gadailida thaim anakumbjandam. a*)

18. *Marei. b*) *J.* & *St.* marein.

22. ni was jainar *alja c*) ain.

27. du libainai *aiweinon. d*)

28. *waurſwa. e*) Editi, waurſtwa.

35. *huggreith.* St. *hungreith f*)

37. thana *gaggandan g*) du mis ni uswairpa ut.

39. * * * * * * * * * *. †)

Cap. V:

45. Ego accuſaverim vos apud Patrem.

46. Credidiſſetis mihi.

Cap. VI:

1. Hoc.

ib. Tiberiadis.

9. Habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces.

11. Et gratias agens diſtribuit diſcumbentibus.

18. Mare.

22. Non erat illic niſi una.

27. In vitam æternam.

28. Opera.

35. Eſuriet.

37. Euntem ad me non eiiciam foras.

39. * * * * * * * * * *.

40.

---

v) Editi *bi*, quod ſenſu idem eſt.

x) J. & St. *jathau galaubidedeith.* Obſervanda autem eſt tmeſis, qua fit, ut *ga* divellatur a ſuo verbo *laubidedeith*, quo de v. Matth. 9, 28.

y) Vitium typographi.

z) Sic. vide quæ, de Gothico more efferendi ɩ græcorum per *ai*, diximus p. 14. 25.

*) Codex noſter priori loco habet E̅, poſteriori B̅, lineolis utrobique ſuperinductis, easdemque notas numerarias adhibent J. & B. St autem ſubſtituit earum valorem; ſed aliquid humani patitur in eo, quod contra regulas grammat. pro accuſat. *twans*, admittat dativ. *twaim*.

a) Ulphilas, ad normam codicis Alexandrini aliorumque, non legit ea, quæ inter διέδωκε & τοῖς ἀνακειμένοις reperiuntur in codicibus quibusdam græcis. cfr. *Mareſchall.* obſervat. p. 463. & *J. Mill.* qui iſta ex aliis Euangeliis adiecta eſſe, auctoribus *Erasm. Seger. Grotio*, annotavit, lib. ſæpius laudato, p. m 212. Hinc vero nob. *Stiernhielmio* orta forſan ſuſpicio, deeſſe quidquam codici argenteo reddendum; atque iccirco lacunam indicavit, quæ tamen h. l. nulla eſt.

b) Conſtructio requirit caſum rectum, non obliquum.

c) J. & St. *usja*, cuius nulla in codice datur auctoritas. Vocis, quam reſtituimus, cognationem vide in ſpecim. Gloſſ. Ulphil.

d) J. & St. *aiweinan*, æternum, quod præcedenti vocabulo genere non convenit. v. infra v. 40. 54.

e) Sic quidem Gothus; ſed errore amanuenſis, qui alibi rectius, & paulo infra: in caſu recto ſing. habet *waurſtw*, opus, Marc. 14, 6. cfr. *Jun.* Gloſſ. in v. *waurkjan.*

f) Diximus ad Luc. 1, 64.

g) St. *thana gaggandin*, quæ Gothice æque inſulſe dicuntur, ac lat. *hunc eunte.* J. & B. recte.

†) Interpretem noſtrum vel codicis, quem ſecutus eſt, vel ſua ſive librarii culpa, ex ſimiliter incipientibus atque deſinentibus verſibus 39 & 40. omiſiſſe hoc comma, ante nos monuere *Jun.* & Rev. *Benzelius*, nec non *Millius* ad hunc locum.

40. thatuh than iſt *wiljan. h)*
48. hlaifs *libainais.* St. *labainais. i)*
51. ik im *hlaifs ſa libanda ſa k)* us himina quumana.
59. *kafarnaum. l)* St. kafarnum.
64. ſaei *galeiweith m)* ina.
67. *jah. n)* *St.* jath.

Cap. VII:

14. ana *midjai dulth usſtaig. o)*
17. thau *iku p)* fram mis ſilbin rodja.
18. hauhitha this ſandjandins *ſik. q)*
22. *bimaitith r)* mannan.
23. *allana s)* mannan hailana gatawida.
24. garaihton *ſtaua t)* ſtojaith.
25. ſumai *thize iairuſaulymeite. v)*
26. *waiht. x)* *St.* waiiht.
ib. *biſunjai. y)* *St.* biſunja.
30. *ni ainshun uslagida. z)*

40. Hæc autem eſt voluntas.
48. Panis vitæ.
51. Ego ſum panis vivens, de cœlo miſſus.
59. Capernaum.
64. Qui prodet eum.
67. Et.

Cap. VII:

14. Medio feſto aſcendit.
17. An ego a me ipſo loquar?
18. Quærit gloriam mittentis ſe.
22. Circumciditis hominem.
23. Totum hominem ſanum feci.
24. Juſtum iudicium iudicate.
25. Quidam Hieroſolymitanorum.
26. Aliquid.
ib. Vere.
30. Nemo iniecit.

---

h) Sic codex Mſct & editi; docet vero *Edw. Lye* vitioſe ſcriptum pro eſſe *wilja*, Matth. *6*, 10. v. edit. *Benz.* p 299.

i) Emendavimus hanc vocem, eodem hoc capite, v. *63*.

k) Editi *hlaifs ſa libandans us* &c. ſimilis eſt conſtructio, ac ſi græce diceres: ἄρτος ὁ ζῶντες; melioris autem notæ noſtram eſſe lectionem, facile quivis viderit. Scilicet *libanda* eſt forma vocis emphatica vel demonſtrativa, ubi *libands* abſoluta.

l) Sic J. & B. adſtipulante codice Mſct.

m) J. & St. recte *galeweith* a *lewjan*, *galewjan*; tradere, prodere, Sueth. *lefwa*, Angl. *to leave*, Germ. *liefern*, Gall. *livrer*, latino Barb. *liberare*, dare, præbere, offerre. v. *Wachterum* in Gloſſ. Germ. p 983. Gothus, ut *e* & *ei* ſæpe alternant, habet *galeiweith*. cfr. edit. *Benz.* p. 302.

n) v. ad Matth. 5, 42.

o) Haud accurate diſtinguunt lectionem ſuam J. & St. quibus ceteroquin cod. Arg. ſuffragatur. B. legit *ana midja dulth usſtarg*. Sed nihil mutandum eſſe, patebit conferenti ſchema VI. declinationum in *Anal. Ulphil.*

p) Editi *ik*: *u* vero adiungit Ulphilas, quod paragogicum vel potius interrogativum eſt.

q) J. & St. *ſis*: antecedens verbum non dativ. ſed accuſativum adſciſcit.

r) St. *bimaith*, tertia perſ. ſing. pro ſecund. plural. eſt autem a *bi*, quod in compoſitis ſæpæ denotat περὶ, circum, & *maitan*, ſcindere, v. Gloſſ. *Jun.* p. 242.

s) J. & St. *allama*, vox nihili.

t) Iidem legunt *ſtawa*, perperam; etenim eſt a *ſtojan* vel *ſtaujan*, iudicare: *ſa ſtaua*, iudex, *ſo ſtaua*, iudicium. cfr. *Jun.* Gloſſ. in voce.

v) St. corruptam. affert lectionem; accuratiorem vero tuentur J. & B.

x) v. Luc. 20, 40.

y) Sic J. & B. a *bi*, ſecundum, & *ſunja*, Sueth. *ſanning*, veritas. *Jun.* l. c. & *Hickes.* in diſſertat. epiſtol. p. 8.

z) Perinde eſt, legimus tamen diviſim, & quoque paullo infra v. 44. apud St. pro *nihainshun*, *ni ainshun*. Porro *Jun.* habet *lagida*. B. utrobique emendate.

33. *leitila qheila a)* mith izwis im.
34. *maguth. b) J.* & *St.* majuth.
35. *ſkuli gaggan. c) St.* shuli gaggan.
41. *ibai thu d)* us galeilaia chriſtus quimith.
50. ſums wiſands *izei. e)*
52. ni urreiſith. *)

Cap. VIII:

19. ni mik kunnuth *nih f)* attan.
23. ik us *thaim g)* iupathro im.
38. *gaſaqh. h) St.* gaſah.
43 *waurd mein. i)*
44. *mannamaurthrja* k) was fram frumiſtja.
48. waila *quitham l)* weis.
55. ni *kunnjau m)* ina.
58. quath *im n)* iaiſus.

Cap. IX:

2. *ſau thau o)* fadrein is.
4. thatei *nimanna p)* mag waurkjan.

33. Paullum tempus vobiscum ſum.
34. Poteſtis.
35. Iturus eſt.
41. Num ex Galilæa Chriſtus veniet?
50. Unus erat eorum.
52. Non oritur.

Cap. VIII:

19. Nec me noſtis neque patrem.
23 Ego ſum ex illis, qui ſupra.
38. Vidi.
43. Verbum meum.
44. Homicida erat ab initio.
48. Bene dicimus nos.
55. Non cognoſcerem eum.
58. Dixit eis Jeſus.

Cap. IX:

2. Hic, an parentes eius?
4. Quando nemo poteſt operari.

6.

---

a) Migrant ulterius J. & St. codicis lectionem, nec non Syntaxeos regulas, legentes *leiteil qheila*, quod B. obſervavit. v. Luc. 18, 4.

b) Sic omnino codex: a *magan*, poſſe.

c) v. Luc. 1, 66. & quæ de *munan* diſſeruimus ſupra ad Luc. 10, 1.

d) St. coniunctim *ibaithus*; rectius J. & B legunt diviſim: malim *ibai thau*; *thu* enim eſt pronomen, lat. *tu*; *thau* vero particula interrogandi.

e) Veram exhibemus lectionem; uſitatiorem autem J. & St. habent; nimirum *ize*: utraque interim proba. cfr. *thizei* pro *thize*, Marc. 14, 69. 70. Luc. 14, 15. 9, 36.

*) Hæc immediate & continente ſerie excipit verſus duodecimus capitis ſequentis, unde liquet Ulphilam cum multis pervetuſtis codicibus, non legiſſe verſ. ſequentem 53. καὶ ἐπορεύθη ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, cfr. *Millius* in obſervat ad hunc locum: neque hiſtoriam mulieris adulteræ, quam priſci recentesque, teſte *Mareſchallo*, ſcrupulis implicarunt Fruſtra igitur ſunt, qui in codice Argenteo aliqua ex parte heic lacunam eſſe finxerunt. v. Edit. *Benz.* p. 312.

f) v. ſupra Luc 14, 35. St. *ni*.

g) St. vitio operarum, *thain*, quod expellimus.

h) Sic, a *ſaiqhan*, *gaſaiqhan*, videre.

i) J. & St. perperam, *waurd meins*; latine enim foret *verbum meus*.

k) Codex Mſct. cum ſimplici *n*, *manamaurthrja*, Sueth. *mannamördare*: a *manna*, homine, & *maurthrjan*, noſtrat. *mörda*, occidere, trucidare, unde *maurthr*, Sueth. *mord*, homicidium: quibus accedunt *morth*, Perſ *mork*, græc. μόρος, lat. *mors* &c. v. *Wacht.* in v. *mord.*

l) St. mendoſe, *quithan*.

m) Editi *kunjau*; eſt autem a *kunnan*, ſcire, noſcere v. ſupra Luc. 2, 17.

n) J. & St *imma*, ei, quod nexus non admittit.

o) Iidem legunt *ſa uththau*; minus recte: de *ſau* pauca monuimus ad Marc. 1, 32. v. infra v. 19. de *thau* autem paulo ante c. 7, 41.

p) Prorſus a vero abeſt St. *meinamma* legens; errorem vero peperit ſimilitudo literarum Gothicarum.

6. thamma *blindin. q)* — 6. Cæco.
9. *ſumaih. r) St.* ſumai. — 9. Quidam.
10. usluknodedun thus *tho s)* augona. — 10. Aperiebantur tibi oculi.
15. *fareiſaieis. t) J. & St.* fareiſaeis. — 15. Phariſæi.
33. ni *mahtedi v)* taujan niwaiht. — 33. Non poſſet facere quidquam.
34. *thu. x) St.* tu. — 34. Tu.
35. thu *galaubeis y)* du ſunau goths. — 35. Credis tu in filium Dei?
41. ith nu *quithith. z)* — 41. Sed nunc dicitis.

Cap. X:

1. thairh *daur.* St. *dauk. a)* — 1. Per ianuam.
3. tho lamba *ſtibnai b)* is hausjand. — 3. Oves vocem eius audiunt.
7. ik *im. c) Jun.* am. — 7. Ego ſum.
9. *ingaggah.* St. *ingaggith.* d) — 9. Introit.
11. ſaiwala ſeina lagjith *faur e)* lamba. — 11. Animam ſuam ponit pro ovibus.
14. jah *kunnun f)* mik tho meina. — 14. Et norunt me meæ.
18. ni qhashun nimith tho af mis ſilbin. *) — 18. Nec quisquam aufert eam me ipſo.
ib. tho anabuſn nam *at g)* attin meinamma. — ib. Hoc mandatum accepi a patre meo.
23. jah qharboda iaiſus in alh in *ubizwai h)* ſaulaumonis. — 23. Et ambulabat Jeſus in templo, in porticu Salomonis.

27.

q) J. & St. *thamma blindis*, quæ, codice & grammatica iubentibus, expunximus.
r) v. ſupra eodem hoc verſu: item c. 7, 12. 44. & paſſim.
s) Editi non habent articulum, quem etiam primum omiſiſſe videtur Gothus; deinde autem ſupra lineam adhibuit, atque iccirco nos eum ſuo iure in contextu reponimus.
t) cfr. Luc. 5, 21.
v) St. *mathedi*, errore librarii. Conferantur indices in v. *magan*, poſſe.
x) v. ſupra c. 8, 41.
y) cfr. ad Matth. 9, 28. St. paullo infra c. 10, 42. pro *galaubidedun* habet *galaubitedun*.
z) Sic editi recte. Amanuenſis forte ex improviſo duplicavit ſyllabam priorem.
a) Idem vitii obſerves verſu ſequenti apud St. emendavit autem in indice.
b) J. & St. *ſtibna*; eſt vero verbi *hausjan* frequentior conſtructio cum caſu tertio: vide interim Luc. 2, 20. 47. 15, 25. 16, 2. De *ſtibna* porro conſule *Wachterum* in Gloſſar. Germ. & v. *ſtimm*.
c) Angli dicunt *y am*, idem, idque ſine dubio typothetam *Junii* in errorem induxit.
d) Diximus Matth. 7, 13. ad v. *inngaleithandans*.
e) J. & St. *faura*, ἀπὸ, πρὸ, ἔμπροσθεν, ἐνώπιον, & ita etiam infra v. 15. Codex & B. utrobique rectius *faur*, ὑπὲρ. v. edit. *Lenz* pag. 329.
f) Iidem male *kunnon* v. ſupra c. 8, 55.
*) Genuinam codicis argentei lectionem exhibemus, eam vero in ſe & ſuo nexu conſideratam mutilam eſſe, ante nos obſervarunt Rev. *Benzelius*, *Thom. Mareſchallus*, nec non *Millius*, l. c. p. m. 217.
g) Sic recte v. Marc. 15, 45. editi habent *bi*.
h) Codex noſter & exempla impreſſa amice conſpirant ad hanc vocem conſervandam, quæ, neſcio cuius intempeſtiva ſollertia vitiata, ab non nullis legitur *ubizali*, atque idem notare exiſtimatur ac *Upſalia*; cadet autem hæc ipſa corruptio ſub oculos codicem inſpecturi eo citius, quo maior eſt differentia Gothicam vetuſtam inter & recentiorem picturam; quoque luculentiora veſtigia antiquiorum literarum, quæ audacula manus delere nequiit, adhuc ſuperſunt. Fidem dictis faciet, quicunque librum ipſum oculis uſurpare voluerit: conferatur inſuper *Wachter*. Gloſſ. Germ. in v. *Upſal*. Ceteroquin, quid vocis ſit *ubizwai*, ignorant Gloſſographi.

27. Stibnai *meinai.* B. meina.
32. andhof *im i)* iaifus.
35. du *thaimei* k) waurd goths warth.
38. *uf*kunnaith. *l)* St. uskunnaith.
40. *tharei. m)* St. thatei.
ib. *jainar. n)* St. jainak.

Cap. XI:

1. *fwiftrs. o)* St. fwifttrs.
2. falboda *fan p)* balfana.
6. thanuh *than q)* falida.
8. quethun du imma *thai r)* fiponjos.
18. *iairufaulymiam. s)*
21. ni thau *gadauthnodedi. t)*
24. in thamma *fpedistan v)* daga.
25. *thauhgaba. x)* editi, thauhjaba.
33. mith izai *gretandans. y)*
45. managai thize *judaie. z)*
46. *fumaith than* ize. *)

27. Vocem meam.
32. Refpondit illis Jefus.
35. Ad quos verbum Dei factum erat.
38. Cognofcatis.
40. Ubi.
ib. Illic.

Cap. XI:

1. Sororis.
2. Unxerat Dominum balfamo.
6. Tunc quidem manfit.
8. Dixerunt ei difcipuli.
18. Hierofolymam.
21. Non mortuus fuiffet.
24. In noviffimo die.
25. Etiamfi.
33. Cum illa flentes.
45. Multi Judæorum.
46. Quidam autem eorum.

Cap.

---

i) Editi *him*, quod ufurpant Anglofaxones, ut hoc loco. *Se hollend andfuarodehim.* Salvator refpondit eis Recurrit idem illud *him*, eademque medela indiget cap. 16, 31.

k) J. & St. vitio operarum, *thammei.*

l) Sic bene, perinde tamen eft; nam *uskunnan* eadem gaudet fignificatione, in *uskunth*, quod vide in Gloff. *Jun.* p. 374.

m) Recte J. & B. *thatei* denotat *quod.*

n) Idem eft ac *jaindre.* v. fupra Luc. 17, 37.

o) Ita, a cafu recto *fwiftar*, germ. *Schwefter*, Sueth. *fyfter*, foror.

p) Editi *fanin*; fed antecedenti verbo iungitur cafus quartus, id quod a *Junio* obfervatum videbis in Gloffar. fub v. *falbon.*

q) St. *thans*, τοὺς. *than* autem eft Adverbium, fignificat quantum poteft, ὅτε, τότε, ἤ, ἐὰν, &c.

r) Sic codex Mfct. J. & B. articulum vero omittit St. perperam.

s) J. & St. vitio librariorum, *iairufaulmiam.*

t) St. *gadauthnodedei*, reclamante terminatione, qua erit 3 perf. præt. paffiv. Subiunct. ut: *faftnodedi*, *falbnodedi*, *dailnodedi* &c. a *dauthnan*, Sueth. *dö*, mori.

v) Sic legitur in Codice Argenteo & editis; fed regulariter foret *fpediftin*, v Joh. 6, 40. 44.

x) Ita quidem; annon vero a *thau*, Luc. 20, 4. & *jabai*, fi? nam *g* & *j* alternant, ut: *jau* Joh. 7, 48, & *gau* Marc. 8, 23. &c. Ceterum obferves St. eodem hoc verfu habere *jak* pro *jah.*

y) Editi *greitandans*, quod non repudiamus; etenim paulo antea legimus *greitandei*, a *gretan* vel *greitan*, Sueth. *gråta*, flere. v. *Jun.* in indice.

z) St. *iudaie*, ut infra c. 12, 11. *iudaiei*, pro *iudaieis*: porro, eodem capite v. 4. *iudas* pro *judas*, cfr. c. 13, 26. omnia tamen bene fe habent ex molliori pronuntiatione elementi *j.* v. Edit. *Benz.* p. 339.

*) Sic Codex et B. ufitatiorem vero lectionem exhibent J. et St. *fumaih than;* occurrunt enim et *fumai* cap. fequent. v. 20. et *fumaih*, faepiffime. cfr. J. et St. in Gloffar. et voce *fums.* conf. Fragm. Ulph. ad Rom. 12, 4. in not.

Cap. XII.

3. nam pund balſanis *nardaus piſtikeinis filugalaubis. a)*
4. *galewjan. b)* St. gelewjan.
8. *ith c)* thans unledans ſinteino habaith.
9. *urraiſida. d)* J. & St. urreiſida.
13. thiuthida ſa *qimanda. e)*
24. kaurno *qhaiteis. f)*
26. jah gabai qhas *mis g)* andbahtith.
31. ſa reiks this *fairqhaus. h)*
34. *qhas i)* iſt ſa ſunus manns.
36. Jah *galaith.* B. galith. —' —'
45. ſaiqhith thana *ſandjandan k)* mik.
46. in riquiza ni *wiſai. l)*
47. jah jabai qhas meinaim hausjai waurdam. *jah galaubjai. m)* ik ni ſtoja ina, nih than quam ei ſtojau *manaſed. n)*
48. Habaith *thana* ſtojandan ſik. St. thara--

Cap. XIII.

3. jus wopeid mik *laiſareis. o)*
26. iudin *ſeimanis ſkariotau. p)*

Cap. XII.

3. Sumſit libram balſami nardi piſticæ pretioſæ.
4. Prodere.
8. Nam pauperes ſemper habetis.
9. Suſcitaverat.
13. Benedictus veniens.
24. Granum tritici.
26. Et ſi quis mihi miniſtrat.
31. Princeps huius mundi:
34. Quis eſt filius hominis?
36. Et abiit.
45. Videt mittentem me.
46. In tenebris non maneat.
47. Et ſi quis mea audiat verba, & credat, ego non iudico eum; non enim veni, ut iudicem mundum.
48. Habet iudicantem ſe.

Cap. XIII.

15. Vos me vocatis: Magiſter.
26. Judæ Simonis Iſcariotæ.

29.

---

a) J. et St *nardans.* Lectionem explicuit cel. Dom. *Præſes* in Præfat.
b) v. ſupra c. 6, 64.
c) Particulam nullo ſuo merito extrudit J. reſtituerunt autem St. et B.
d) v. Joh. 6, 18. cfr. *Jun.* Gloſſ. Goth. in *urraisjan* & *urreiſan*, Sueth *uppreſſa.*
e) J & St. *quimands:* utrumque in uſu. v. ſupra c. 6, 51.
f) Rectius, auctore rev. *Benzelio* foret *qhaiteins;* nam quarta Declinat. Feminorum in genetiv. ſing. terminatur in *eins*, non in *eis.* Vide interim, quæ ſupra diſſeruimus de voce *audbatheis,* Luc 1, 23.
g) J. & St. *mik;* conſtrui autem *andbahtjan* non niſi cum dativo, docemur eodem verſu, & alibi paſſim.
h) St. *faurqhaus:* accuratius J & B *fairqhaus*, a recto *fairqhus*, mundus, quo de vide, quod pro ſua eruditione docet *Jun* in Gloſſ. & v. *fagr.*
i) J. & St. *qha*, quid, ſenſu ne quidem admittente pronomen neutr. generis.
k) Iidem perperam legunt *ſandjandin*, mittenti: eundemque errorem obſervamus infra c. 15, 21.
l) *Jun. wizaj;* eſt vero a *wiſan*, eſſe.
m) Codices græci habent καὶ ἐάν τις μου ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων καὶ NB μὴ πιστεύσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν. Ulphilas vero aut non legit μὴ, aut incuria amanuenſis caret particula negativa; etenim ingratiis Codicis Mſcrt legitur in editis. Utrum vero hic defectus ſenſui aliqua ratione officiat, nec ne, id equidem illis, quorum intereſt, iudicandum relinquo.
n) Sic editi, recte. Gothus geminavit ſyllabam penultimam. De voce diximus ad Luc. 9, 13.
o) Codex noſter rurſus, errore librarii, *laiſareiſſareis.* Editi emendate.
p) Sic Gothus, adſtipulante Codice *Bezæ* vetuſtiſſimo, cui pro ἰσκαριώτης eſt σκαριώτης, Lat *ſcariotes*, & Angloſ. *ſcarioth,* cfr. *Th. Mareſchal.* Obſerv. p. 471. Ulphilas interim & *iſkariotes* admittit. v. c. 12, 14. 14, 24.

29. bugei thizei *thaurbeima. q*)
37. du qhe ni mag thuk laiſtjan *nu. r*)

Cap. XIV.

1. *gotha. s*) St. gtoha.
8. *filippus. t*) St. Philippus.
11. *ith jabai. in thize waurſtwe ni galaubeith v*) *mis.*
19. *ſaiqhith. x*) J. ſaijith.
20. *ufkunnaith. y*) St. ufkannaith.
21. *habaid. z*) J. & St. habaith.
ib. *gabairthja.* B. gabairtha.
24. ſaei ni *frioth a*) mik.
29. *izwis. b*) St. izis.

Cap. XV.

4. ſwah *nih c*) jus.
5. *ſwa d*) bairith akran manag.
9. ſwa ſwe *frijoda e*) mik atta. *ſwah f*) frijoda ik izwis.
11. *faheths.* St. *faheds. g*)
13. *faur h*) frijonds ſeinans.
16. ei *thataqhahthei bidjaith i*) attan.

29. Eme, quo indigemus.
37. Cur non poſſum ſequi te nunc?

Cap. XIV.

1. Deum.
8. Philippus.
11. At vero propter opera, nonne creditis mihi?
19. Videbitis.
20. Cognoſcetis.
21. Tenet.
ib. manifeſtabo.
24. Qui non amant me.
29. Vobis.

Cap. XV.

4. Ita nec vos.
5. Sic fert fructum multum.
9. Sicut dilexit me pater; ſic ego dilexi vos.
11. Gaudium.
13. Pro amicis ſuis.
16. Ut quodcunque rogaveritis patrem.

q) J. & St. regulis Grammat. non addicentibus, *thaurbeimai.* De voce v. ſupra Luc. 9, 11.
r) St. particulam *nu* exceſſe iubet; legunt vero J. & B. recte.
s) v. ad Matth. 27, 6.
t) Sic J. & B. ſuffragante Codice Mſcrt.
v) *Jun* legit *ith jabai ni. in thize waurſtwe galaubeith*, ordine eodem, quem Codd. graeci nunc obſervant; ſenſus tamen ſalvus manet. v. Edit. *Benz.* p. 355.
x) St. & B. ita, a *ſaiqhan*, videre.
y) A *kunnan*, ſcire, noſcere.
z) Diximus ad Luc. 1, 32. & v. *gibid.*
a) St. errore typothetae, *frjioth*, J. autem *frijoth*, recte: nam Codex habet & *frijon*, & *frion*, v. Marc. 12, 30. ſicut quoque verbum contrariae ſignificationis *fijan* & *fian*, odiſſe. v. Edit. *Benz.* p. 357.
b) Haec ſcriptura ubique ſibi conſtat.
c) J. & St. *ni* v, antea Luc 14 35.
d) Editi *ſa*, & Codd. graeci: ὄυτος, quod omnino rectius. Reſtituimus nihilo minus lectionem Cod. Argentei.
e) J & B. *frijode*, contra regulas; nam 3. perſ. praeterit. ind. activ terminatur conſtanter in *a* non *e*.
f) *h* finale abiiciunt J. & St utrumque in uſu.
g) St. etiam paulo infra, c 16, 24. legit *faheds.* J & B. utrobique Codici adſtipulantur. v. quae dicta ſunt ad Marc. 4, 16.
h) J. et St. *faura.* v. ſupra c. 10, 11.
i) St. *thata qhathei bidjath.* J. & B. duas voces priores coniungunt, eadem ratione, ac Latini ſuum *quodcunque*, cui etiam reſpondent Gothica, v. infra c. 16, 23. *thisqhatheih.* Porro, pro *bidjath* legendum eſt *bidjaith*, iuxta formam *liſaith*, *quithaith*, *gibaith*, &c. v. Matth 6, 5. 25.

21. *Sandandan. ii)*
25. *thata k) gamelido l)* in witoda ize. ei ſijaidedun mik *arwjo. m)*
26. *ſa n)* weitwodeith bi mik.

Cap. XVI.

7. *parakletus o)* ni quimith at izwis. aththan *jabai p)* gagga.
28. *atiddja. q)* St. attiddja.
29. jah *gajukono r)* niainohun quithis.
33. ik gaijukaida *thana fairqhu. s)*

Cap. XVII.

14. jah *ſo t)* manaſeths ſijaida ins.
22. ſwa ſwe wit ain *ſijum. v)*

Cap. XVIII.

2. iudas. ſa *galewjans x)* ina.
8. Letid thans gaggan. St. gaggam.
9. thanzei *atgaf y)* mis.
15. jah *mithinngalauth z)* mith iaiſua.
16. jah attauh inn *paitru. a)*
18. *ſtandands.* St. *ſtandans. b)*

21. Mittentem.
25. Quod ſcriptum eſt in lege eorum: oderunt me temere.
26. Ille teſtabitur de me.

Cap. XVI.

7. Paracletus non veniet ad vos; ſed ſi abiero.
28. Ingreſſus ſum.
29. Et parabolam nullam dicis.
33. Ego ſubiugavi mundum.

Cap. XVII.

14. Et mundus odio habebat eos.
22. Sicut nos duo unum ſumus.

Cap. XVIII.

2. Judas, qui prodidit eum.
8. Sinite illos ire.
9. Quos dediſti mihi.
15. Et ſimul introiverat cum Jeſu.
16. Et introduxit Petrum.
18. Stans. 22.

---

ii) J. & St. habent *ſandandin*, quod utpote codici & linguae adverſum, emendat. B. cfr. ſupra cap. 12, 45.

k) St. *thatha*, mendum typographi.

l) *Jun. melido*; ſed praefixum *ga* h. l. adeſſe iubet codex noſter, qui tamen promiſcue utitur *meljan* & *gameljan*, ſcribere. Hinc Sueth. *măla*, pingere, Germ. *malen*. cfr. *Jun.* Gloſſ. Goth. p. 252.

m) Editi *arujo*. v. Specim. Gloſſ. Ulph. III.

n) St. *ſai*, quod notat ecce; *ſa* autem eſt articulus praepoſitivus, ceu ſaepius iam monuimus.

o) Sic, non *paracletus*, ut St. nam elementum *c* ignorarunt Gothi exteri.

p) *Jun. gabai* St. & B emendate.

q) Eſt ab *at* & *iddja*, v. ſupra, Luc. 5, 28.

r) J et St. *gajukno* Legitur Luc. 8, 9. *gajuko*, ſimilitudo, a *gajuk*, iugum, ob duorum ſimilium convenientiam et coniunctionem; huic autem vocis ſignificationi non niſi ex Ulphila auctoritatem dare poſſumus. cfr. *Wacht* Gloſſ. Germ in v. *joch*.

s) J. et St. perperam *thana fairqhau*; eſt enim *thana* articulus caſus quarti, *fairqhau* vero tertii. B. recte.

t) St. *ſa*, errore librarii. Ceterum obſervo J. et St. paulo infra v. 18. legere *manaſeth* pro *manaſed*; utrumque autem uſu valuiſſe, annotavimus antea Luc. 9, 13.

v) Editi ita. Amanuenſis neglexit literam ultimam, et quoque lineolam transverſam eius vicariam.

x) Editi non admittunt *ga* in *galewjands*, idque etiam primum omiſiſſe videtur Gothus deinde vero eadem vetuſta manu ſuperadditum eſt v. c. 6, 64.

y) Editi, ex analogia tertiæ conjug. rectius, *atgaft*; ut: *quam*, *quamt*, *ſagh*, *ſaght*, &c. cfr. *Edw. Lye* in Gram. Goth p XLVIII. & Diſſ. de verbis mœſog. ſuo loco.

z) St *mithiggalaith*. Vox decompoſita eſt a *mith*, *inn* & *galeithan*, quo de v. ad Matth. 7, 13.

a) J. & St. *paitrus*: præcedens verbum *attiuhan* regit accuſativ. *paitru*: ceteroquin obſervo, Codicem Mſcrt pro *paitrus* habere *prus*, verſu proxime antecedenti: quin etiam St. legere *paitraus* pro *paitrus*, v. 25

b) Idem vitii occurrit apud St. paulo infra v. 22.

22. ith *thata c)* quithandin imma. — 22. Hoc autem dicente illo.
ib. *swau d)* andhafjis thamma reikistin gudjin. — ib. Siccine respondebis summo sacerdoti?
24. insandida ina annas *gabundanana. e)* — 24. Miserat eum Annas vinctum.
26. niu thuk saqh *ik f)* in aurtigarda. — 26. Nonne ego te vidi in horto.
35. *waitei g)* ik iudaius im. — 35. Num ego Judæus sum?
38. jah *quath im. h)* — 38. Et dixit eis.
40. *sah i)* than was sa barraba. — 40. Hic autem erat Barrabas.

Cap. XIX. — Cap. XIX.

6. ik *fairina k)* in imma ni bigita. — 6. Ego culpam in eo non invenio.
7. *witoth. l)* St withoth. — 7. Legem.
10. waldufni aih fraletan *thuk. m)* — 10. Potestatem habeam dimittendi te.
11. maizein frawaurht *habaid. n)* — 11. Maius peccatum habet.
12. *saqhahzuh. o)* Editi, saqhazuh. — 12. Quicumque.

---

c) J. & St. *thana*, τὸν, τοῦτον; *thata*, τὰ, ταῦτα, quorum non illud, sed hoc, locum heic invenire debet.

d) Editi *swah*. Malim cum Cod Argenteo, *swau;* nam simplex *u* interrogat, ut supra suis locis observavimus.

e) Ad eandem formam ac *faurquithanana* Luc. 14, 18. 19. J. & St. legunt *gabundana. bindan*, *gabindan*, Sueth. *binda*, vincere, ligare.

f) St. præterit pronomen *ik*, quod ex codice restituimus, assentientibus J. & B.

g) St habet *waite;* rectius autem in Glossario, *waitei*, particula interrogandi, sicut *ibaiei* c. 7, 31.

h) J. & St. *quath du im:* utrumque in usu, v. Luc 17, 37.

i) Sic cum aspiratione, quam St. omittit. *sa*, ὁ, *sah*, αὐτος οὗτος, plerumque.

k) Editi *fairino*, ut supra v. 4. cfr. interim Matth. 5, 32. Vocis explicandæ otium mihi fecere J. & St in Glossariis.

l) Ita J. & B. v Luc 10, 25 ad v. *witodafasteis*.


m) St. *thu*, quod h. l. reiicimus.

n) Editi *habaith*. Diximus antea Luc 1, 32.

o) Utraque lectio proba; editorum vero usitatior est. cfr. *Jun* Gloss. v. *sa*.

Paucula, quæ subsequuntur, bene se habent in editis; eorum vero damnum, quæ in Euangelio Johannis deperiere, ut in ceteris, cuiquam sarcire non licebit. Desunt autem heic plurima, cap. videlicet I. II. III. IV. & V. ad versum usque 45. In cap. XI. a versu 47 non integro, ad finem, & dimidia pars versus primi cap. sequentis, cuius etiam desiderantur ultima verba v. 49. & 50. totus. In cap. XIII. undecim fere prima commata In cap XIX. 30. ultimi versus, & denique cap. XX. & XXI.

Atque hæc quidem sunt, quæ, ad illustrandum Codicem Argenteum, duximus notatu digniora, in sinu nobis gratulaturi, si quidquam Benevolo Lectori haud omnino ingratum a nobis præstitum intellexerimus; sin autem minus, dabitur hoc saltem nobis, rem arduam esse, ut verbis utar C. Plinii secundi, vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam, & naturae sua omnia: itaque etiam non assecutis, voluisse satis esse. Tantum.



INDEX

INDEX
vocum, quas vel restituimus, vel emendavimus.

Observet B. L. allata heic legi nomina, quatenus per analogiam Grammaticam fieri licuit, in casu recto; Verba autem in præsent. tempore Infinitivi, atque asterisco Codici Argent. restitutas voces notari: addito singulis numero vulgari paginam significante.

Frai-

*Pugg,

FRAG-

FRAGMENTA
VERSIONIS ULPHILANÆ,

CONTINENTIA

PARTICULAS ALIQUOT EPISTOLÆ PAULI
AD ROMANOS,

HAUD PRIDEM EX CODICE RESCRIPTO BIBLIOTHECÆ GUELFERBYTANÆ ERUTA, ET A FRANCISCO ANTONIO KNITTEL, ARCHIDIACONO, EDITA, NUNC CUM ALIQUOT ANNOTATIONIBUS TYPIS REDDITA.

PRÆFATIO.

Jam diu eſt, quod orbis eruditus ſperare deſtitit, fore, ut verſionis veteris Gothicæ, ab *Ulphila* Epiſcopo in uſum popularium confectæ, aliquid reperiretur, præter id, quod continet Codex Argenteus, in Bibliotheca Upſalienſi ſervatus: etiamſi certum ſit, recentioribus ſeculis, immo poſt renatas litteras, unum aut forte alterum illius exemplum ſuperfuiſſe.

Nam ut nihil de *Walafrido* dicam, qui in libro de *Rebus Eccleſiaſticis*, Cap. 7. commemorat, ſuo ævo adhuc monumenta extitiſſe huius metaphraſeos; ex *Philippo Marnixio* tradit *Jacobus Uſſerius*, Armachanus Archi Epiſcopus, in epiſtola ad *Fr. Junium* data, & ſubiuncta alphabeto eius Gothieo, in Bibliotheca Comitis *Hermanni Newenarii* extitiſſe codicem Gothicum, *aureis argenteisque litteris in papyro exaratum*, & univerſum novum Teſtamentum complectentem. Auctor libelli, *de litteris & lingva Getarum*, curante *Bonav. Vulcanio*, Lugduni Bat. 1597. impreſſi, ſalutationem angelicam, Luc. 1, 28. & 49. orationem dominicam, Canticum Mariæ & Simeonis, Gothicis litteris, ligno inciſis, edidit. Is vero alio, quam, qui Werdinenſis olim cænobii erat, nunc noſtræ bibliothecæ præcipuum cimelium eſt, uſus fuiſſe videtur verſionis Gothicæ exemplo, id quod vel ideo annotare iuvat, quod aliter ſenſiſſe video præter admirandæ eruditionis virum, modo laudatum *Uſſerium*, editorem citati libelli, & quos vidi eruditorum omnes. Sed qui cum his, quas publici iuris fecit *Vulcanius*, particulis codicem noſtrum contulerit, manifeſta deprehendet diſcriminis documenta. Nam præter quam quod littera illa H, quam ſe inveniſſe dicit Marc. 14, 51. in voce *grHpun*, in noſtro codice, ubi manifeſte *gripun* extat, reperiunda non ſit, uti recte monuit eruditiſſimus *Junius*, adſunt etiam alia non minus evidentia huius rei indicia. Scilicet video, in auctoris huius codice Matth. 6, 12. *thai* lineolam ſuperimpoſitam habere, abſentis litteræ *m* indicem, quam tamen vocem plene pictam vides in codice noſtro. Adſunt etiam non paucæ diverſitates aliæ, quas nec caſui nec oſcitantiæ amanuenſis tribuas, uti dum Luc. 1, 50. *theim* loco *thaim* comparet, & v. 53 *gaſotida* per *T*, quum tamen requireretur iſta littera, quæ græcorum ϑ æquivalet, *gaſothida*. Hæ ſcilicet diverſitates tales ſunt, ut non niſi ſemiperito, ut ita loquar, exſcriptori tribui poſſint, quum qui linguæ penitus ignarus ſit, qvalis utique ille fuit, cuius opera uſus eſt *Bonaventura*, preſſe πρωτοτύπῳ veſtigia ſequi, neceſſum habeat *). Hoc itaque exemplum, niſi forte idem fuit, quod in bibliotheca *Newenariana* alias aſſervabatur, tertium fuit, cuius ad nos notitia pervenerit. Quo inſpera-

*) Singulare eſt, nec prætereundum, in excerptis *Vulcanii*, Matth. 6, 13. *Mahts* ita ſcribi, ut *ht* unam literam conſtituat, idemque ſcriptionis compendium in Codice Argenteo hoc loco, eoque, quantum ſcio, unico reperiri. Diceres, aut utrumque exemplum ab eodem librario fuiſſe pictum, aut unum ab altero exſcriptum: cur autem noſtri codicis ſcriptor illud pingendi compendium uſurpaverit, evidens eſt quum ſcilicet evitare vellet, ne longior ſyllaba extra marginem, quem iam exceſſit, nimium evagaretur.

ſperatam magis, eo proinde ſolidiorem apud eruditos gratiam iniit vir reverendus & Guelferbytanorum Archidiaconus, Dom. *Franciſcus Antonius Knittel*, qui e diuturnis tenebris protraxit nonnulla huius verſionis fragmenta, continentia aliquot pericopas epiſtolæ *Pauli* ad Romanos. Delituerant illa diu in Bibliotheca Guelpherbytana, ſeu quia ſic in fatis erat, ſive quod nemini, qui hæc ſtudia fovebat, ſatis ad hanc provinciam ornandam otii erat. Vir vero modo laudatus noſtris votis ultro obviam ivit, ſpartamqne, non uno nomine oneroſam, in ſe ſuſcepit. Nam uti Gothicæ litteraturæ expers erat, & codex non ſolum canæ vetuſtatis, ſed & reſcriptus, (hoc eſt, cui, ut chartæ compendium faceret librarius, recentius aliud ſcriptum illeverat) ita cum lingua & fugientibus litteris ſimul certamen habuit. Id vero in laudem auctoris publice prædicabo, maiorem, quam ſperari poterat, induſtriam eum adhibuiſſe, ita ut contextum verborum feliciter extricaverit, ſi a nonnullis locis diſceſſeris, quæ ulteriori indagine mihi indigere viſa ſunt. Ea autem ne lectorem, horum ſtudiorum non incurioſum, præterirent, & ſimul ut lucem aliquam pretioſo huic fragmento adderem, ſuaſu amicorum meorum, qui hoc a me efflagitarunt, eruditorum examini ulteriori hæc qualiacunque ſubdere, cum animo meo conſtitui: non quod pulcrum duxi, quamplurimos in *Knittelii* labore nævos invenire, ſed quia nonnihil mihi viſus eram animadvertiſſe, quod lucem linguæ huic, plurium iam vigentium non inficiandæ matri, affundere poſſent. Inſuper noſtri orbis eruditis ingratum non fore arbitrabar, ſi, qui Codicem Argenteum manibus terunt, hanc tanquam mantiſſam ipſi adiungere queant, demtis illis, quæ in editione *Knitteliana* a Gothica literatura aliena ſunt. Faciam vero id ea modeſtia, quæ me decet, & lenitate maiori, quam illius erga nil tale exſpectantem inelegantes conatus promeriti ſunt. Parum enim aberat, quin indignarer, ubi in præfatione *Knitteliana* relatum legi, me, neſcio quas, inſidias ſtruxiſſe, ut hoc palladium ipſi auferrem, immo, ut verbis eius utar, *prædarer ex periclitato eius apographo*. Ignoro ſane, quorſum hæc valeant, aut qua ratione viro bono, & non omnium imprudentiſſimo, in animum venire potuiſſet, alieno labore ita frui velle, ut ſua crimina erudito orbi ultro mox eſſet proditurus. Immo vero, ut candide & latine loquar, eratne quidpiam apud *Knittelium*, quod ego meum facere vellem? Scire deberet, parcius iſta viris, alienæ laudis non indigis, eſſe obiicienda. Ut autem cuivis conſtet, unde immeritæ hæ querelæ proveniant, rem ordine narrabo. Sexennium fere eſt, quum amicus meus, nunquam niſi honoris cauſa a me nominandus, Dom. *Arckenholz*, Aulæ Caſſellanæ Conſiliarius Nobiliſſimus, per litteras mihi indicavit, repertum eſſe in Bibliotheca Guelferbytana fragmentum verſionis *Ulphilanæ*, inque rei fidem pro ſpecimine verſum miſit, ipſius *Knittelii* manu in hunc modum exaratum.


Alja fram gtha ith tho wiſan doma fram Gtha gaſatida ſind ſva ei ſa
Niſi a Deo: autem τὰ exiſtentia iudicia a Deo collacata ſunt ſic ſi •
andſtandamds valduſnija.
reſiſtens poſteſtati.

Reſpondi illico, nil mihi exoptatius evenire potuiſſe, quam reſcire, aliquid huiusmodi adhuc exſpectari poſſe, & magno munere *Knittelium* remp. litterariam devinctu-

rum, si hunc thesaurum diutius delitescere, non fineret. Ceterum, auctor fui, ut omnem, quam posset, inter exscribendum adhiberet industriam, quod ne frustra monuisse existimarer, petii, ut videret, annon pro *andstandamds* codex eius *andstandands* haberet, annon pro *doma* scriptum esset *dona*, idque coniungendum cum priori *wisan*, quum hoc ex linguæ Gothicæ genio participium esset, nec vocabulum iudicii admitteret sensus; tandem annon idem in *swa ei* observandum, quod iunctim lectum abverbium caussale est, quale sensus heic requirit. Et quod verum fuit, me coniecisse, testatur iam editio *Knitteliana*. Interea quum id in præsentia ageretur, ut *Ulphilana* hæc quam fidelissime exhiberentur, operam meam, qui similibus tractandis aliquantulum adsueveram, ultro obtuli, ipsius optioni relinquens, utrum Codicem cum certo nuntio huc trasmittere vellet, an vero sinere, ut quempiam ego illuc ablegarem, qui sociam operam conferret. Quod vero ego candide & dextra manu obtuli, ille læva accepit, quasi vero ego hanc ipsi adoream inviderem, aut ipsius animi oculorumque aciei minus confiderem. Quod ad hoc vero attinet, si secum habitet, inveniet certe, id me fecisse, quod amicorum eius optimus facere debuisset, per lenes ambages admonens, istiusmodi institutum ab eo suscipi non debere, qui in hoc campo plane ἀμυστος erat. Si quis *Salmasiis Gronoviisve* iniungere voluisset, ut Codicem nostrum Argenteum ederent, abnuissent haud dubie, & hunc Rhodum esse negassent, ubi illi saltare vellent, uti nec facile veniam impetraret, qui e. c. *Homeri* nuper inventam quandam rhapsodiam cum commentariis edere auderet, si ipse *Aesopum* nondum triverat, aut si ultra non saperet, quam quoad lexica, ad singulas voces consulta, eruditionem & bonam mentem inderent. Non ultima scientiæ pars est, scire, quantum nesciamus. Quod vero deinde ait, me post hanc repulsam, nescio quibus, artibus clandestinis nihilominus huic fragmento imminuisse, non ipsi adsigno, sed viro, quem illustrem vocat, qui boni viri credulitate abuti voluit. Nominat S*, quem *Principi Sveciæ Hereditario* a studiis fuisse, ait, quemque ego, inde avocatum, Guelferbytum ad aureum hoc vellus auferendum miserim, sed qui ad insulam Malmö (urbs est in continenti Scaniæ) naufragium fecerit. Non poterant plura absurda tam paucis comprehendi. Nec enim S* tam honorifico muneri unquam admotus fuit: nec si fuisset, ego eum inde abductum ad exscribendum *Ulphilam* amandare potuissem. Immo vir hic, de quo agitur, non inelegantis quidem ingenii fuit, sed qui aliis deditus scientiis, de *Ulphila* fando forsan vix quidpiam accepit, ut adeo ad hoc negotium nil aliud adferre potuerit, quam ipse *Knittelius*, imperitam inquam industriam. Sed hæc hactenus: nunc ad instituti mei rationem enarrandam proprius me accingo. Textum ipsum talem heic exhibui, qualem invenit *Knittelius*, nisi quod compendia scriptionis plene exarata dedi. Nec quisquam mihi vitio vertet, si editioni Guelferbytanæ adhæsi, etiam ubi obelo notandam arbitratus sum. Malui enim paulo timidior esse, quam pro meo arbitratu quidpiam inducere: ubi tamen typothetæ error erat, non vero exscribentis, inutile duxi, hisce minutiis lectorem detinere v. cap. 13, 13. 15, 9. Annotationes deinde quasdam addidi, quas ulterius non extendi, quam quoad aliquid ad philologiam Gothicam pertinens adferendum erat, aut etiam lectio *Knitteliana* emendanda. Et quum sub hisce per occasionem aliquid differendum fuerit de natura verborum apud Mœso Gothos, distuli pleniorem

huius

huius materiei discusſionem in peculiare, ſed breve tamen, ſchediaſma, quod mantiſſæ loco addidi, una cum alia diſſertatiuncula, qua oſtendi uſum L. Scythicæ in eruendis originibus linguæ latialis & etiam græcæ. Et tandem operam hanc concluſi indice omnium, in textu *Ulphilano* occurrentium vocum, quas absque ulteriori exegeſi fere recenſui, quum mihi perſuaſum ſit, neminem eo uſurum, niſi qui *Junii* vel *Stiernhielmii* Gloſſaria poſſideat, ubi accurate explicata ſingula videri poſſunt. Quæ vero hisce fragmentis propria ſunt, mea qualicunque opera in ipſis annotationibus illuſtrata reperientur. Et hæc fuere, de quibus lectorem meum in anteceſſum monendum duxi. Antequam vero ab hac tabula manum tollam, tribus verbis indicandum putavi, me animadvertiſſe, eruditorum nonnullos, & in eorum numero *Monachos* ordinis *Benedictini* in Gallia, (v. præf. Tomi quarti libri titulum præferentis: *Nouveau Traité de Diplomatique*) iis ſubſcribere veritos fuiſſe, quæ in præfatione, *Ulphilæ illuſtrato* præmiſſa, diſſerui de modo, quo pictus eſt codex noſter argenteus, utpote quem non calami ope, ſed typis, neſcio quibus, exaratum dixi. Conieci id præter alias rationes cum ex ſulcis litterarum depreſſioribus, & ita manifeſtis, ut, quum charta alias ubique nitida ſit & læviſſima, digitis ſentiendam ſcabritiem præferant verſus ipſi; tum etiam ex formis litterarum per univerſum codicem adeo ſimilibus, ut ne hilo quidem alia ab alia vel magnitudine vel picturæ forma differat: quæ diligentia fruſtra videtur exſpectanda a librario, quem ſæpe alias incuria lapſum fuiſſe, litteras modo omittendo modo transponendo & confundendo, obſervatur in *Ulphila illuſtrato*. Quod vero, ferro calefacto librarius uſus fuerit, coniectura eſt, cui pertinaciter non inhærebo, ſi meliora edoctus fuero. Interea tamen inde mihi hac in opinione confirmari videor, quod plus centies cernitur, ubi reliqua charta integerrima eſt, litterarum formas, quales in codice pictas videmus, in charta pertuſas reperiri, ſed eas laciniosas, quales nimius calor effeciſſe credi poteſt, non incumbentis pondere ruptas, nedum colore, qui ubique æqualis eſt, atque adeo æqualem per totum codicem effectum habiturus eſſet, exeſas. Quod vero obiicitur, hac ratione futurum, ut calore corrugaretur charta, tale non eſſe exiſtimo, ut me a mea coniectura dimoveat; nec difficultas tanta, ut arte iuvari nequiverit, quæ tamen ut noſtris chartopœis incognita ſit, effecit deſuetudo, in quam ars hæcce venit. Id interea affirmare poſſum, nemini me codicem noſtrum monſtraſſe, monſtravi autem plurimis tam indigenis quam exterarum nationum eruditis, qui a me dicta in dubium vocaverit, adeoque optandum eſſe, ut qui abſunt, ita ſuæ aciei confidant, ut alios penitus cæcutire, ne credant.



EPISTOLÆ PAULI AD ROMANOS. CAP. XI. XII.

CAP. XI.

v. 33. Jah witubnjis *a*) goths qhaiwa unuſſpilloda *b*) ſind ſtauos is jah unbilaiſtidai wigos is.

34. Qhas auk uſkuntha frathi fanins, aiththau qhas imma ragineis *c*) was.

35. Aiththau qhas imma frumozo *d*) *f* - - jah fragildaidau imma.

36. Uſte us imma jah thairh ina jah in imma alla immuh wulthus du aivam amen.

v. 33. *Et ſcientiæ Dei, quam inenarrabilia ſunt iudicia eius, & non adſequendæ viæ eius!*

34. *Quis enim cognovit intellectum Domini, aut quis ei conſiliarius fuit?*

35. *Aut quis ei prius dedit, & retribuatur illi.*

36. *Quoniam ex illo, & per illum & in illo omnia: illi gloria in ſecula. Amen.*

CAP. XII.

1. Bidja nu izwis brothrjus thairh bleithein *e*) goths usgiban leika *f*) izwara ſaud *g*) qwiwana weihana waila galeikaidana gotha andathahtana *h*) bloti. naſſu *i*) izwarana.

2. Ni gal eikoth izwis thamma aiwa - - - thana niujithai *k*) framathjis *l*) izwaris du gakiuſan *m*) qha ſijai wilja goths thatei goth jah galeikaith jah uſtauhan.

3. Qwitha auk thairh anſt goths ſei gibana iſt mis allaim wiſandam in izwis ni mais frathjan thau ſkuli frathjan, ak frathjan du wailafrathjan qharjammeh ſwa ſwe goth gadailida mitath galaubeinais.

4. Swaſve raihtis *) in ainamma leika lithuns managans habam, thaiththan *n*) lithjus allai ni thata ſamo taui *o*) haband.

5. Swa managai ain leik ſijum in chriſtau aththan ainqharjizuh anthar.

17. In andwairthja *p*) goths, ak jah in andwairthja manne allaize.

18. Jabai magi wairthan us izwis mith allaim mannam gawairthi *q)* habandans.

19. Ni izwis ſilbans gawriſandans *r*). liubans ak gibith ſtath twair * * * *s*) ga-

1. *Rogo ergo vos, fratres, per miſericordiam Dei, exhibere corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam, placentem Deo, conſideratum cultum veſtrum.*

2. *Ne aſſimiletis vos ſeculo, - - - novitate ſenſus veſtri, ad probandum, quid ſit voluntas Dei, quod bonum & placitum & perfectum.*

3. *Dico enim per gratiam Dei, quæ data eſt mihi, omnibus exiſtentibus inter vos, non magis ſapere, quam oporteat ſapere, ſed ſapere, ad bene ſapere, unicuique ſicut Deus partitus eſt menſuram fidei.*

4 *Sicut enim in uno corpore membra multa habemus, membra autem omnia eandem actionem non habent;*

5. *Ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter.*

17. *Coram Deo, ſed etiam coram hominibus omnibus.*

18. *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habent*

19. *Non vosmet ipſos vindicantes, dilecti, ſed date locum iræ.*

melith

melith ist auk mis fraweito *t*) ei gildau *u*) ik fragilda qwithith fan. *v*)

20. Jabai gredo fijand theinana *x*) mad *y*) gif imma ith jabai thaursjai dragkei *z*) ina thata auk taujands haurja *aa*) funins rikis *bb*) ana haubith is,

21. Ni gajiukaizau af unthiutha ak gajiukais af thiutha *cc*) unthiuth. *dd*)

Scriptum est enim, mihi vindicta, ut retribuam; dicit Dominus.

20. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, & si sitierit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.*

21. *Ne vincare a malo, sed vince a bono malum.*

CAP. XIII.

1. All saiwalo waldufnjam ufarwisandam ufhausjai, unte nist waldufni alja fram gotha ith tho wisandona fram gotha gasatida sind.

2. Swaei sa andstandands waldufnja goths garaideinai *ee*) andstoth *ff*) ith thai andstandandans silbans sis wargitha nimand.

3. Thai auk reiks *gg*) ni sind agis godamma waurstwa ak ubilamma aththan wileis ei ni ogeis *hh*) waldufni thiuth taujais jah habais hazein *ii*) us thamma.

4. Unte goths andbahts ist thus in godamma ith jabai ubil taujis ogs unte ni sware thana hairu *kk*) bairith goths auk andbahts ist fraweitands in thwairhein thamma ubil taujandin.

5. Duththe ufhausjaith.

1. *Omnis anima potestatibus superpositis subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo, quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt.*

2. *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem sumunt.*

3. *Nam principes non sunt timor bono operi, sed malo, si autem velis, ut non timeas potestatem, bonum facias, & habebis laudem ex illa.*

4. *Dei enim minister est tibi in bonum: si autem malum feceris, time: non enim frustra gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram malum agenti.*

5. *Ideo obedite.*

CAP. XIV.

9. Jah qwiwaim jah dauthaim fraujinoth.

10. Ith thu qha stojis brothar theinana aiththau jah thu qha frakant *ll*) brothr theinamma allai auk gasatjanda faura stauastola christaus.

11. Gamelith *mm*) ist auk liba ik qwithith fan thatei mis all kniwe *nn*) biugith *oo*) jah andhaitith alla razdo *pp*) gotha.

12. Than nunu qharjizuh unsara fram sis rathjon usgibith gotha.

9. *Et vivis & mortuis dominatur.*

10. *Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? omnes enim stabimus ante tribunal Christi.*

11. *Scriptum est enim, vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi omne genu flectetur, & omnis lingua confitebitur Deo.*

12. *Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.*

13. Ni

13. Ni thanamais *qq*) nu uns misso stojaima ak thata stojaith mais ei ni satjaith bistugqw *rr*) brothr aiththau gamarzein. *ss*)

14. Wait jai tatraua *tt*) in fanin jaisua thatei ni waiht gawamm *uu*) thairh sik silbo niba thamma munandin thamma gamain ist.

15. Ith jabai in matis brothar theins gaurjada ju ni bi friathwai gaggis ni nunu mata theinamma jainamma fraqwistjais faur thanei christus gaswalt.

16. Ni wajamerjaidau unsar thiuth.

17. Nist auk thiudangard goths mats jah dragk ak garaihtei jah gawairthi jah faheths in ahmin weihamma.

18. Saei auk in thaim skalkinoth christau wailagaleikaith gotha jah gakusans ist mannam.

19. Than nunu thoei gawairthjis sind laistjaima jah thoei timreinais sind in uns misso.

20. Ni nunu in matis gatair waurstw goths.

13. *Ne ergo amplius nos invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.*

14. *Scio, immo confido in Domino Jesu, quod nihil impurum per se ipsum, nisi ei, qui existimat, illi commune est.*

15. *Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem ambulas: ne ergo cibo tuo illum perdas, pro quo Christus mortuus est.*

16. *Ne blasphemetur nostrum bonum.*

17. *Non est enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu Sancto.*

18. *Qui enim in illis servit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.*

19. *Itaque quæ pacis sunt, sectemur, & quæ ædificationis sunt in nos invicem.*

20. *Non ergo propter escam destrue opus Dei.*

CAP. XV.

3. Thize idweit jandane thuk gadrusun ana mik.

4. Swa filu auk swe (*ww*) faura gamelith warth du unsarai laiseinai gamelith warth, ei thairh thulain jah gathrastein boko wen habaima.

5. Ith goth thulainais jah thraffteinais gibai izwis thata samo frathjan in izwis misso bi christu jaisu.

6. Ei gavviljai ainamma muntha hauhjaith goth jah attan fanins unsaris jaisuis christaus.

7. In thizei andnimaith izvvis misso svva vve jah christus andnam izvvis du vvulthau goths.

3. *Improperantium tibi ceciderunt super me.*

4. *Quodcunque enim scriptum fuit, ad nostram doctrinam scriptum est: ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.*

5. *Deus autem patientiæ & solatii det vobis unum idemque sapere inter vos secundum Jesum Christum.*

6. *Ut voluntarie uno ore honorificetis Deum & patrem Domini nostri Jesu Christi.*

7. *Propter quod suscipite vos invicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.*

8. Qvvitha

8. Qvvitha auk chriftu jaifu andbaht vvaurthanana - - fram funjai goths du gatulgjan gahaita attane.

9. Ith thiudos in armahairteins hauhjan goth fvva fvve gamelith ift duththe andhaita thus in thiudom fan jah namin theinamma liutho *xx*).

10. Jah aftra qvvithith fifaith *yy*) thiudos mith managein is.

11. Jah aftra qvvithith hazjith allos thiudos fan jah hazjaina ina allos manageins.

12. Jah aftra efaeias qvvithith vvairthith vvaurts jaiffaizis jah fa usftandands reikinoth *zz*) thiudom du imma thiudos vvenjand.

13. Ith goth lubainais *) fulljai izvvis allaizos fahedais.

8. *Dico enim, Chriftum Jefum miniftrum factum - - - propter veritatem Dei ad confirmandum promiffiones patrum.*

9. *Gentes autem propter mifericordiam honorare Deum. Sicut fcriptum eft: propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, & nomini Tuo cantabo.*

10. *Et iterum dicit, lætamini gentes cum plebe ejus.*

11. *Et iterum dicit: extollite omnes gentes Dominum, & extollant eum omnes populi.*

12. *Et iterum Efaias ait: erit radix Jeffe, & qui exfurget regere gentes, in eo gentes fperabunt.*

13. *Deus autem fpei repleat vos omni gaudio.*

ANNOTATIONES.

CAP. XI.

Verf. 34.

a) *Vitubnjis*, fcientiæ: a *witan*, fcire, Sveth. *weta*. Nominis eadem forma eft, quæ in *waldufni*, potentia, *faftubni*, jeiunium, *fraiftubni*, tentatio, *wundufni*, plaga.

b) *Unusfpilloda*, inenarrabilia, a *fpillon*, narrare. De quo videfis *Junium* & *Stiernhielmium*. Quibus copia eft codicem ipfum adeundi, videant, annon pro *unusfpilloda* fcriptum inveniatur *unusfpillodos*, id faltem analogia linguæ requirit. *Staua* enim vocabulum eft feminini generis. v. Joh. 7, 24. cui aliam terminationem non convenire, fchema participiorum, infra fubiungendum, manifeftum reddet.

Unbilaiftidai, non adfequendæ, ἀκίχητοι. Vox formata ab Ulphilano *laiftjan*, fequi.

v. 34.

c) *Ragineis*, Confiliarius. Isl. *reigin*, quæ vox in *Edda* & *Voluspa* fæpe occurrit. ftr. 6 *Tha geingu reigin öll a rockftola*, tum confiliarii deorum fedes fuas occuparunt. In Codice Argenteo *raginon* & *garaginon* denotant confulere, confilium dare. Joh. 18, 14. nec non imperare. Luc. 3, 1. *Raginondin Puntiau Peilatau iudaia*, Ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας. Cap. 2, 2. *Raginondin Saurim Kyreinaiau*, Ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. *Fidurraiginis*, τετράρχης. In animum induco, regiminis fignificationem huic voci additam, poftquam imperio Romano parere inceperant Gothi, utpote quo-

rum summus magistratus a consulendo nomen habuit. Qui cum imperio erant in Græcia Ponticisque regionibus, vocabantur etiam græco nomine *Buleutæ*, & Senatus *Bule.* v. *Spanhemii* Orb. Rom. p. 221. & *Plinii* Ep. Lib. X 48. 113.

d) *Frumozo*, prius, a *frum* vel *frums*, initium. Joh. 15, 27. *Fram fruma*, ab initio Anglos. *frum*, id. Isl *frumgietin*, primogenitus, *frumburdr*, id *frumhlaup*, primus concursus in prælio. v. *Gudmundus Andreæ* in *Lex. Isl.* & Glossaria *Junii Stiernhielmii*que. Nostrum *frumozo* comparativæ formæ est ab adverbio, quod sine dubio fuit *frumo*, cuiusque superlativus est *frumist*, primum. Matth. 8, 21. Sveth. *främst*: *m* heic radicale est, ut adeo Germ. *frühe* inde derivari non debeat.

CAP. XII.

v. 1.

e) *Bleithein*, misericordiam. In Codice Argenteo habemus *bleiths*, misericors, *bleithjan*, *gableithjan*, misereri. Anglos *blithe*, & Al. *blide*, lætum notant & hilarem, quam eandem significationem vox ea habuit apud Islandos & maiores nostros. *Heims Kr.* T. 2. p. 282. *Swa blidur, katur oc gladur*, adeo lætus hilarisque. *Chron. Rhythm. Maius*, p. 20.

The hofwade fast och gjorde sik blida.
Admodum luxuriabant & lætabantur.

Hodie vero vulgo comem, blandum, mitem denotat. Uti contrarium *unblide* apud *Otfridum* ponitur pro immiti, irato. Lib. III Cap. XVIII, 52. Quum magna dialectorum pars conspiret in sensu lætitiæ; opinatus sum, Latinorum *lætus* præfixo *b*, uti sæpe solet, in *blid* transiisse, & deinde, aliquantilla cum significationis immutatione, ad indicandum humaniores quosvis animi motus translatum fuisse. Ego vero de hoc etymo nil certi affirmo, sed id dubio carere, mihi videtur, arti etymologicæ nondum adsuevisse *Knittelium*, dum hocce *bleiths* ad Germanicum *beyleyd* refert. Repugnat enim sensus & nihil non.

f) *Leika*, corpora. v. *Ulphilas Illustr.* p. 44.

g) *saud*, victima. Recte observant *Junius* & *Stiernhielmius*, propria significatione vocem hanc *ovem* denotare. Occurit hoc sensu in L. Islandica. Gen. 29 *Rachel kom med saude syns födurs*, Rachel venit cum ovibus patris sui: & ita alibi sæpissime. Lapponice *sautz*. Hodie *föd* apud vulgus nostrum de boum armentis usurpatur *Sodis*, quod in *Formulis Solenn. Lindebrogianis* occurrit, de suibus intelligunt eruditi. Adeo inconstantia sunt vocabulorum fata!

h) *Andathahtana*, consideratam, quasi recogitatam. Vox composita ab *and* vel *anda*, quod in compositione respondet Latinorum *re*, contra, & *thagkjan*, cogitare, cuius tempus perfectum est *thahta*. Luc. 1, 4. *Thahta sis*, cogitabat secum. Luc. 20, 5. *Thahtedun mith sis misso*, cogitabant inter se. *Otfridus* habet *thahti*, cogitavit. Lib. III. Cap. XI, 19. & *thathun*, cogitabant. Cap. XVIII, 144. In Codice Argenteo, Luc. 16, 4. habemus *andthata mik*, mecum reputavi. Germanorum *andacht*, quod & nostrum est, hinc illustrari, recte monet Dom. *Knittelius*.

i) *Blo-*

i) *Blotinaſſu*, cultum. Occurrit radix *blotan* non uno loco in Codice Argenteo, denotatque, cultui divino vacare. Utuntur eadem etiam dialecti cognatæ veteres, ita tamen ut proprie in illis denotet ſacrificare. Angloſaxonice *blotan*. Isl. *blota*, unde *blotmadur*, idololatra, qui Diis immolat. Apud maiores noſtros *Sueno* ille, qui aliquamdiu throni Svecani inſeſſor erat, *Blot Suen* nuncupabatur, hoc eſt idololatra. *Blotveitſla*, erant epulæ gentilium idololatricæ. *Heims Kr.* Tom. 1. pag. 144. *blotmat*, id. ibid. p. 141. Alemannis *bloſtar* ſacrificium notat, *pluoſtarhus*, fanum idololatricum, *pluoſtrara*, ſacrificatores. In tranſcurſu notabo, *Junio Stiernhielmio*que non eſſe ſubſcribendum, quorum auctoritatem ſecutus Dn. *Knittelius blotan* a *bloth*, ſanguis, formatum putat. v. præf. p. 29. Ratio hæc eſt. In lingua tam Moeſo Gothica quam Angloſaxonica & Islandica *t* & *th* diverſæ fuere litteræ, perinde ac apud græcos τ & ϑ, quæ non figura tantum, ſed etiam ſono, uti id hodieque apud Anplos & Islandos obſervatur, diſcrepabant, ita quidem, ut una alterius loco nunquam poneretur. Æque itaque a Linguæ Gothicæ genio alienum eſt, *blotan* a *bloth* deducere, ac ſi philologus græcus ϑύω, ſacrifico, ἀπὸ τȢ τίω, honoro, ortum diceret. Hinc videbis, in modo recenſitis linguis *th* & *d* ſæpe alternis poni. v. *Ulphilas illuſtr.* p. 40. *t* vero & *d* non item. Ita in codice argenteo *bad* & *bath*, oravit, ſcriptum invenies, *baud* & *bauth*, juſſit; nunquam vero *bat* & *baut*. Video equidem, ne quid diſſimulem, menſem Novembrem in faſtis Angloſaxonicis *blodmonath* appellari apud *Junium* in *Gloſſario*, ſub verbo *blotan:* ſed id incuriæ librarii tribuendum eſſe, docet addita ratio denominationis. *Se monoth is nemned on Læden November, and on ure getheode blodmonath, fordon ure yldran, tha hy hæthenne væron, on tham monthe he bleoton a, that is, thæt hy betæhton and benæmdon hyra deofolgyldon tha neat the hy voldon ſyllan.* i.e. menſis ille nominatur latine November, & noſtra lingua *blodmonath:* nam maiores noſtri, quum pagani erant, illo menſe ſacrificia ſua peragebant, hoc eſt, offerebant & pendebant ſua munera idololatrica, pecora nempe, quæ volebanr ſacrificare Idem error etiam inſcitia librariorum apud *Bedam* irrepſit, ita tamen, ut apud eum *blothmonad* exaratum inveniatur. Codex vero Ulphilanus diſcrimen hoc accurate obſervat, ut *bloth*, ſanguinem, litera *th* exaret, *blotan* vero *t* ſimplici. Conferri poterunt *Erici Jul. Biörneri* cogit. critico philolcgicæ.

v. 2.

k) *Thana niujitai*, novitate. Quum *thana* ſit caſus, quem vocant Grammatici, accuſativi & maſculini generis, & ſequens *niujithai* dativus femininus, facilius perſpicio, vitioſam heic exhiberi lectionem, quam dicere queam, qua ratione ſit emendanda, præſertim quum præcedens *thana* rem impeditiorem reddat. Suſpicari tamen ſubiit, *th* eſſe ultimam litteram antecedentis cuiusdam vocis, & ſeparandam a ſequente *ana*, qua ratione omnia probe cohærent. De cetero hac occaſione monendus eſt lector meus, ne temere fidem habeat *Knittelio*, in indice p. 354. nec non præf. p. 14. docenti, adeo ſoloeciſmorum plenam eſſe linguam veterum Gothorum, ut quidvis pro quovis ponere permiſerit; quum vere affirmare poſſim, illam non minus regularem ac caſtam eſſe, quam quamlibet earum, quas eruditas nuncupare, mos eſt. Ut vero hanc ipſi laudem deroget *Knittelius*, teſtem appellat tam *Ulphilam illuſtratum*, ubi obſervatur, Matth. 27, 1.

dativum accuſandi caſui in codice argenteo iungi, quam eruditiſſimum *Hickeſium*, qui ad calcem capitis XVI. longum contexit catalogum loquendi generum irregularium, *de quibus ratio parum reddi poſſit, & quæ præcepta Grammatica prorſus reſpuant.* De utroque pauca diſſeremus. Verba citati Evangeliſtæ hæc ſunt: *at maurgin than waurthanana*, mane autem facto: ubi evidens eſt, *waurthanana* quartum caſum eſſe, quem τῷ *maurgin*, utpote dativo, adiungi non poſſe, iudicavit reverendiſſimus *Er. Benzelius*, adeoque reponendum *maurgan.* Nos tanto viro aſſurgentes credidimus etiam, aut *at maurgan waurthanana*, aut potius *at maurgin waurthanamma* eſſe legendum, quæ conſtruendi ratio in codice noſtro frequentior eſt. Sed lætamur, nobis occaſionem ſubnaſci, tam a Cl. *Sotbergio* tradita emendandi, quam lectionem codicis argentei vindicandi. Scilicet *maurgins*, quod formam ceterorum in *ins* deſinentium ſequitur, in quarto caſu *maurgin* habet, ad modum τῶν *himins*, *aigins*, &c de quibus conſule *Hickeſium*, quæque *himan* & *aigan* in accuſandi caſu non admittunt. v. *Ulph. illuſtr.* p. 74. & anal. Ulph. Schem. XXVIII. *) ideoque nil inſoliti heic ſupereſt, quum conſtet, duos accuſativos conſtructionem Gothicam æque admittere, ac duos dativos, uti iam pridem ab eruditis oſtenſum eſt. v. modo cit. *Ulphilam illuſtr.* p. Quod porro ad irregularia *Hickeſiana* attinet, nullum certius documentum illius perſpicaciæ dari poteſt nec quod ab intentata ſtribliginis loquendi culpa linguam gothicam evidentius liberet, quam quod, uno alterove excepto, omnia illa, quæ a regulis devia indicavit vir hic doctiſſimus, ita in codice argenteo exarata inveniantur, uti ille reperiunda cenſuit, ſi leges Grammaticæ obſervarentur. Ut vero hoc evidentius ſit, totum catalogum ſubiungam.

Antharana. Luc. 10, 1. pro *antharans.*
C. A. habet *antharans.*

Du imma. v. 2. pro *im.*
C. A. habet *im.*

Haileiſand. Luc. 4, 27 pro *haileiſaia.*
C A. habet *haileiſaim.*

Thize. Marc. 8, 6. pro *thizai.*
C. A habet *thizai.*

Gibaidi. v. 12. pro *gibaida.*
C. A. habet *gibaidau*, *u* euphonico addito.

Thaim veiham. v. 38. pro *veihaim.*
Obſervabit linguæ Gothicæ ſtudioſus, dativum & adiectivorum pluralem, qui alias in *aim* deſinit, ubi emphatice & cum articulo iunctis ponitur: *i* omittere. e. g. *wai izvis thaim gabeigam*, væ vobis divitibus. Luc. 6, 24. *thaim maiſtam ſeinaize*, magna-

*) Occurrit *maurgin* in caſu quarto Marc. 11, 20. *In maurgin faurgaggandans gaſeqhun*, mane prætereuntes viderunt conf. cap. 15, 1. Obſervabunt autem L. Gothicæ ſtudioſi, *in*, ubi de tempore ſermo eſt, accuſativum non raro adſciſcere. e. g. *in jainans dagans*, in illis diebus. Cap. 13, 24. Sic Marc. 16, 9. *In maurgin frumin ſabbato*, mane primo ſabbati: ubi *maurgin* utique eſt quartus caſus, *frumin* vero, quod ſequitur, referendum ad ſequens *ſabbato* eſſe, declarat vox addita *frumin.* conf. Luc. 6, 1. & 1, 2.

magnatibus suis Marc. 6, 21. *hlaibam thaim barizeinam*, panibus hordeaceis. Joh 6, 13. *thaim ahumistam gudjam*, summis sacerdotibus. Luc. 1, 27. *ahmam thaim unhrainjam*, spiritibus immundis Marc. 1, 27. Sed absque articulo legimus *unhrainjaim*. Luc. 6, 18. *thai anahabaidans fram ahmam unhrainjaim*, qui affecti erant spiritibus immundis. Paulo operosius hæc allata non credo fastidientur, quum mantissæ loco traditis ab *Hickesio* & *Lyio* adiungi possint. Conf. *Anal. Ulph* Diss. de *Adiectivis*. §. 11.

Glitmunjande. Marc. 9, 3. pro *glitmunjandans*.
C. A. rectius *glitmunjandeins: wastjos* enim generis est feminini. Prævidit id rev. *Benz*.

Du leikas ain Marc. 10, 8. pro *du leika ainamma*.
C. A. habet *du leika samin*. v. *Ulphilas illustr.*

Thammei vesind. Luc. 10, 6. (lege 9, 61.) pro *thaimei visandam*.
C. A *thaim thaiei sind*, quod omnino probum est.

Du ina. Marc. 10, 13. pro *imma*.
Omnes editi heic habent *imma*, sed, quod incusat, reperitur Marc. 11, 33. manifesto librarii vitio, qui in eadem historia, quæ heic narratur, bis antea *du imma* exaraverat. v. vers 27, 28. ut alia loca innumera prætercam.

Kunnon. Joh. 10, 14. pro *kunnand*.
C. A. habet *kunnun*, & id *Hickesiano* melius: *kunnan* enim in tertia pers. plur. præs. ita habet. v. infra paradigma.

Du ina. Marc. 16, 7. pro *du uns* vel *izvis*.
C. A. & B. habent *izvis*, quomodo etiam legendum vidit *Mareschallus*. p. 441. *Uns* nihilo melius fuisset.

Veihame. Luc. 9, 26 pro *veihaize*.
C. A. & B. habent *veihane:* utramque terminationem admittit linguæ genius.

Allan. v. 48. pro *allaim*.
C. A. habet *allaim*. ita & B.

Seiname. Luc 15, 22. pro *seinaim*.
C. A. habet *seinaim*.

Andhauseidei. Luc. 17, 6. pro *andhauseidedi*.
C. A. *andhausidedi*, id quod usitatius.

Vemun. Marc. 11, 1. pro *vesun*.
C. A. & B. habent *vesun*.

Dagus. Luc. 1, 80. ultima syllaba *us* pertinet ad vocem sequentem, uti recte observavit rev. *Benzelius* in sua editione: *uns dag ustaikneinais*.

Vaidedjins. Marc. 11, 17. pro *vaidedjine*.
Ita habet B. sed C. A. *vaidedjane*, quod melius.

Bido. ib pro *bidos*.
Bido est genit. plur. a *bida*, precatio, ut solent inprimis feminina in *o*, casum

hunc

hunc terminare: recte *Benzelius* vertit *domus precum:* nec abnuit *Hickesius*, in *Gramm. Mæsog.* p. 19.

Thus. Marc. 11, 23 pro *thuk.*

Non recordatur vir Gothice callentissimus, quod in Syntaxi Gothica cap. 16. reg. 15. ipse tradidit, *vairpan*, eiicere, peculiari gothismo dativum sæpe adsciscere. v. Marc. 3, 22. *usvairpith thaim unhulthom*, eiicit dæmonia. Conf. Luc. 6, 42. ubi *usvairpan* ter cum eo casu iungitur. Par ratio est verbi *usdreiban.* v. Luc. 9, 40. Interdum tamen idem verbum accusativo iungitur, ut Marc. 3, 15. *uswairpan unhulthons*, eiicere dæmonia.

Invisandin. Marc. 16, 1. pro *invisandins.*

Est error amanuensis.

Sa. Marc. 12, 22 pro *so.*

Benz. habet *so*, ita & codex arg.

Gudjands. Marc. 15, 1. pro *gudjans.*

B. & C. A. habent *gudjans.*

Aggilum. Luc. 15, 10. pro *aggilive.*

C. A. habet *aggele.* De vocabulis exoticis conf. observata ad ad calcem diss. de nominibus substantivis.

Frahuntatanais. Luc. 4, 18. pro *frahuntanains.*

C. A. habet *frahuntanaim*, id quod linguæ genius requirit.

Sagu. v 40. pro *staigu.*

C. A. habet *sagqw.* Vidit *Hickesius*, falsam esse codicum impressorum lectionem, sed quod substituit, non satis appositum est. v. *Ulph. illustr.* l. c. & pag. 13.

Galeithanti. Luc. 8, 42. pro *galeithandan.*

Stiernhielmius pro *galeithanti* habet *begaith*, quod quid sit scire non refert, quum cod. argentei verior lectio sit, *mith thanei*, *than iddja is*: ut etiam habere *Benzelium*, monetur in *Ulph. illustr.*

Seinama. Luc. 7, 35. pro *seinaim.*

St. paullo melius *seinamma*, sed omnium optime cod. argentei *seinaim.*

Magud. Luc. 5, 34. pro *magun.*

Proba est lectio & fideliter exprimens Gr. δύνασθε.

Haimo. v. 17. pro *haima* vel *haime.*

O est terminatio genitivi plur. femininorum, uti nuper memoratum: eum vero sæpe cum *all* poni, infra sumus ostensuri.

Eisarna. Luc. 8, 29. pro *eisarnaim.*

Scire iuvat, *eisarna-bandjom* esse vocem in eundem modum compositum, quo Svethice dicimus *jernband.* Vox vero prior ita coalescens in *a* sæpe desinit, e. g. *lukarna-stathin*, *galiuga-praufeteis*, *alewa-bagme*, *manna-maurthrja*, *aiva-dage*, *kaisara-gild*, *garda-waldands:* alias in *o* & *u.* e. g. *fotu-baurd*, *faihu-thraina*, *sabbato-dags*, *banjo-fulls.*

Thein.

Thein. v. 49. pro *theina.*
C. A. habet *theina.*
Du ſiponje ſemai. Luc. 6, 20. pro *du ſiponjam ſeinaim.*
Ut legendum putavit *Hickeſius*, habet C. A.
Vſam. Luc. 15, 23. pro *viſaim.*
Eſt prima plur. indic. quæ ſæpe hoc ſenſu ponitur. Utriusque exempla habes Matth. 6, 31.
Gathlauhund. Marc. 16, 8. pro *gathlauhun.*
C. A. habet *gathlauhun.*

Adfert nonnulla alia, quæ ſoloeca eſſe, & extra orbitam vagari, cenſet *Hickeſius*, uti dum ἐν γαϛρὶ in codice argenteo redditur *in kilthein*, Luc. 1, 31. *in kiltho*, v. 24. & *in kilthon*, cap. 2, 5. Sed quomodo huic anomaliæ ſubveniendum ſit, egregie docet Cl. *Sotberg*, in *Ulphil. illuſtr.* p. 40. Scilicet duo ſunt vocabula *kilthei*, ſinus, & *inkiltho*, gravida, quorum poſterius male diviſim exarant editiones noſtræ. Illud in dativo caſu habet *kilthein*, hoc vero in eodem caſu *inkilthon*, ad inſtar *handawaurhton*, &c. De voce *kilthei* nonnihil diſſeruimus in *Notis criticis ad catalogum reg. Sviogothorum*, p. 92. Porro irregulare eſſe cenſet, quod Luc. 2, 4. occurrit,

Du druſaëi, pro *du druſai.*
Sed codex arg. habet *druſa:* a nominativo *drus*, & tandem Matth. 5, 20. Grammatices regulas non obſervari credit in verbis *nibai managizo vairthith izvaraizos garaihteins:* ſed quemadmodum hic ſoloecismus tolli debeat, quum iam antea a reverendiſſimo *Benzelio* monſtratum ſit, ego actum non agam. Conferatur interea Luc. 4, 29.

l) *Framathjis*, ſenſus, mentis. Manifeſta eſt librarii oſcitantia *framathjis* pro *frathjis*, quod ſæpius tam in cod. argenteo, quam heic in ſequentibus in ſignificatione τῦ νοὸς, νῦς occurrit, ponentis. *Frathjan* notat ſcire, ſapere, *frothein* eſt ſapientia, *unfrodein*, inſipientia, *frodaba*, ſapienter. Reperitur eadem vox in omnibus dialectis Gothicis, ut multis comprobat *Fr. Junius* & *Stiernhielmius*. Isl. *fræde*, ſcientia. *heilog fræde*, ſcientia ſacra, Theologia. *Hiſt. Ol. Tryggu.* P. I. p. 226. *ufrodur*, inſipiens. *Heims Kr.* T. I. p. 207. *Janfrodur*, qui veritatem reſcivit. Origo vocis videtur referenda ad Ulphilanum *fraihan* interrogare, reſciſcere, *gufraihan*, id. unde *gafrehun*, Marc. 2, 1. Quid enim ſapientia aliud, quam multarum rerum cognitio, ab aliis per quæſtiones elicita, & ad nos perveniens? In transcurſu notabo, ad Scythiſmum prope accedere Græcorum φϱαδὴ, cognitio, prudentia, φϱαδὴς, ſapiens, φϱάδμων, conſultus, nec non φϱὴν, mens, utpote quæ omnia in idea ſciendi & reſciendi conſpirant, uti bene monuerunt viri modo laudati. *Knittelius*, ut errorem ſcriptoris tueatur, *framathjis*, quod peregrinum notat, ſubintellecta voce ſeculi iuvari poſſe putat: ſed quis quæſo ſenſus erit verborum *ambulare in novitate ſeculi alieni ſui?*

m) *Gakiuſan*, probare. In codice argenteo illa quidem facie vox hæc non comparet, ſed admodum cognata tamen. Extat enim ibi *uſkiuſan*, ſed de cuius nativa vi

non

non adeo conſtiſtit, cum præfixum *us* ſignificationem vocis varie temperet, & interdum in contrarium vertat, id quod heic loci eveniſſe, iam manifeſtum eſt, pari modo ac a *lukan*, claudere, habemus *usluknan*, aperiri. Duplici adeo forma vox noſtra in Mœſo-Gothica comparet: *kausjan* & *kiusan* vel *gakiusan*, quarum utraque primigenia ſignificatione probare notat. Fennonice *cosen* & *coen*, unde *coetan kiwi*, lapis Lydius; quaſi dicas lapidem probatorem. Deinde 2. eligere, quod probationis effectus eſt. Angloſax: *cysan*, *ceosan*. Isl. *kiosa*. Alem. *kiusan*, *chiosan*. Belg. *kiezen*. Gal. *choisir*. Angl. *chuse*, *choose*. Sveth. *kesa*. 3. Experiri, tentare. Hoc ſenſu occurrit in codice argenteo Luc 14, 19. *Juka auhsne usbauhta fimf, jah gagga kausjan thans:* iuga boum quinque emi, & eo, experiri illa. Forma frequentativa Angloſaxones inde *costan*, *costigan*, quæ tentare denotant, formarunt. Matth. 4, 1. *thæt he være fram deofle costud*, ut a diabolo tentaretur, quæ verba *Tatianus* Alemannice exprimit, *thaz er uuurdi gicostot fon themo diuuuale:* hinc Angloſax. *costere*, tentator, *costnesse*, tentatio, *costnung*, id. ut in oratione dominica: *Ne gelædde thu us on costnunge*, ne inducas nos in tentationem. 4. Speciali ſignificatione uſurpatur de probatione, quæ ore & palato fit. Luc. 14, 24. *kauseith this nahtamatis meinis*, guſtabit cœnam meam. Germ. *kosten*. Latini *gustare* dicunt, quod a gutture perquam incommode derivant nonnulli, alii a Gr. γεύω. Qui antiquitatem linguæ Scythicæ reputant, & Celto Scytharum cum vicinis Romanis commercia, in modo allatis fortaſſis invenient, quod ad vocis huius cunabula certiori via ducat. Paulo operoſius hæc afferre volui, quum aliquantillum lucis addere poſſint illis, quæ apud *Wachterum*, in v. *kiesen* & *kosten* occurrunt.

V. 4.

*) *Raihtis*, enimvero. Omiſiſſe hanc vocem *Junium* & *Stiernhielmium*, docet *Ulphilas illustratus*, qui varia loca *codicis argentei* affert, ubi occurrit. v. p. 37.

n) *Thaiththan*. Vocem hanc contractam putat *Knittelius* a *thai*, illi, & *aththan*, autem, in eundem modum, quo a *ni ist* per craſin fit *nist*, non eſt. Potuiſſet etiam addere *niththan*, quod compendium eſt particularum *ni* & eiusdem huius *aththan*. Sed hoc licet ita ſit, vereor tamen, ut acu rem heic Archidiaconus noſter tetigerit, quippe qui hisce iam citatis exemplis non permoveor, ut craſin aliquam admittam, quam, ab una particula negativa ſi receſſeris, lingua Gothica ignorat. Singulare vero eſt, & ad harmoniam linguarum veterum pertinens, quod in omnibus orbis Europæi linguis Scythicæ originis *n* negativum vocibus a vocali incipientibus præmittatur. Ita apud Græcos νηλεής, eſt immiſericors, ab ἔλεος, miſericordia, νωδός, edentulus, ab ὀδούς, dens, νῆις, inſipiens, ab ἴσημι ſcio. Inter omnes conſtat, latinos *nullus*, ab *ullus*, *nemo* a *ne hemo*, (ita enim veteres locutos novimus,) *nuspiam* ab *uspiam* feciſſe. Angloſaxones ita hanc craſin adamaſſe cernuntur, ut ſæpe illius cauſſa unam alteramve literam abiecerint: dixerunt *nyllan*, nolle, pro *ne villan*, *næs*, non erat, pro *ne vas*, *næbbe* pro *ne hæbbe*. Alemanni ad exemplum Gothorum habuere *nist*, non eſt, & *nibu*, niſi, (Ulph. *niba*;) ab *iba*, ſi, *ninphallit* pro *ni inphallit* apud *Schilterum*, quod imitantur eorum poſteri in *niergend*, nuſpiam, a *ni* & *iergend*, *niemand*, nemo, a *ni iemand*, *nimmer*, nunquam

quam a *ni immer.* &c. Sed hæc licet ita ſint, non tamen promiſcue eiusmodi brevitatis ulli horum populorum ſtudioſi fuiſſe, animadvertuntur. Vidi quidem *Fr. Junium* aliud craſeos exemplum adferre, ſcilicet *viſſuhthan* Joh. 6, 64. & 18, 2. quod poſitum arbitratur pro *viſſa* & *uhthan:* ſed longe melius reverendiſſ. *Benzelius*, qui in nupera *Ulphilæ* editione utrobique vocem diviſim legit, *viſſuh than: uh* nempe euphonico pro *a* poſito. Quid itaque de hac noſtra voce ſtatuendum erit? Ego, ut iam diu aciei *Knittelianæ* diffidendum comperi, ita ſuſpicatus ſum, in codice manuſcripto pro *thaiththan* unius litterulæ immutatione *thaih than* extare. *Thaih* vero idem eſt ac *thai*, nominativus nempe caſus pluralis articuli præpoſ. *ſa:* ita quidem ut *h* additum vel ponatur loco *uh* euphonici, quemadmodum in *ſumaih*, pro *ſumaihu*, v. *Hickeſii Gramm. Goth.* Cap. XVII. Obſ. III. vel etiam pro *thaiei*, uti arbitratur nuper laudatus *Benzelius*. Occurrit vero eadem hæcce vox, vel voces potius, Marc. 3, 11. *thaihthan ina gaſeqhun*, illi, quum eum viderent. Examinent, quibus contingit, ſuis oculis codicem inſpicere.*)

o) *Taui*, actionem. Radix vocabuli in codice argenteo ſæpe occurrit, *taujan*, facere. Al. *tuon*, *tuan*, Angloſax. *don*, Angl. *doe.* Tanquam ſingulare notat *Knittelius*, quod *i* punctatum heic occurrat, idque in fine vocis. Noverunt, qui Gothice ſciunt, triplex *i* in horum ſcriptura occurrere: *j* conſonans, *i* punctatum, quod initiale eſt, & locum non habet niſi ab initio vocis vel etiam ſyllabæ, & tandem *i* vulgare. Quod ad medium illud attinet, arbitratur, exceptionem heic a regula inveniri, quum *i* puncta ſua præferat, etiamſi vocem claudat. Sed non obſervavit Archidiaconus noſter, *i*, utut ultimam literam, nihilominus ſyllabam alteram incipere, primamque diphthongo *au* finiri: cui, ne *i* illud adiungat lector, hiſce punctis, tanquam diæreſi, admonetur. Ut vela criticæ ſuæ eruditioni *Knittelius* pandat, p. 318. occaſionem ſibi ſumit, obſervatiunculam, quæ *Ulphilæ illuſtrati* p. 60. occurrit, ſugillandi: illa autem, quo loco habenda ſit, paucis lectoris iudicio ſubmittam. Dubitatur, quod verum nomen ſit ſolis in lingua Mœſo-Gothica. Bis illud occurrit apud *Marcum* Evangeliſtam, Cap. 1, 32. & 13, 24. utrobique *ſauil* ſcribitur. Jam vero quum uno tenore voces in codice argenteo exarentur, incertum eſſe poteſt, utrum media litera *u* ad articulum præpoſitivum ſit referenda, an vero ad ſequens *il*, aut, quod idem eſt, utrum ſol *il* an *uil* Gothice appelletur. Poſteriori ſententiæ favent *Junius* & *Stiernhielmius*, priori reverendiſſimus *Fr. Benzelius*, idque ex ea ratione, quod *i* punctatum utrobique occurrat, quippe quod monſtret, initialem eſſe litteram. Fateor equidem, hoc argumento nil aliud evinci, quam *uil* una ſyllaba efferri non poſſe, ſed ſi *u* hoc ad ſolis nomen pertineat, diſſyllabum inde confici: allata enim a *Junio* exempla evidentiſſime commonſtrant, in medio vocis *i* punctatum non raro

*) Si lectio ſincera; accidit heic idem, quod ſemel iterumque obſervavi, ut nempe *than* cum gemino *th* ſcribatur, aut potius literam præcedentem ſibi conformet, Joh :1, 46 *ſumaiththan*, (quod ſcribitur *ſumaithan.* Luc. 9, 19. *ſumaihthan*, Joh. 7, 15. & *ſumai uththan* Luc. 9, 8.) Matth 5, 37. *ſijaith than*: ita enim habere video codicem argenteum, etiamſi editio *Benzeliana* alterum *th* omittat Joh. 12, 16. *thatuththan.* Confer *Junium* in *Gloſſ. Gothic.* ad v. *uththan*, pro *uhthan*, nec non *niththan* pro *nihthan.* Joh 13, 47.

raro occurrere, ſed nunquam niſi ab initio ſyllabæ. *) Ut autem ego in poſteriorem ſententiam tranſirem, inprimis effecit parallelifmus linguæ græcæ, ubi ἥλιος ad Gothicum *il*, demta terminatione, prope accedit: adiungi poterunt ἕλα, quod *Heſichio* teſte, τὴν τοῦ ἡλίου αὐγὴν denotat, nec non ἑλεία & ἕλη, a quibus imperatoris Elagabali nomen deduci, conſtat. Cl. vero *Knittelius* ab utraque opinione recedit, ſolemque Gothice *ſauil* appellatum fuiſſe, opinatur. Non diffiteor, me ab eadem hac multum non abhorrere, ſed ob rationes plane alias, quam quas ille adduxit. Quod enim ad conſenſum ling. Celticæ vel Armoricæ attinet, ſcio equidem, *Pezronium* docere, in eadem *ſul*, ſolis nomen aliquando fuiſſe, id quod inde confirmat, quod ibi dies ſolis, *diſul* nuncupetur. Sed quum apud eosdem Armoricos illud orbis lumen vulgo *heol* audiat, & apud Cambros *haul*, facile aſſurgo *D. Louis de Pelletier*, qui in *Theſauro L. Veteris Britannicæ*, pag 850, exiſtimat, ut cetera dierum hebdomatis nomina manifeſte latina ſunt, ita etiam hoc ex eodem fonte promanaſſe, atque adeo peregrinum eſſe. Alteram rationem inde petit, quod in *Ulphila illuſtr.* p. 20. profiteri nos dicat, articulum præpoſitivum *ſa vel ſah* rarius oceurrere. Sed ſi alias ſæpe fallitur bonus *Knittelius*, heic eum fallere velle, parum abeſt, quin pronuntiem. Quæ ibi occurrunt verba, hæc ſunt: *Sau, æque ac ſa & ſah; eſt articulus præpoſitivus, etiamſi rarius occurrat.* Quis vero non videt, heic loci tradi, *ſau* rarius occurrere? quod idem de reliquis dicere, eius ſolius foret, qui nullam codicis argentei nec fragmentorum Paulinorum paginam perlegerit. Si quis dubitet, evolvat *Lucæ* capitis 15 verſum 39, ubi quater invenitur. Ne vero iniuriam critico noſtro facere videar, en ipſiusmet verba! *Ipſe denique*, inquit, *Hyperboreus criticus fatetur, rarius Gothos vertiſſe* ὁ, *& rariſſime (vel, ſi quod res eſt dicam, nunquam) per ſau.* Ignoſco facile reverendo *Knittelio*, ſi in campo, ubi hoſpes eſt, in devia facile abeat: ſed antequam tamen erroris alios arguat, *Ulphilam* a capite ad calcem perlegere debuiſſet, veritus, ne, ſi falſum proferat, aliis ludibrium debeat. Immo vero temere hoc ac ipſo prolatum eſſe, & *ſa* cum *u* finali occurrere, non tantum ab *Hickeſio* obſervatum invenire potuiſſet, ſed duobus in medium prolatis exemplis probatum a rev. *Benzelio*, loco, quem *Ulph. illuſtr.* laudat. En vero ipſa. Joh. 9, 1. *ſau iſt ſa ſunus izwar*, ille eſt filius veſter. Eodem capite, v. 2. *ſau thau fadrein is*: ille an parentes eius, ita enim in codice argenteo legi, obſervatum eſt a iam modo laudato Præſule. Verum quidem eſt, *ſau* utrobique exprimere græcum αὐτός, ſed etiam hanc ſignificationem in *ſa* & *ſah* inveniri, norunt omnes. v. *Junii Gloſſarium.* Sed hæc licet ita ſint, quid mihi ſcrupulum iniecerit, candide profitebor. Ubi Marc. 13, 24. lego, *Sauil requizeith, jah mena ni gibith liuhath ſein, jah ſtairnons himinis wairthand driuſandeins.* i. e. Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ erunt deciduæ; video, in eadem orationis ſerie lunam ſtellasque artieulo demonſtrativo carere: mirum itaque videri poterit, ſi ſoli is uni adiunctus foret. Porro, dum alterum locum cap. 1, 32. *gaſaggqv ſauil*, occiderat ſol, confero cum loco parallelo Luc. 4, 40. *mith thanei than gaſagqv ſunno*, video, hic quoque abeſſe articulum, perinde ac ſi noluerint Gothi, digito

*) Geminum id genus *i* occurrit in una voce *Eſaiin.* Marc, 1, 2.

digito quaſi monſtrare id, quod omnia monſtrat. Sic nunquam *ſa Goth*, Deus, *ſa fan* *) dominus, reperitur, etiamſi Græci nec in his articulum omittant. Deinde quum *ſau* rarius occurrat, &, quantum memoria ſuggerit, non niſi duobus his locis, mirum videri poterit, cur ante *il* continue reperiundum ſit. Modum his ponam, poſtquam, quid ulterius circa articulum *ſau* mihi in mentem venerit, ulteriori philologorum iudicio ſubiecero. Utrobique apud *Johannem ſau* interrogandi vim habet, denotatque *isne: isne filius veſter eſt, illene aut pater ejus.* Jam vero animadvertimus, *u* alias non raro eadem interrogandi poteſtate pollere: e. g Luc. 8, 12. *Witadu qha gatawida izwis*, noſtisne, quid vobis fecerim? ib. 9, 54. *Wileizu ei qwimaima*, visne veniamus? Ita *ni* eſt non, ſed *niu*, nonne, *af*, a, *abu* num a, *ik*, ego, *iku*, egone. v. *Ulph. illuſtr.* p. 86. *ſwa*, ita, *ſwau*, itane. Joh. 18, 22. Luc. 14, 31. *Niu gaſitands faurthis thankeith ſiau mahteigs*, nonne ſedens prius cogitat, potensne ſit. Marc. 10, 2. *ſkulduſiai mann quen aſſatjan*, fasne eſſet marito, uxorem dimittere. Addam unicum locum, nam in re indubia pluribus opus non eſſe, cenſeo. Matth. 27, 49. *Letei ſaiqham quimaiu helia*, ſine videamus, veniatne Elias, ubi reverendiſſimus *Benzelius* legendum cenſet, *let ei ſaiqham quimaiu helia*, iuſtumque verborum ordinem eſſe, *let ſaiqham ei quimaiu helia*, ſine videamus, an veniat Elias. Doctiſſimus *Lye* heic vero recedit a *Benzelio*, idque ex ea ratione, quod interrogatio lateat in ſuffixo *u.* **) Ego vero nihilominus *letei* omnino duas voces eſſe, arbitror, idque ex ea ratione, quod *letan* tertiæ coniugationis ſit, cuius verba in imperativo *ei* omittunt, ut infra in paradigmate & ad v. *gatraua* pluribus monebitur: conf. Luc. 4, 34. & Marc. 1, 24. 3, 4. 6, 24. Verte itaque: *ſine, ut videamus, veniatne Elias.* In transcurſu notabunt veteris litteraturæ curioſi, imperativos in codice ergenteo loco adverbiorum nonnunquam uſurpari. e. g. *ſai*, ecce, pro *ſaiqh. waitei*, ſcilicet. Joh. 18, 35. a *witan*, ſcire, uti apud latinos *age*, *apage* &c. adverbiorum naturam etiam induunt.

Thata ſamo, idem. Nos Sveci eodem loquendi modo hodieque *thet ſamma* dicimus, Al. *ſo ſama.*

v. 5.

Anthar, alter. Cum diſpendio ſenſus ſequitur heic interpres Gothus verſionem e regione poſitam, quæ etiam habet *ſinguli autem alter*, pro eo quod in Græco eſt ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη.

v. 17.

p) *Andwairthi*, facies, unde *in andwairthja*, quod reſpondet græco ἐνώπιον, coram: Alemannice *antuuerdi.* v. *Fragm. Iſidori*, p. 265. Orta vero vox eſt, vel a *wairthan*, quatenus eſſe notat; quemadmodum ſimili compoſitionis ratione latini *præſens* dicunt, germani *gegenwärtig*, belgæ *tegenwordig*, quo etiam pertinet Ulphilanum,

P 2 &

*) Scilicet ubi pro Domino Deo ponitur. Alias quum de domino aut poſſeſſore rei alicuius ſermo eſt, articulus locum invenit. v. Luc. 14, 23. 16, 8. 20, 13. Invenimus tamen, imitatione Græciſmi, *thamma Jaiſua*, Luc. 6, 11. *thana Abraham* cap. 16, 23.

**) Interdum etiam *u* affixum conditionale eſt & dubitativum. e. g. Joh. 15, 22. *Nih quemjau jah rodidedjau*, niſi veniſſem & locutus fuiſſem: & ſic alias ſæpiſſime.

& ab eadem radice ortum *anawairtho*, futurum. Al. *zuouuartun*, apud *Tatianum* Cap. 13, 13. vel etiam a simili radice, quæ videre denotavit. Supersunt illius vestigia in cognatis linguis. Isl. *wara*, ut in *Heimskr.* T. 2. p. 219. *Hiolt han meth lith sitt a Inga K. fyrr än han wardi*, duxit adversus Ingonem R. antequam videret, vel, ex improviso. Habemus inde *war*, oculatus, *warse*, videns A. S. *wære*. v. Bibl. Anglos. Luc. 12, 40. Germ. *gewar*, ut alia prætercam. Græci, *w* omisso, ὁράω usurpant. Et hoc etymon ne repudiem, efficit collatio vocis cum altera Ulphilana *andawleiz*, quæ etiam faciem notat, & manifeste oritur a *wlaitan*, videre. Sic etiam Gallorum *visage*, a videndo formatum est, nostrum *ansigte* a *se*, *anlete* a *lita*, quorum utrumque videndi significationem habet: adde Anglosaxonum *andsyn* a *seon*, quod idem sonat. Al. *antluzze*, a radice modo indicata *lita*. conf. *Junii Etymol. Angl.* ad v. *ward.*

v. 18.

q) *Gawairthi*, pacem. Cognata vox est Anglosaxonico *wære*, pax, fœdus, & Alemannico *uuara*, id. (*Fr. Junius* ex Glossario Theotisco, citat *ana uuara*, sine fœdere,) nec non Islandico *wære*, tranquillitas. v. *Rudolphi Jonæ Gram. Isl.* p. 7. Notatu dignam hanc vocem reputavi, quum originem denominationis reddat vocabuli *Varangus*, *Barangus*, Isl. *Wæring*, quod nomen erat legionis prætoriæ apud veteres Constantinopoleos Imperatores, ex Gothica gente utplurimum conflatæ, cuiusque adeo frequens mentio fit tam in septentrionali, quam Byzantina Historia. Hac vero in opinione inde confirmor, quod videam illos solenni vocabulo alias *Fœderatos* fuisse appellatos, quod ipsum nomen græce scribentes retinuerunt, φοιδερᾶτοι dicentes, idque, ut ait *Procopius*, in *Descriptione Ponti Euxini*, ὅτι ἐπὶ ξυνθήκαις τισὶν ἔνσπονδοι ἐγένοντο, quod certis pactionibus in fœdus suscepti essent. Conf. *Suidas* in hac voce. Historiam horum militum habemus apud *Jornardem*, de *Rebus Gethicis*, Cap. 21 & 28. Conf. Epistolas *Sidonii Apollinaris*, Lib. 1. Ep. 8 & 2. 13. nec non ad illas *Savarronis* annotationes, quosque alios citant *Du Fresne* & *Meursius* in *Glossariis*. Deduci alias, nec id incommode, hoc nomen solet a *wærja*, custodire, unde *wæring* sonaret custodem: sed quum exterorum auctoritas huic nostræ nominis notationi faveat, illam præfero.

v. 19.

r) *Gawrisandans*, vindicantes. Etiamsi tam Ulphilanæ litteræ quam latina earum delineatio & vocabulorum index hanc lectionem in editione *Knitteliana* præferant, certum tamen est, *gawrikandans* esse legendum, a *gawrikan*, vindicare, quæ vox in *codice argenteo* hoc significatu occurrit, Luc. 18, 8. reperiunda etiam in reliquis Scythicæ originis dialectis. A. S. *wrecan*, *wræcan*: *wrace-dagas* ἡμέρας ἐκδικήσεως. Luc. 21, 22. Al. *rechen*, Belg. *wreken*, Germ. *ræchen*. In vetere lingua Sviogothica *wræka* etiam hoc sensu non raro occurrit. *Chron. Rithm.* p. 483.

Jag skal wræka min skada, när Gud wil
Iniuriam meam ulciscar, ubi Deus voluerit.

Historia Alex. M. Rhythmica.

Jag wil thet wrækia opa them
Illud in eis ulciscar.

Postilla

Postilla Laur. Petri, in festo Circumcis. *Att Gud synden intet mer række eller wræka wil*, quod Deus peccatum amplius imputare & vindicare nolit.

Idem, quod modo attulimus, Ulphilanum *wrikan*, *gawrikan*, præter modo allatam significationem notat etiam persequi, unde *wraka*, persecutio, nec non exsecrari, ut patet evolventi Matth. 5, 44. Fieri etiam potest, ut in cognatis numeret Mœso-gothicum *wrohjan*, accusare, quum *h* & *k* litteræ sint, quæ sæpius, quam ullæ aliæ, inter se permutentur. Anglosax. *wregan*. Alem. *ruagen*, *rugen*. Isl. *rægia*. Sveth. *röja*, quod apud maiores nostros in accusandi significatu sæpius occurit. v. *Statut. Magni R.* de anno 1280. §. 2. ad calcem *Juris Birc.*

s) *Thwairheinai*, itæ, ita scilicet supplendam vocem iudicat *Knittelius*, *a twairhein*, ira, quæ vox occurrit infra, cap. 13, 4.*) *Twairhs* vero, iratus, reperitur in codice argenteo. Anglosax. *thweor*, *thwyr*, *thwur*. Apud nos *twær* transversum notat, nec non contratium, quæ propria vocis & prima significatio esse videtur. Al. *duerh*, *duerah*. Anglos. *thwurh*. Ita Luc. 9, 41, γενεὰ διεστραμμένη redditur *thwure cneores*. Isl. *twer*. Germ. *qwer*, *zwerch*. Deinde, quemadmodum Gr. σκολιὸς obliquum & simul perversum significat, ponitur pro irato. Isl. *thuerlyndur*, iracundus. Quod vero *Knittelius* Germ. *zorn* hinc derivari posse credat, novum est, & quod analogia linguæ vix admittit.

t) *Fraweito*, vindicta, ἐκδίκησις. Habemus in codice argenteo hanc vocem Luc. 18, 3 & 5. & heic infra Cap. 13, 4. Eiusdem familiæ est *idweitan*, exprobrare, Anglos. *edweitan*. Al. *ituuizon*. Sveth. *förwita*. In lingua nostratium vetusta *wite* vindictam legalem denotat. v. *Westg. L. Arf.* B. Cap. 17 & 19. nec non pœnam. Anglos. *wite*. Alem. *uuizzi* unde *helwite*, pœna infernalis, gehenna. Al. *hellauuizi*, id.

u) *Gildau*, retribuam. Nota hæc vox est omnibus dialectis Scythogothicis in significatione solvendi, retribuendi: unde in codice argenteo *gild* tributum, *kaisara gild*, tributum Cæsari pendendum, *gilstrameleins*, ἀπογραφὴ, tributi scripto. In legibus patriis *gjälda* sæpissime occurrit. *gälda skadan*, damnum rependere, *gälda böter*, mulctam solvere. Anglosax. *gyldan*, *geldan*, Al. *gelten*. v. *Wachteri Glossarium*. Composita Mœsogothica sunt *fragildan*, *usgildan*, de quibus consule Glossographos.

v) *Fan*, Dominus. Multa de hac voce tradiderunt multi, nemo vero elegantiora, quam *Olaus Verelius*, nostras, cujus anctoritatem secuti plurimi tanquam singulare id annotare iusserunt, quod una eademque vox apud Gothos exteros Deum, apud indigenas diabolum denotet. Sed tota hos errare via, mihi persuasissimum est, penitusque diversa esse hæc vocabula. Id vero ut evincam, in antecessum notandum erit, si a Mœso Gothica lingua discesseris, in nulla reliquarum vocem *Fan* pro diabolo acceptam occurrere, immo nec apud Islandos, quorum sermo cum nostro tantam affinitatem habuit. Quæro itaque, unde & qua via vox illa ad nos, præteritis reliquis omnibus nationibus, pervenerit? Deinde etiam sciendum, nec in scriptis nostratium antiquioribus ullum eius vestigium reperiri:

 quod

*) Incertum tamen est, utrum *thwairheinai*, an *thwairhein* supplere debeamus. Prius verum est, si nominativus *twairheins*, posterius si *twairhein*. v. *Hickesii Gram.* p. 16 & 100. Utriusque terminationis exempla habes Luc. 2, 32. Conf. Schemata XXIV. & XXV. Diss. de *Nominibus Mœsog.*

quod dum confidero, exploratum habeo, novam esse hanc vocem, & quoquo modo effictam.. Ubi eam omnium primo invenio, est *Chronicon Rhythmicum*, cuius postremam partem Seculo XV. non esse antiquiorem, novimus, quodque p. 375, habet.

The fworo at fœnden war ther mœder

Jurarunt, diabolum ibi adfuisse.

Eadem forma vocem hanc apud Anglo Saxonas inveni. Fragmentum *vitæ S. Margaretæ*, in *Grammatica A. S. Hickesii.*

He fervede nitt and dau fendes in helle.

Serviit nocte dieque diabolo in gehenna,

quumque iidem diabolum vulgo *feond* appellitent, & dein observare liceat, Alemannos eodem significatu *fiant* vel *fiunt* usurpare. v. *Gloss. Lips.* statim succurrit, in scriptis Islandicis, nil esse frequentius, quam ut *fiande* simpliciter pro inimico generis humani ponatur. *Thorst. Wikingsons S.* p. 12. *Lioter sem fianden*, teter instar diaboli. *Fiandakrapt* est ars diabolica, &c. Confirmat me hac in opinione, quod memineram, Danos & inferioris Gothiæ incolas hodieque non *fanen* sed *fanden* dicere, quod adeo idem est, ac Anglo Saxonum *fenden* & Islandicum *fianden*, hostis, inimicus. Idem ille malus genius in Codice Argenteo simili fere ratione *unhultha* vel *unhultho* audit, quasi immitem diceres: ab *huld*, amicus, benignus. Ceterum ut ad Ulphilanum *fan* redeam, veram eius lectionem primus omnium nobis ostendit vir doctissimus, *Joaunes Gordon*, cuius elegantis observationes, quum *Analectis* nostris *Ulphilanis* integras subiiciamus, eo lectorem remittere liceat.

v. 20.

x) *Jabai gredo fiiand theinana. Knittelius* heic duplici versione ultima verba reddit, si esurierit inimico tuo, & inimicum tuum, incertus, uti videtur, utrum abbreviatio *theinamma* an *theinana* indicet. Sed præfero omnino posterius. Ratio hæc est. Habent Gothi verba impersonalia, quæ pro more dialectorum cognatarum dativum casum fere adsciscunt. Huius classis sunt *galeikaida mis*, placuit mihi. Luc. 1, 3. *thugkeith im*, videtur ipsis. Idiotismo vero omnibus Scythicæ originis dialectis communi verba sitiendi & esuriendi quartum casum adsciscunt, uti exemplis nonnullis in medium proferendis ostendam. In codice argenteo legimus Joh. 6, 35. *Thana gaggandan du mis ni huggreith, jah thana gaulaubjandan dumis ni thaurseith qhanhun*, veniens ad me non esuriet, credens in me non sitiet unquam: quæ verba Anglosaxonicus Interpres reddit: *Ne hingrad thone, the to me cymth, and ne thyrst thone nœfre, the on me gelyfth.* Alemanni eodem modo: testem dabo *Tatianum*, Cap. 15, 2. *After thiu hungirita man*, postea esurivit.. Nec discrepat loquendi ratio Islandorum. Marc. 2. *Hafed thier eigi lesid, huad David gjorde, tha han thurfte vid, nœr hann hungrade sialfan:* nonne legistis, quod fecit David, quum opus habuit, & ipse esuriit. Paulo operosius hunc veterum linguarum idiotismum explicandum duxi, quum mantissæ loco observationibus syntacticis *Hickesianis* adiungi possit, & heic loci necessaria sit. De voce vero *gredon* notandum est, Anglosaxonas voracem nec non avarum *grædig* appellare, Islandos *gradugr*. Sequens *thaursjai* simili impersonali forma positum scias.

y) *Mad,*

y) *Mad*, eſcam. Error amanuenſis. Non enim alternant *d* & *t*, ut ſupra monitum eſt: ſcribitur vero conſtanter in codice Argenteo *mat*, uti etiam heic in ſequentibus.

z) *Dragkei*, pota, potum da, a *dragkian*, quod habet codex Argenteus, ortum a *drigkan*, bibere. Apponendum eſt hoc verbum illis, quæ *Hickeſius* in *Gr. Angloſax.* Cap. XI. §. 16. a ſimplicibus orta vim habere ait coniugationi Ebræorum Hiphil reſpondentem. Hoc in numero eſſe docet *fahan*, gaudio afficere, a *faginon*, gaudere. Adde *lagjan*, ponere, a *ligan*, iacere. *ſatjan*, ponere, a *ſitan*, ſedere. *urraiſjan*, ſuſcitare, ab *urreiſan*, ſurgere, *urranjan*, extollere, facere ut oriatur. Matth. 5, 45. ab *urrinnan*, oriri. *gadrauſjan*, præcipitare, a *gadrjuſan*, cadere. *gakanjan*, notum facere, a *gakunnan*, cognoſcere. *ganasjan*, ſalvare, a *ganiſan*, ſalvum fieri. *gawagjan*, concitare, a *wigan*, movere. *gaſtagqwjan*, percutere, a *gaſtigqwan* percuti, offendere, *inbranjan*, comburere, a *brinnan*, ardere. *Vakjan*, excitare e ſomno, a *vakan* vigilare. Suſpicatus fui, huc quoque jure ſuo referendum eſſe illud *gamaudeith*, quod in cod. argenteo, Joh. 14, 26. occurrit, exprimens græcum ὑπομνήσει, ubi *d* pro *n* errore amanuenſis poſitum credidi, adeo ut *gamauneith* rectius legeretur, a *gamunan*, meminiſſe. Sed hoc nemini obtrudere velim. Servant ejusmodi verba, quæ factiva appellare ſolet *Wachterus*, haud pauca linguæ hodie vigentes, Svethica, Germanica, Belgica, &c. *)

aa) *Haurja* vel *hauri* prunam vel prunarum congeriem notat. Hoc ſenſu in codice argenteo occurrit Joh. 18, 18. ubi *haurja waurkjandans* notat ignem ſuſcitantes, vel carbonibus ignem ſubiicientes. Ἄνθρακες & ἀνθρακία ita tantum differunt, ut illud prunas denotet, hoc prunarum congeriem. Non itaque opus eſt, variantem lectionem heic effingere. Quod *haurja* cognationem habeat cum Angloſax. *heorth*. Al. *herth*. Germ. *herd* & Angl. *hearth*, creditur. Sed *th*, quod adeo ſtudioſe ſervant ceteræ dialecti, me ancipitem reddunt. Quum *h* & *k* literæ ſint præ reliquis alternantes, fuerint, qui noſtrum *haurja* ab Ebr. חרר, arſit, accendit, non incommode deduci, putent.

bb) *Rikis*, coacervabis. Ita enim vertendam eſſe vocem, in codice argenteo non occurrentem, manifeſtum reddit collatio cum textu græco, ubi σωρεύσει teperitur. *Knittelius*, qui ubique exilis eſt, heic loci penitus aliena loqui videtur: ſcilicet neſcio illi, quo noſtrum *rikis* referre deberet, ſubiit, *rechen* in L. Germanica raſtrum denotare: unde ulteriori examine opus non eſſe, ratus, ruſticum hoc inſtrumentum, invito & ringente Apolline, ſtruendo foco adaptavit. Dedit huic errori, ni fallor, alter error occaſionem. Ut nempe raſtrum ſuum tueretur, pro ἄνθρακας, ἀνθρακίαν legiſſe Gothum exiſtimat, quum huic voci Joh. 18, 18. Gothicum *haurja* reſpondeat: ἀνθρακί vero in hiſtoria Evangelica focum converti videns, credidit græeo illo vocabulo locum intelligi, ubi ignis accenditur & ardet, Germ. *herd*. Sed qui linguæ græcæ ſcriptores vel a primo limine ſalutarunt, norunt utique, ἀνθρακίαν nil aliud heic eſſe, quam congeriem prunarum **), uti dum apud *Homerum* legimus ἀνθρακίην στορέσας, focum exſtruens, hoc eſt prunas congerens. Quem vero

*) Alias, ubi ſenſus iſtiusmodi verba requirit, circumlocutione utitur *Ulphilas* per verba *gawaurkjau*, *gataujan*, *briggan*. v. Luc. 9, 14. 15. Joh. 8, 36.

**) *Tatianus* recte vertit *zi ther gluoti*, ad prunas.

vero ſenſum habet, raſtro purgare prunarum acervum? Immo vero, ſi quoque audaculæ *Knittelii* conie&ctilde;turæ gratiam faciamus, dum opinatur, Gothum interpretem legiſſe non σωρεύσει ſed σαρώσει, a σαρόω, ſcopis purgo; ſcire lubenter vellem, quid raſtrum ad ſcopas? quippe quibus utimur, ad everrendum, non ad coacervandum. Si, quibus liber *Knittelii* ad manus non eſt, ſcire fortaſſis libuerit, quem tandem ſenſum Gotho noſtro vel potius diſſolutis ſuis ſcopis tribuat, ſciat, illo interprete, *Ulphilam* heic ſignificare, eum, qui inimicum ſuum bonis cumulat, raſtro furnum purgare, hoc eſt *alimenta acerbitatis ſubtrahere.* Sed ohe ſatis eſt!

Supereſt, ut quæ noſtra de hac voce *rikis* ſententia ſit, paucis explicemus. Non ego memini, me aliquid huiusmodi in diale&ctilde;to vel Alemannica vel Angloſaxonica inveniſſe. Sola eſt Islandica, quæ nobis quærentibus facem offerat: in ea enim, au&ctilde;tore *Gudmundo Andreæ*, *Lexici Islandici*, pag. 121. *hreika* vel *reika* notat ſtruere, in cumulum exſtruere, conſtruere: ut adeo voci σωρεύειν perfe&ctilde;tiſſime & ex aſſe æquipolleat. In vetere *Lege Dalica* pag. 19. occurrit *röka* eodem ſignificatu de ſegete in acervos colligenda. *Röki ſaman, aki ſwa ſaklöſt*, ſegetem coacervet, & ita impune arvum tranſeat. *Rök* apud nos hodieque acervum ſegetis, pluribus mergitibus conſtantem, ſignificat. Antique *rauk*. v. *Gothl. L.* Cap. 3. §. 2. Isl. *hraukr*, quod vocabulum non tantum de ſegetis acervis, ſed etiam de quibusvis rerum congeſtarum cumulis, lignorum, ceſpitum, &c. eodem *Gudmundo* teſte, uſurpatur, uti etiam vulgus noſtratium *ruka* nuncupat rerum quarumcunque ſtruem. Belg. *rock*, id. *rock hoys* apud *Kilianum* eſt meta fœni. Angloſaxones *hreak* habuere, ut apud *Benſonium & Somnerum* videre licet, unde Angli hodieque dicunt *reck* & *rick of corn*, cumulus frumenti. Nec dubito, quin ad eandem familiam pertineat Suethicum *roge*, quod cumulum menſuræ notat: unde *rägadt mätt*, menſura cumulata. Temperare mihi non poſſum, quin verbo heic moneam, quemadmodum inter linguam Scythicam veterem & Latialem major, quam quæ vulgo creditur, harmonia & affinitas deprehenditur, mihi in mentem veniſſe, huius radicis veſtigia haud obſcura ibi etiam deprehendi. *Rogus* enim, cuius vocabuli propriam ſignificationem *Voſſius* ſibi ignotam eſſe fatetur, nil aliud proprie denotaſſe mihi videtur, quam lignorum ſtruem, cui cremanda mortuorum corpora imponebantur, & ut ab acervo coacervare formatum eſt, ita etiam a *rogus*, *corrogare*, dumque *Cicero* phraſin hanc uſurpat, *derogare alicuius laudibus*, eandem metaphoram eſſe ſcito, ac dum idem in Epiſtolis ad *Atticum* ait, *de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.* Intelliges ita facile, quid proprie ſonet *arrogare*, hoc eſt, ad ſe pertrahere. Ego certe non video, qua commoda ratione hæc omnia a *rogando* deduci queant. Sed ut ad noſtrum *rikit* a brevi diverticulo iterum redeam, ſilentio non prætermittam, *raka* in Sviogothica lingua vocabulum eſſe, quod proprie prunas congerere notat, cui reſpondet Belgicum *raeckelen*: unde apud *Kilianum raeckelen het vier*, rutabulo proruere ignem, *ræckelſtock*, rutabulum, Angl. *rake:* nos habemus etiam *ugnsraka*, inſtrumentum, quo e furno titiones & prunas egerunt piſtores. Angloſaxonice *fer-rece*, batillum apud *Somnerum*, in *Di&ctilde;tionario Angloſaxonico*, nec non *ofen-raka* in *Gloſſ. Aelfrici Tu B. L.* utrum libet adopta, ſua vero raſtra *Knittelio* remitte, quippe quæ nullis fidiculis huc trahi poſſunt.

Quod

Quod ad illa attinet, quæ ex occasione præsentis vocabuli hic auctor adfert, eo tendentia, ut lucem addat loco obscuro codicis argentei, Matth. 9, 16. verbo tantum monebo, peritum lectorem facile animadvertere, ea examen non sustinere, immo, ut verum fatear, nec mereri.

v. 21.

cc) *Thiutha*, bono. Occurrit hæc vox non raro in Dialecto Mœsogothica, & in illa sola: ceteræ enim pro eo *god*, *gout*, *sel*, *til* aliaque adoptarunt. Succurrit tamen, quod in *Platonis* dialogo, quem *Cratylum* inscribit, legerim, in veteri Græcia, διὸς idem denotasse, quod bonum. Διὸς γὰρ σημαίνει τἀγαθόν. Indicavimus antea *th* & *d* sæpe alternare, atque adeo sonum haud dubie cognatum habuisse: quo posito, & simul observato, *thiuths* esse dissyllabum, utpote in quo *i* non *j* cernitur; sola fere terminatione id a Græco διὸς discrepare, cernitur. Invenimus hac via, dum veteres Græci principem Deorum suorum Δία nuncupabant, Latinique *diespiter*, eos hoc numen suum bonum, & bonum patrem appellare voluisse. Scio equidem, veteres, & in hoc numero *Macrobium* diespitrem dictum tradere, quasi diei patrem: sed quum orci tenebrarumque domino, *Plutoni*, idem nomen aliquando tribuatur, evidens est, nominis rationem aliunde petendam esse. Nisi forte viderer, hypothesi nimium inservire, sique instituti ratio permitteret, ut in antecessum probatum darem, Græcos ipsos non diffiteri, se a Scythis, ut multa alia, ita imprimis doctrinam sacrorum hausisse, & proinde non improbabile esse, cum ipsa scientia multos terminos ad scientiam pertinentes ad eos transiisse: dicerem facile, quemadmodum in eorum lingua *Gud* a *god*, hoc est a bonitate nomen habet, ita & Græcos a *thiuths*, θεὸς fecisse. Nominis huius origo petitur alias modo a currendo, (θέω) modo a videndo, (θεάομαι) etiam a δέος timor: sed specie singula fere carent.

dd) *Unthiuth*, malum, a præcedenti *thiuths*, & particula negativa *un*. In codice argenteo habemus *unthiuthtaujan*, male facere.

CAP. XIII.

v. 2.

ee) *Gareideinai*, ordinationi. Occurrit in codice argenteo *garaid*, ordinatum. Luc. 3, 13. In lingua patria habemus, *reda*, ordinare, & *reda*, ordo, unde *oreda*, confusio. Islandice *greida*, præposito *g*, *greida word*, excubias ordinare, apud *Verelium*. Nec me falli credidero, si huc referendum dicam illud *Tatiani antreitu*, quod capite 2, 3. occurrit *In antreitu sines uuehsales*, h. e. in ordine vicis suæ; quodque *Palthenius* non satis commode trahit ad Germanicum *antritt*, introitus. Hoc vero *antreitu* præfixam habet particulum *ant*, quæ oppositionis nota est, atque adeo vicissitudinem commode describit, quæ nil aliud est, quam ordo diversorum. Conf. *andreidim* in fragmentis *Isidori* p. 260. edit. *Palthenianæ*, ubi etiam simplex *redha*, ordo, occurrit. Idem *reda* apud nos notat etiam numerare, quasi calculos ordine ponere, it. solvere, *bereda*, id. In antiquis legum tabulis *bereda giæld*, debitum solvere. Cognata sunt odicis argentei *rathan*, numerare & *rathion*, numerus, quibus concinit Lat. *ratio*, &

Gr. ἀριθμός. Conf. *in redinu*, in numero, apud *Otfridum*. Lib. II. VIII, 63. Radicem communem omnia forte agnoſcunt Gothicum *rad*, ordo, ſeries, linea, unde *rada upp*, ordine ponere, recenſere. In veteri lingua Sviogothica & apud Islandos *attrædr* ſignificat octogenarium, quaſi qui octavam in abaco lineam attigit, *nirædr*, nonagenarium, qui nonam lineam, uti dum in *Bibliis Islandicis* Gen. 17. legimus. *Skal eg eiga barn hundrad ara gamal, og ſkal Sara nÿræd fæda*, egone centum annos natus liberos ſuſcipiam, & an Sara nonagenaria pariet? *hundrade* hic centenarii numeri nomen eſt, quaſi linea decima ab *hund*, quod decada notat, uti teſtatur Angloſaxonum numerandi ratio, qui *hund ſeofontig*, e. g. ſeptuaginta vocant, *hundtwelftig*, centum & viginti, cuius eiusdem familiæ utique ſunt Græcorum κοντ, & Latinorum *gint*, in τριάκοντα, *triginta*, & reliquis, *k* & *g* in *h* converſo. Germani lineam *reche* appellant, nos *ræcka*, *en lång ræcka*, longa ſeries, a quibus multa derivata habemus, *rechnen*, numerare, Svethice *rækna*, Angl. *reckon*, Belg. *reckenen*, Isl. *reikna*, Angloſax. *reccan*, & Ulphilanum *rahnan*

ff) *Andſtoth*, reſtitit. *Knittelius* errore, quo leviorem raro committit, vertit, reſiſtit. Sed eſt tempus præteritum vel imperfectum. Sic Luc. 8, 4. *Jah gaſtoth ſa runs blothis izos*, & ſubſtitit fluxus ſanguinis eius. Metaphraſis Angloſaxonica ibi habet *ætſtod*. Sueci ſimiliter *ſtod* dicunt. Alemanni *ſtuont*. *Edv. Lye Gr. Goth.* p. 53. Tempus præſens habet *andſtandith*. Joh. 19, 12.

v. 3.

gg) *Reiks*, principes. Occurrit in codice arg. vox eadem & *reik*, principatus, Luc. 20, 20. *reikiſt*, ſupremus. Marc. 8, 22. *reikiſtin gudjin*, ſupremo pontifici, *reikinon*, imperare. Joh. 14, 30. Transiit etiam ad dialectos cognatas. Angloſaxonice enim *rice* potentem notat. Isl. *recke*, *rekr*, vir inſignis, viribus pollens. v. *Gudm. Andreæ Lex. Isl.* Alemannice *rek*, *recke*. Parænesis *Tyrolis*. p. m. 11.

Darunter ſich die recken ſwungen
Sub quibus athletæ ſe glomerabant.

Ad quem locum v. annotationes *Goldaſti*. Invenitur etiam non raro in ſcriptis noſtratium medii ævi. Hiſtoria *Alexandri M. Rhythmica*. p. 11.

Ther war mängan ärligan ræcki,
Som lotho ther thera örs förtäcka.
Ibi erant multi principes nobiles,
Qui equos ſuos inſternendos curarunt.

Si *Sturleſonii Eddam* audimus, conſtabit, quo tempore vox illa in Septentrionem inducta fuerit; ita vero ille in *Synonymis Poëticis*. *Reckar woru kallader their menn er fylgdhu Alfi Kongi, og af theirra nafni eru kallader hermen.* *Reckar* vocati ſunt, qui *Alfum* regem ſtipabant, & inde eo nomine appellati ſunt bellatores. A potentia & virium robore hocce nominis utique inditum eſt. *Rik* enim *reich*, *rih*, *ric* per orbem Scythicum proprie potentem denotavit, quæ eadem ſignificatio fuit Celtici *rich*, ut obſervat *Pezronius*, in tr. de Antiquitat. linguæ & nationis Celticae. Verba

eius

eius funt p 436. *Ce mot fignifioit originairement fort & puiffant: & comme ceux, qui avoient le plus de force, amafferent par leur brigandage le plus de bien, de la le mot de* rich *marqua en fuite un homme riche & opulent.* De Anglofaxonibus idem certum eft. Afferam unum ex Bibliorum metaphrafi eius linguæ locum, Luc. 1, 52, ubi græca Evangeliftæ verba καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων explicat *he awearp tha rican of fete.* Nec minus hic vocabuli ufus apud Alemannos frequens eft. *Otfridus* Lib. II. Cap. XII, 121.

Nift man nihein fo richi,
Ther ftigi in himilrichi.
Nemo hominum tam potens,
Qui afcendat in cælum.

Ex fcriptoribus Islandicis plena manu iftiusmodi exempla adferre, fi opus foret, poffem. Defungar uno, depromto ex hiftoria Canutidarum, *Knytlinga S.* p. 84. *War thar rikt wardhald*, erat ibi valida cuftodia. Profluxit fine dubio ex hoc fonte honoris titulus, qui apud maiores noftros præcipuæ dignitatis viris dabatur, *rikr bonde*, cui affinis eft mos Hifpanorum, qui fimiliter optimates fuos *ricos hombres* appellant.

hh) *Ogeis*, timeas, ab *ogan* timere, quod in codice argenteo crebro occurrit, *ohtedun*, timuerunt, quo eodem pertinet *agis*, metus, *unageins*, fecuritas. Obfolevit vox illa, nifi quod hodie *aga* ufurpamus pro caftigatione, hoc eft pœna ad timorem impofita. Ante aliquot vero fecula proprio fignificatu viguit, uti patet ex variis locis *Chronici Rhithmici*, quo pertinet etiam proverbium, quod præfatio *Legum Helfingicarum* præfert. *Hwa fom aghalöös lewer, han hederlöös döör*, qui fine timore vivit, fine honore moritur. *Ogn* etiam timorem indicavit. Præfatio *Leg. Weftm.* docet, leges datas *fattökum til wärnir, fpakum til fridhar än ufpakum til nefft ok ogna*, inopibus in patrocinium, morigeris in tranquillitatem, & immorigeris in caftigationem & timorem. *Ognarbot* in Tabulis *Weftrogothicis*, *Things B.* c. 15. vocatur mulcta, quæ ab homicida pendebatur, ut a timore vindictæ confanguineorum liberaretur. Anglofaxonice *oga, ega, agfa*, timor. Alem. *egifo* id. Islandice *ugga*, timere, *oga*, terrere, *ogn*, timor, *uggurligr*, horrendus, *öruggr* impavidus, fecurus. Pertinet huc etiam *otta*, timor, *ottafleigin*, timore perculfus. Cambrice *ofn*, timor. *Knittelio* autem non fubfcribendum, qui Germanorum *angft* ad hanc radicem pertinere docet: meliora dedit *Wachterus*, in v. *angen* & *engen.*

ii) *Hazein*, gloriam. Codex Argenteus habet radicem *hazjan*, extollere, laudare: *hazjan goth*, laudare Deum. Luc. 2, 20. conf. fupra cap. 15, 11. Derivativum cenferi poteft ab *hauh*, altus, utpote a quo facta novimus *hauhitha* & *hauheins*, quorum utrumque gloriam denotat: *hauhan* eft elevare, nec non *hahan.*

v. 4.

kk) *Hairu*, gladium. In nominativo *hairus*, Isl. *hior.* Homerus gladium ἄορ appellat. Cfr. *Cafaubonus*, de lingua *Anglofax.* p. 311. *Knittelius* conferendum vult Germ. *hauer*, fed quod ignorat antiquitas, & præterea male quadrat.

CAP. XIV.

v. 10.

ll) Frakant, contemnis, spernis, a *frakunnan*, spernere. Luc. 18, 9. Ad eundem censum Alem. *frakutha*, quod in Glossis *Lipsianis* explicatur abominabilis, pertinere videtur, nec non Anglosax. *fracod* & *forcuth*, pravus, vilis. Vide *Guil. Somneri* not. ad hoc Gloss. p. 18. Radix est k*unnan*, quæ interdum in codice argenteo notat considerare. Matth. 6, 28. *Gakunnaith blomans haithjos*, considerate lilia agri. *Fra*, quod præfigitur, sensum vocis sæpe pervertit, uti dum a *quithan*, dicere, fit *fraquithan*, maledicere, *waurkjan*, facere, *frawaurkjan*, peccare.

v. 11.

mm) Gamelith ist, scriptum est, a *meljan*, *gameljan*, scribere. Dialecti recentiores hanc vocem in sensu pingendi usurpant, ut solent hi duo significatus communibus fere uti vocabulis. De latino pingere res nota est. Anglis w*rite* est scribere, Anglosax. w*ritan*, quo etiam pertinet Ulphilanum w*rut*, κεραία τῶ νόμω. Luc. 16, 17. Islandorum *rita*, apud nos hodie pingere notat. Sic etiam *skrifwa*, quod inde ab ultima antiquitate de ea pictura, quæ stilo vel calamo fit, usurpabatur, olim etiam adhibebatur de ea, quæ penicillo. v. *Catal. Episc. Skar.* ad calcem *Legg. Westrog.*

nn) Mis all k*niwe biugith*, mihi omne genu flectetur. Subsistam heic ad voculam k*niwe*, quæ in nominandi casu videtur habuisse k*niu* vel k*niw*, ad formam *triu*, arbor. Ut enim ab hoc habemus *triwam*, Marc. 14, 43. ita ab eo k*niwam*, Marc. 1, 40. Alem. *chni*, *chneuu*, Anglosax. *cneow*, Angl. k*nee*, Germ. k*nie*, Belg. id. Gr. γόνυ olim κόνυ. v. Scholiastes *Apollonii*. Lib. II. p. 226. & Lat. *genu*, Islandi *hni* dicunt, quod prope accedit ad Ulphilanum *hneiwan*, inclinare. Anglosax *hneigan*, Germ. *neigen*, Isl. *hnyga*, Sveth. *niga*. Hoc vero k*niwe* genitivi casus est, numeri pluralis, cuius constructionis ratio ut patescat, observandum est, Gothos hunc casum præ ceteris amare, atque adeo genitivum non tantum partitivis & partitive positis adiungere, sed universaliter aut affirmantibus aut negantibus, modo ad numerorum classem pertineant. De hocce vero *all* vel *alls* speciatim notandum, in lingua Mœsogothica, quemadmodum etiam nostrate aliisque cognatis, vocem hanc denotare & totum & omne, ὅλον & πᾶν. Priori significatu nomini suo in eodem casu & genere adiungitur, posteriori vero *all* sæpe in neutro genere ponitur, cum nomine genitivi pluralis, uti heic loci, ubi *all* k*niwe* denotat quicquid est genuum, vel omne genu. Ita Luc. 3, 9. *All bagme unbairandane*, omnis arbor infrugifera. ib. v. 5. *All fairgunje jah hlaine*, omnis mons & collis, v. 6. *Gasaiqhith all leike nasein Goths*, videbit omnis caro salutem Dei Marc. 3, 27. *Allata thata frawaurhte*, omnia peccata. Par ratio est universaliter negantium. Luc. 1, 7. *Ni was im barne*, non erant eis liberi, vel nil erat illis liberorum. cap. 10, 19. *Waihte ainohun izwis ni gaskathjit*, nihil ipsis nocebit. conf. *Ed. Lye Gr. Gothica*, p. 56.

oo) Biugith, flectetur. Duplex heic occurrit idiotismus, alter quod verbum activum passivam significationem, alter quod tempus præsens futuri vim assumit. Utrumque exemplis stabilitur, ab *Hickesio* dudum annotatis. Verbum hoc *biugan*, quod universus

versus orbis Gothicus levi cum immutatione agnoscit, in codice argenteo non occurrere, recte docet *Knittelius*, sed illius tamen indicia superesse in *gabuganaim*, flexus. Marc. 5, 4. Anglosaxones dicunt *gebigedum cneove*, flexis genubus. v. Marc. 10, 17. & Alemanni *giboganemo* kneuue. *Tatian.* cap. 46, 2. Ab eadem radice nos *bojor* compedes vocamus, voce florenti latio non ignota. *Plautus* enim *bojas* habet pro vinculo vel numella, qua sontes vinciebantur: quas a loris bubulis ita dictas, falsò putant critici.

pp) Razdo, vox. Editor *alla razdo*, interpretatur, omnis loquelarum, arbitratus eandem loquendi rationem heic esse, atque in membro priori, & proinde *razdo* esse genitivum pluralem. Induxit eum in hanc opinionem terminatio *o*, quæ huius casus indicium esse solet in verbis in a desinentibus. Immo vero in codice argenteo loquela *razda* scribitur. Matth 26, 73. Ego multum non refragabor, etsi scrupulum iniiciat præfixum *alla*, quod femininum est & nominativi casus, quum alias, ubi hic Gothismus obtinet, neutrum gignendi casui adiungi sæpius soleat, uti modo iam monuimus. Suspicatus itaque sum, vocis huius geminam fuisse terminationem, *a* & *o*, ad formam plurium in cod. argent. occurrentium vocum, e. g. *unhultha* & *unhultho*, cacodæmon. v. *Ulphil. illustr.* p. 62. Nec exemplo caret, utramque constructionis rationem promiscue poni. v. Luc. 3, 5. Interim tamen non diffiteor, penitus insolens non esse, aliud genus casui genitivo adiungi. e. g. Marc. 5, 25. *Jah qwinono suma wisandei in runa blothis*, & mulier quædam, quæ fuerat in fluxu sanguinis, & cap. 6, 2. *qhono handugeino so gibano imma*, quarum sapientiarum esset (illa) data ei. conf. Matth. 6, 46. Marc. 1, 27. 6, 2. Luc. 9, 26. 10, 8. 19. Quod vero ad voculam *razda* vel *razdo* attinet illiusque originem, non ingratum fore arbitror veteris litteraturæ amantibus, si eos observare iubeam, *z* in lingua Mœsogothica medium esse derivandi, atque adeo ad ipsam radicem non pertinere, id quod vel eo nomine prætereundum non est, quod haud raro vocabulorum origines & cognationem, animum non satis advertenti, turbet. Rem aliquibus in medium afferendis exemplis probabo. *Razn* domum significat. Marc. 11, 17. *Razn mein razn bido haitada*, domus mea domus precum vocabitur: alias *rohsna*. v. cap. 14, 66. In lingua Islandica *rannur* dicitur. v. *Verelii Index*. *Kongs rannur*, palatium regis. *Mizdo* Mœsogothice merces est: in dialectis cognatis *med*, *mieta*, *muta*. Ita quod Luc. 6, 35. *Ulphilas* habet *mizdo izwara managa in himinam*, merces vestra multa est in cœlis, Metaphrasta Anglosaxo transfert *eower med is mycel on heofone*, & *Tatianus* in *Harm. Eu.* cap. 22, 17. *uuuar mieta ist ginuhtsam in himilon:* conf. 44, 28. & *Otfridus* Lib. V. cap. XIX, 113. Maiores nostri *muta* eodem sensu usurparunt. Ita dum in *Legibus Westrogothicis* sancitur, *mutur æghi ther badhi lukæ ok swa takæ*, sensus est, utrumque coniugum mercedem operis capere, & etiam solvere debere. Jam vero usus vitium voci, in se innoxiæ, affricuit, ita ut vulgo usurpetur pro donis, quibus iudicem corrumpimus. In lingua Sorabica *mito* etiam pro mercede occurrere, testis est *Wachterus*. Quando vero Gothi exteri *z* suum heic inseruere, imitatores habuere Græcos, qui μισθὸν dicunt, quam adeo vocem inter ea forte retuleris, quorum originem frustra nisi apud Barbaros quæri, in laudato suo *Cratylo* docet *Plato*. *Fairzna* in codice argenteo calcaneum notat. Si vero *z* demseris, remanebit *fairna* vel *ferna*, quod penitus fere latinum est.

 Per-

Perna enim apud veteres romanos pedem & imam hanc pedis partem indicabat: unde *pernio*, morbus pedum ex nimio frigore, *compernis*, cui pedes sunt iusto coniunctiores, *pernix*, pedibus celer, quibus adde Hisp. *pierna*, tibia. Græci, τ inserto, πτέρνα usurparunt, (uti a πόλεμος, πτόλεμος &c.) unde πτερνίζω, calce ferio, πτερνίον, pernio. Nos more Gothico in derivatis *s* præfiximus, quorum in numero est *spierna*, calce impetere. Anglosax. *spornan*, *spornettan*, *spurnan*: quo forte pertinet etiam Gr. σφυρὸν, quod malleolum pedis & ipsum pedem quandoque notat: uti dum Homerus pede celeriorem apellat σφυρὸν ὠκύτερον & pulcros pedes habentem καλλίσφυρον. Germani una cum vicinis Belgis terminationem Gothicam hodieque retinent fere. Addam unicum adhuc exemplum: *huzd* thesaurum notat, uti ego arbitror a radice cognata Anglosaxonica *hydan*, *ahydan*, condere, servare, pro quo hodie *hide* obtinet. Eandem ob caussam in dialectis affinibus *hord* & *hort* idem vocatur, ab *birda* custodire, & Isl *fiegätzla*, a *fie*, divitiæ, & *gæta* custodire. Conf. mox dicenda ad v. *gamarzein*. Hisce ita fundamenti loco positis, non dubito, *razda* derivativum habere a *rodjan*, quod in eod arg. notat loqui, Alem. *redan*, Isl. *ræda*, *roda*. *Heims Kr.* T. I. p. 280. *Rött hafom wer fröndor om mal thetta*, nos consanguinei de hac re locuti sumus. In nostra lingua vox illa obsolevit: maiores tamen nostros ea usos fuisse constat. *Hist. Alex. M.*

Jak wil thet för sanning reda.
Vere illud dicam.

Immo *razda* perexigua cum immutatione hodieque superat: *röst* enim sonum notat: *en ropande röst i öknen*, vox clamans in deserto. Isl. *rödd* & *raust*, unde *hareisti*, vociferatio, quo refer Alem. *hlutreister* apud *Keronem* Cap. 7. clamosus: a *hlut*, sonorus, clarus.

v. 13.

qq) *Thanamais*, ulterius, amplius. Occurrit eadem vox in Codice nostro Argenteo Joh. 9, 12. & cum præfixo *ju*, *juthanamais*. Luc. 16, 2. Composita vero est ab adverbio temporis *than*, quum, & *mais*, magis, quod adverbiis junctum comparativum format. Observamus hunc eundem idiotismum per universum fere orbem Scythicum. Ita in Lingua Alemannica habemus *forimer*, antea, anterius. *Otfridus* Lib. V. cap. VI, 28. Islandice *nærmeir*, propius. *Heims Kr.* Tom. I. p. 133. *framarmeir*, posterius, in posterum. *Bibl. Isl.* Syr. 5. Apud nos hodieque usurpamus *fjärmer*, remotius, *nærmer*, propius, *yttermer* ulterius. Apud majores vero nostros inprimis frequentissimi usus erat, quippe qui dicebant *optaremer*, sæpius, *ticklæmer*, id. v. *Confirm. Legg. Upl. Utmer*, superius. *Suderm L. B. B.* cap. 20. *Nidhæmer*, inferius. *Oestg. L. B. B.* cap. 8 *hindermer*, posterius *Acta Publ. Hadorphii* p. 185. ut sexcenta alia prætercam. Superlativus gradus simili ratione formatur per *mist* in Codice Argenteo, ut *aftumists*, ultimus, ab *afar*, post, *hindumists*, ultimus, ab *hindar*, post. Idem receptum est in ceteris dialectis. Anglosax. *fyrmest*, primus, *ytemest*, infimus. v. Marc. 14, 7. 9. *formest*, præcipuus.

rr) *Bistugqw*, offensionem. Est hæc vox inter novas, hoc est Codici Guelpherbytano proprias, sed ita tamen ut verbum ipsum *stigqwan*, *gastigqwan*, & *bistigqwan* habeat Codex Argenteus. In cognatis illius *Knittelius* numerat Germ. *steigen*, scandere, & Alemanni-

mannicum *ſuihhan*, *biſuihhan*, quod ſcandalizare interpretantur gloſſographi, alias ſupplantare. Sed ſi ita primum aurium judicium & qualemcunque concentum temere ſequamur, quidlibet ex quolibet facile fingere licebit. Certiori fide eius familiam in ſeptentrione noſtro inveniemus, ubi *ſlincka*, *ſlicka* & *ſliunka* notat irruere, cum impetu incidere, quæ eadem ſignificatio Mœſogothis in uſu erat. Utramque partem audiamus. Luc. 14, 31. Codex Argenteus habet, *qhas thiudans gaggands ſtigqwan withra antharana thiudan du wiganna*, quis rex abiens ad impetum faciendum in alterum regem, ut eum cædat. Luc. 6, 48. *At garunjon than waurthana: biſtagqw aqha*, inundatione facta, irruebat aqua. ib. cap. 4, 11. *Ei qhan ni gaſtagqwjais bi ſtaina fotu themana*, ne quando ad lapidem offendas pedem tuum: ita enim legendum eſſe, traditur in *Ulphila Illuſtrato*, p. 48. Cum his modo allatis jam conferamus noſtræ linguæ penum. *Goth.* L. cap. 23, 4. *Schiautr thu kunu, ſo et henni ſtinqua clethi yr lagi*, ſi feminam ita trudas, ut mundus ejus turbetur vel corruat. Repetitur quater in eadem paragrapho vox hæc *ſtingqva*. *Chron. Rhythm. p.* 450.

Pijl oeh byſſoſtenar myckit ſtank.
Tela & lapides ubertim ruebant.

Upl. L. *Manh.* B. cap. 4. *Stionkir af ſteni ällæ ſtokki*, ſi reſiliat a lapide aut trabe. Eſt hinc, quod procellam cum impetu ruentem variis in Sueciæ partibus *en ſtickande ſtorm* vocitemus, alias *ſtickande ſtorm:* quodque elaterium vel laminam ferream vi ſua elaſtica cum impetu reſilientem, *ſtinckſiæder* nuncupare, mos eſt. Islandos *ſtöckwa* crebro eodem ſignificatu uſurpare, novimus. *Hrole Krakes S.* p. 86. *Stockur han ſo fram a berſerkinne*, ita in athletam irruit. Conf. *Heims Kr.* T. I. p. 139. Hisce ita præmiſſis, videmus *biſtugqw* id eſſe, ad quod cum impetu irruimus.

ss) *Gamarzein*, ſcandalum. Poſtquam nuperrime probavi, *z* in Mœſogothicis litteram fere ſervilem eſſe, citius apparebit convenientia huius cum Alem. *merren*, quod impedire notat. *Ni martin*, ne impedirent. *Otfridus* Lib. I. cap. 11, 60.

Ouh uuiht mihi gimerre.
Et me nil quidquam impediat.

Ad quem locum confer annotata a *Scherzio*. *Wachterus* in diſſertatione de lingua Codicis Argentei, inſerta Miſcell. Berolinenſibus, *marzjan* inter voces Sclavonicas numerat, quum Bohemis *mrzeti* ſignificet moleſtiam adferre. In Codice Argenteo *airzian* reſpondet Lat. *erro*. Alem. *irren*.

v. 14.

tt) *Tatraua*, perſuaſum habeo. Affero ſcripturam *Knittelianam*, ſed quæ certiſſime falſa eſt. Quovis enim pignore certavero, eum, qui accuratiori acie Codicem ipſum intuitus fuerit, non *tatrava*, ſed *gatrava* ibi inventurum. Facilis etiam hic error eſt: quum T & L non niſi ſuperioris lineæ aliquantilla productione differant. Ille vero gravior, quod *ta* pro reduplicatione habeat vel augmento ſyllabico, ipſumque *tatrava* pro præterito. Hoc vero ut manifeſtius ſit, nonnulla commentabor de verbis Gothicis, lucem aliquam rei Grammaticæ Gothorum allatura, idque eo lubentius, quod non ſatis explicate hæc philologiæ veterum pars ab *Hickeſio*, qui omnium inſtar eſt, mihi tradita videtur. Sciendum vero eſt, tres coniugationes in lingua tam Mœſogothica quam reliquis omnibus Scythicæ origi-

originis dialectis inveniri. Earum vero discrimen ut statim ob oculos ponatur, sciendum est, in lingua Gothorum omnia verba radicalia & simplicia esse dissyllaba. Hoc autem dum dico, excipio illa, quæ præfixum *ga* habent, aliamve quam præpositionem aut nomen, qualia sunt *ganisan*, servari, *anakumbjan*, accumbere, *libantaujan*, vivificare, *galiugaweitwodjan*, falsum testimonium dicere, nec non quæ a nomine aliove verbo formata sunt, e. g. *siponjan*, sectari, a *siponeis*, discipulus, *skalkinon*, servire, a *skalks* servus, *andbahtjan*, id. ab *andbahts*, minister, *fraujinon*, dominari, a *frauja*, dominus, cfr. *raginon*, consulere, *faginon*, lætari, &c. Hisce ita positis, ulterius sciendum est, tempus verborum characteristicum esse tempus præteritum, quod in prima coniugatione est trisyllabicum, e. g. *sokida*, quæsivi, a *sokjan*, *spilloda*, narravi, a *spillon*: & ad hoc schema pertinet pars verborum longe maxima. Altera conjugatio est, quæ perfectum habet dissyllabicum: e. g. *thahta*, cogitavi, a *thagkjan*: *thuhta*, visum est, a *thugkjan*, *munda*, putavi, a *munan*, *bauhta*, emi, a *bugjan*, *waurhta* feci, a *waurkjan*, *mahta*, valui, a *magan*, *aihta*, possedi, ab *aigan*, *ohta*, *uhta*, timui, ab *ogan*. *Hickesius* hæc posteriora per crasin dissyllaba facta putat, atque adeo referenda ad primam coniugationem: sed aliud suadet, præter inflexionis manifestum discrimen, parallelismus etiam omnium linguarum septentrionalium, uti ex infra adferendis luculenter patebit. Tertia coniugatio est, quæ perfectum monosyllabicum efficit e. g. *bad*, petii, a *bidjan*, *grob*, fodi, a *graban*, *hof*, sustuli, ab *hafjan*, *nam*, cepi, a *niman*, *rais*, surrexi, a *reisan*, *quath*, dixi, a *quithan*. Sed ne hæc observatio nimium diu nos teneat, dissertatiunculam subdam de verbis Gothorum, ubi trium harum coniugationum paradigmata separatim formata benevolo lectori sistam, ut ita uno intuitu, in quo singulæ conspirent, in quo discrepent, animadverti possit: in præsentia monebo tantum, primam & secundam imperativum in *ei* vel *ai* fere terminare, ut *sokei*, *armai*, *bugei*, nec non in *o*, ubi terminatio verbi in *on* est: e. g. *salbo* a *salbon*, dum tertia vocalem abiicit, ut *aflet*, dimitte, ab *afletan*, *atbair*, adfer, a *bairan*, portare. Deinde ubi primæ conjugationis participium passivum in *iths* vel *aiths* terminatur, e. g. *gameliths*, scriptus, *meriths*, nuntiatus, *fastaiths*, custoditus; altera participium format monosyllabicum in *ths* vel ds, præcedente consona, ut *munds* reputatus, *kunths*, notus; Tertia vero *ans* amat, e. g. *bundans*, vinctus, *gabaurans* natus. Dixi in superioribus, eandem esse rationem omnium Scythicæ originis linguarum; id vero ut paucis comprobem, nonnulla ex antiquioribus dialectis in medium proferam. Anglosaxones idem coniugationum discrimen accurate observant: quarum primæ schema est *ic lufige* amo, *ic lufode*, amavi, *lufa*, ama, *lufod* vel *gelufod* amatus. Alterius *ic tæce*, doceo, *ic tæhte*, docui, *tæc*, doce, *tæht*, doctus. Eiusdem tribus sunt *bringan*, adducere, *brohte*, *cunnan*, scire, *cuthe*, *dyrran*, audere, *dorste*, *gemunan*, recordari, *gemunte*, *veorkan*, efficere, *vorhte*. &c. Tertia perfectum monosyllabicum habet ut *gesean*, videre, *gesav*, vidit, *geseven*, visus, *niman*, capere, *nam*, cepit, *numen*, captus *svelian*, mori, *sveolt* mortuus est, *svolten*, mortuus.

Alemannis prima coniugatio etiam trisyllabica est in præterito e. g. *machon*, facere, habet *machoda*, *machota*: imp. *mache*, part. pass. *gemachot*. Altera brevior est una syllaba: e. g *bringan*, adducere, *brahte*, *durren*, audere, *gidorsta*, *denken*, cogitare, *thahta*, *sendan*, mittere, *santa*.

Islan-

Islandicæ linguæ ſimilis & eadem ratio eſt: uti ſequentia probant. *Aelſka*, amare, in perf. habet *ælſkade*, in imperat. *älſka*, in part. paſſ. *älſkad.* Alterius coniugationis exemplum dat *brenna*, urere, cuius præteritum eſt *brende.* Imp. *brenn.* Part. paſſ. *brendur.* Tertiæ *bidia*, petere, cuius perf. eſt *bad.* Imp. *bid.* Part. paſſ. *bedenn. Runolphus Jonæ* plures quidem huius linguæ coniugationes ponit, ſed omnes ad hasce tres commode referendas. Pauca hæc in præſentia ideo dicere occupavi, ut veterum harum linguarum indoles, quæ invariata in noſtro ſermone hodieque perennat, melius pateſcat, & ſimul conſtet, pleraque eorum, quæ ab *Hickeſio* aliisque ad anomala referuntur, regularia eſſe, & conſtanti omnium dialectorum Gothicarum obſervatione, uti pluribus infra docebitur, ſtabilita. Quod vero Mœſogothi ſingulare & proprium habent, id eſt, quod more Latinorum, & inprimis Græcorum, in perfecto tempore augmentum ſyllabicum adiungant, hoc eſt primam verbi litteram geminent, addito *ai* diphtongo, ſed id tantummodo in verbis, quæ ad tertiam coniugationem pertinent, e. g.

Afaikan, negare, in præterito habet *afaiak.*
Aukan, augere, *aiauk.*
Bilaikan illudere, *bilailaik.*
Fahan, capere, *faifah.*
Faldan, plicare, *faifalth.*
Greitan, flere, *gaigrot.*
Hahan, ſuſpendere, *haihah.*
Haitan, jubere, *haihait.*
Laikan, exultare, *lailaik.*
Letan, ſinere, *lailot.*
Maitan, cædere, *maimait.*
Saian, ſerere, *ſaſo.*
Skaidan, ſeparare, *ſkaiſkaid.* v. Edit. *Benzel.* Luc. 9, 33.
Slepan, dormire, *ſaiſlep.*
Tekan, capere, *taitok.*
Waian, flare, *waiwo.*

Eiusdem generis ſunt *lailoun*, convitiati ſunt (a *laian*, uti videtur, Sveth. *le*, conf. Joh. 9, 28. edit. *Benzel.* & Isl. *læviſi*, *læging*, vituperatio. Fenn. *pilaan*, illudere, ſubſannare) *faiflokun*, plangebant, de quo conſule appendicem ad *Gloſſ. Junii*, p. 424, *faiſvor*, inſidiatus eſt, a *ſveran*, auctore *Edv. Lye* ad Marc. 6, 19. Ex hiſce omnibus allatis animadvertit facile lector meus, in hoc augmento ſemper, uti dixi, repeti primam vocis litteram cum addita diphtongo *ai*, quæ gr. ε & latino *e* inter pronuntiandum reſpondebat, uti ex vocibus peregrinis & nominibus propriis, in Codice Argenteo occurrentibus, patet. Quemadmodum itaque Græci a ποιέω fecere πεποίηκα, latini a pello, pepuli, ita Gothi a *maitan* fecere *maimait.* Fundamenti loco hæcce ponere debui, ut per ſe lector judicare poſſit, genuinane ſit lectio *Knitteliana tatarva*, Ego vero nego, idque ob duas rationes, quarum unaquæque rei probandæ ſuffectura fuiſſet. Primo, Gothi *tai*, non vero *ta* præmiſiſſent: deinde verbum *trauan*, primæ declinationis eſt, atque adeo augmentum reſpuit. In rei fidem,

ex pluribus unum Codicis Argentei locum adferam. Luc. 18,9. *Trauaidedun ſis*, confidebant, conf. Matth. 27, 42. Tandem a illud, quod in fine eſt, reſpuit præteritum tertiæ coniugationis, quippe quod ſemper monoſyllabicum eſt, ut *bidjan*, *bath*, petii, *bigitan*, *bigat*, inveni, *giſan*, *gaf*, dedi, *qwithan*, *qwath*, dixi, quæque plura ſupra attulimus. Si vero *gatrauaa* legas, omnia ſuis legibus parent. Spero, licet in minutiis hiſce grammaticalibus paulo operoſior fuerim, amatoribus tamen linguarum veterum hanc operam penitus non ſordere. Niſi enim ſermonis genius in conſilium adhibeatur, Davi ſemper erimus, non Oedipi. Succurrit quod in præf. Grammaticæ ſuæ vere pronuntiavit *Ælfricus* Abbas; *The ſtafcræft is ſeo cæg, the thæra boca angytt unlycth* Grammatica eſt ille clavis, qui librorum intellectum aperit.

uu) *Gawamm*, impuritas. Varie ſe in hac voce explicanda torquet *Cl. Knittelius*, donec tandem conſilii inops erroris librarium accuſet, tanquam qui *gawamm* loco *gawann*, & illud alio errore pro *gawan* pinxerit. Scilicet vidit, in Codice Argenteo *wan* defectum notare. Marc. 10,21. *Ainis thus wan iſt*, unius rei defectus tibi eſt, a quo adiectivum refragante conſtructione format *). Sed non eſt, quod quempiam, præter ſemet, erroris accuſet. *Wam* enim vox eſt, quam omnes linguæ Scythicæ agnoſcunt, denotatque maculam, impuritatem, deformitatem, & hoc ipſo a *wan* diſtinguitur, quod non niſi meram privationem indicat. Incipiamus ab Islandis, apud quos *wamm* & *wömm* plenu in uſu eſt. *Far eru wamma wara*, proverbium eſt, notans, paucos eſſe qui vitia ſatis caveant. *Wammafullr* apud *Gudmundum Andreæ* eſt vitiis plenus, *wammudugr*, ſceleſtus, *wammawar* apud *Verelium*, culpam cavens, *wamhaltr*, qui graviter claudicat. Apud Alemannos *wamm* idem ſonuit, unde apud *Keronem*, Cap. VII *unbiuuamter*, immaculatus, cui geminum eſt quod ex codice evangeliorum *Cottoniano* adfert *Hickeſius*, in *Gr. Theot.* p. 28. *uuameslos*. *Hic ſted uuameslos alloro ſund uno*, ſtetit immaculatus ab omnibus peccatis. Sed nunquam frequentius vox noſtra mihi obvenit, quam in lingua Angloſaxonum, in qua *wam*, *wem* & *wemme*, labem, maculam notat, *wemman*, *gewemman*, maculare, *wemleas*, immaculatus, *gewemmend* & *wemere*, corruptor, mœchus, *gewemminge*, profanatio, corruptio. Biblia Angloſaxonica Luc. 12,33. *Thyder theof ne genealæcth, ne moththe ne gewemth*, quo fur non appropinquat, quodque tinea non corrumpit. Matth. 12,5. *Gewemmath thone reſte-dæg*, τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, ſabbatum profanant: *wliet-wamme* in ſtatutis *Aethelberti* apud *Hickeſium*, in Diſſ Epiſtolari p. 9. notat faciei deformationem, quod latine loquentes *wulit-wam* dixere, ut idem doctiſſimus Auctor annotat. l. c. p. 97. Pertinet huc etiam haud dubie Fennonum *wamma*, menda, vitium, auctore *Juslenio*, in Lexico. In nonnullis dialectis pro hocce *wamm*, unius litterulæ mutatione, *hamm* dictum invenio. Apud *Otfridum* certe *ham*, mancum, debilem notat. Lib. III. Cap. IV, 16.

The lagun fol al mannes
Sieches inti hammes.
Quæ erant repleta hominibus
Ægrotis & mancis.

Arbi-

*) Offendimus eandem vocem apud Alemannos. *Tatianus*, cap. 166, 1. *Eno uuas ju iouuihtes uuan*, an ullius rei defectus vobis fuit?

Arbitratus ſum, ad eandem familiam forte pertinere Ulphilanum *hamma* in *haihamma*, luſcus, oculis vitiatus, ab *hai*, quod viſum denotaſſe videtur, & *ham*, vitium: conf. Angloſax. *hiw*, forma, ſpecies, in qua eadem lingua *hamelan*, in genere notat mutilare, etiamſi tanquam ab *ham* poples ortum, vertatur a *Somnero* poplites alicui præcidere. Latiorem certe ſignificationem offendimus in Isl. *hamla: hamla at handum etha fotum*, eſt manibus pedibusve mutilare. *Tatianus*, ubi montem calvariæ appellat *hamalſtat*, idem eſt, ac ſi diceret locum, ubi truncantur homines. An huc etiam pertineat in citato Marci loco *famm*, quod alteram partem conſtituit vocis *hanfamma*, non ſatis ſcio; probabile tamen videtur, inprimis quum inter litteras alias cognatio maior non ſit, quam inter *f* & *w* *). Videmus ex modo allatis, linguas Scythicas duplex *m* finale non adeo averſari, ac putat *Knittelius*. Habemus præter allata in codice argenteo *ſwamm* ſpongia, quod ſimilem terminationem habet. Videmus porro, diſparere variantem lectionem, quam ex hoc loco exſculpſit æque frivolam, ac quas habet ceteras, una litura omnes ſine jactura veritatis evangelicæ obeundas.

CAP. XV.

v. 4.

ww) *Swa filu auk ſwe fauragamelith warth*, quæcunque enim præſcripta ſunt. Incommodam *Knittelii* verſionem *quodcunque enim ſicut ante ſcriptum erat*, heic paululum immutavimus. *Swa ſwe* particulæ ſunt relativæ, in codice argenteo ſæpiſſime occurrentes, quæ ex aſſe reſpondent Angloſaxonicis *ſwa ſwa* & Suethicis *ſå, ſom*: e. g. Marc. 10, 21. *Swa filu ſwe hahais frabugei*, quæcunque habes, vende. Marc. 3, 10. *Iah ſwa managai ſwe habaidedum wundufnjos*, quicunque habebant plagas **), ubi Angloſaxonicus interpres habet *ſwa fela ſwa untrumneſſa hæfdon*, alias *ſwa hwylce ſwa*, Luc. 9, 5. quicunque, *ſwa lang ſwa*, quamdiu, *ſva oft ſva*, quoties. v. *Somneri* Lex. Alemanni ſimili loquendi genere geminatum *ſo* uſurpant. *Notkerus*, Pſ. 50, 4. *So uuilo* (lege *vilo*) *diz mera ſi, ſo uuilo* (*vilo*) *mer uueſg mih*, quo plus (peccati) fuerit, eo magis me lava. Apud *Otfridum* ſæpiſſime occurrit *ſo huuer ſo*, quicunque, *ſo uuas ſo*, quodcunque. Ratio, quam p. 372 huius ſuæ interpretationis reddit *Knittelius*, non eſt, cur adferatur.

v. 9.

xx) *Liutho*, cantabo. In codice argenteo legitur *awiliudon*, gratias agere, præfixo *aw*; quod æquivalet Gr. εὐ, ut in *awdags*, felix, quod Græci eadem compoſitionis ratione εὐήμερος dixere. A. S. *eadig*. Al. *odeg*. *Otfridus*, Lib. I. Cap. VII, 35. & apud *Keronem otaker*, unde nomen *Odoacer* derivat *Schilterus*. A *liudon* vel *liuthon* ſuperſunt plurima derivata, ut Iſſ. *liod*, cantus, *liodfæri*, inſtrumentum muſicum. Germ. *lied*, carmen. Sveth. *lyda*, ſonare, *låta*, id. Angloſax. *hleothrian*, canere, *hlud* ſonorus. Al. *hlud*, id. *luta*, ſonus, *liuton*, canere, & ſexcenta alia.

*) Doctiſſimus *Edv. Lye* in litteris ad me datis arbitratur *hamma* & *famma* heic ſolitam eſſe adiectivorum in tertio caſu terminationem ab *haihs* & *hanfs*: a qua opinione non abhorret linguæ genius. Conf. Diſſ. de nominibus adject. §. 4.

**) Interdum *ſwa* bis ponitur. e. g. Marc. 3, 28. *Naiteinos ſwa managos ſwa ſwe wajamerjand*, blaſphemiæ tot, quot profcrunt.

V. 10.

yy) *Sifaith*, lætamini. Occurrit vox eadem in codice argenteo, Joh. 8, 56. *Abraham atta izwar ſifaida*, Abraham, pater veſter, lætatus eſt. *Hickeſius* in Grammatica Theotiſca, p. 78 ex *Tatiano* citat *ſifahun thrato*, gaviſi ſunt valde, digitum haud dubie intendens ad Cap. 8, 6. ubi tamen editiones, quibus nos utimur, tam *Schilteriana* quam *Paltheniana* habent *gifahun*: conf. Cap. 165, 7. Certe *gifehan* in L. Alemannica eſt gaudere, Angloſaxonice *gefean*, *gefea*, gaudium, quæ omnia cognata ſunt Ulphilano *faheds*, quod in hoc Codice habemus. Radix vocis eſſe videtur *fahan*, accipere, quum quæ proſpera ſunt, cum lætitia accipiantur. Pro neceſſitudine litterarum *h* & *g* videtur, veteres etiam *fagan* vel *faggan* dixiſſe, ut Angloſax. *fangan*, Svet. *fånga*, quæ nos ducunt ad incunabula Ulphilani *faginon*, lætari, Angloſax *fægnian*, Sveth. *fägna*. Isl. *feigenn*, lætus *). Et ita poſterior vocis pars ſatis lucis habere mihi videtur: de præfixo *ſi*, quippe quod exemplo caret, res difficilior eſt. Mihi interim in mentem venit *ſifaida* & *ſifaith* contractum eſſe a *ſik faida* vel *ſis faida*. Ut enim in Lingua Mœſogothica varia ſunt verba reciproca, & in hoc numero inprimis verba affectuum; ita veriſimile eſt, ad eandem claſſem hocce pertinere. Adferemus nonnulla exempla. *Herodes ohta ſis Johannem*. Marc. 6, 20. Herodes metuebat Johannem. *Ohta mis thuk*, metuebam mihi a te. Luc. 19, 21. *Ni faurhteith izvis*, ib. v. 6. nolite timere. *Idreigo mik*, Luc. 17, 4. pœnitet me. conf. *Hickeſii* Gram. Angloſax. p. 74. Nos Svio Gothi verba hæc reciproca poſito ad finem vocum litera *ſ* exprimimus. Ita *glædja* eſt exhilarare, *glædjas*, lætari, *rædas*, timere, *blygas*, pudere, *ſkyggas*, horrere, quæ plenius olim dicta fuere *glædja ſig*, *ræda ſig*, *blyga ſig*, *ſkygga ſig*. Ut dum in *Hiſt. Alex. M.* legimus,

The Herra twa mötto ſik.
Hi Domini inter ſe obviam facti ſunt.

Hodie dicimus *möttes*. Et quemadmodum pro imperio conſuetudinis, non tantum *han blyges*, ſed etiam *jag blyges* dicere moris eſt, ita etiam *ſifaith* cernitur uſurpatum, etiam ſi *ſik* vel *ſis*, ſi disiuncta forent, conſtructionis ratio non admitteret, ſed *izwiz* **). Conferantur tamen quæ in obſervationibus ad Diſſertationem *Wachterianam* de linguæ C. A. allata ſunt.

V. 12.

zz) *Reikinoth*. Auguror in exemplo manuſcripto eſſe *reikinon*, quod poſcit ſenſus, & parallelismus textus Græci. Videant, quibus Codicis adeundi copia eſt. v. Joh. 9, 7. Marc. 15, 36.

*) *Lubainais*, ſpei. Eiusdem familiæ eſt ac *laubjan*, *galaubjan*, credere, *galaubeins*, fides. Alias *wenjan* in L. Mœſogothica eſt ſperare, *wen* ſpes, quæ eadem in linguis cognatis denotant opinari, credere. Apud *Otfridum* *uuan* pro fide non raro occurrere, Evan-

*) Referri huc forte debebit poſterior pars vocis *fullafahjan*, quod eſt facere, quod alicui placeat Marc. 15, 15. *wiljands thizai managein fullafahjan*, volens populo ſatis facere, ubi interpres Isl. *fullnägiu ad giora*: a *nægie*, placitum, gaudium.

**) Interdum etiam pleonaſtice *ſik* adiungi ſolet e. g Marc. 5, 21. *Gaqwemun ſik manageins filu du imma*, veniebat vel congregabatur multa turba ad eum, conf. Cap. 7, 1.

obſervat *Schilterus* in Gloſſario. Nec mirum obvenire debet, ſi *Ulphilas*, qui ſermone popularium, ad doctrinam Chriſtianam nuper converſorum, uſus eſt, terminos in doctrina evangelica adhibendos conſuetudine ſtabilitos non invenerit, ſed apud infideles veræque ſpei expertes neceſſum habuerit, verba rebus ſenſim accommodare. Scytharum ſpes & fiducia olim in armis ſita erat, & Theologia eadem, quæ illius apud poëtam, *dextra mihi Deus eſt.*

Poſtquam ita lucem, quam potuimus, hiſce fragmentis Ulphilanis conciliavimus, epimetri loco obſervationes nonnullas ſubdemus, ſub examen vocaturas illa, quæ ad philologiam Gothicam pertinentia apud *Cl. Knittelium* ſparſim allata offendimus; idque, quod iterum ſancte affirmamus, non ut ipſi moleſti ſimus, jeiunum enim id foret, ſed ut veritati, quod ſuum eſt, tribuamus. Inſtituit vir clariſſimus § 240 ex *Augerii Gislenii Busbequii* Epiſtolis parallelismum inter Linguam incolarum Tauricæ Cherſoneſi & Mœſogothicam. In hoc numero deſidero inprimis *ſchuualth* mors, quod germane Ulphilanum eſſe, nemo non agnoſcit, qui Codicem Argenteum vel a limine ſalutavit. *Suiltan* enim ibi mori eſt, *ſvalt*, mortuus eſt, Angloſaxonice *ſveltan*. *Wichtgata*, quod album explicatur, nec alienum eſt a Mœſogothico *qheit* vel *qveit*, quod idem ſonat, inprimis ſi non inſolita neutrorum terminatio *ata* adiungatur. Dum autem porro ad illam claſſem tranſit, cuius veſtigia in Gothica lingua non exſtare, ait, minus ſatisfacit. Incipit a voce *alt* ſenex, cuius alia indicia in codice Argenteo non reperit, quam quod Luc. 2, 50, *aldins alde* generationes generationum occurrat. Ego in præſentia operoſe non diſquiram, eiusdemne ſtipitis ſurculi ambo ſint hæc vocabula *alt* & *aldins*. Scio autem, in vetere lingua Islandica *ala* idem eſſe ac generare, *ala barn*, liberos ſuſcipere, deinde etiam educare, & tandem ſaginare, quæ ultima ſignificatio apud *Ulphilam* occurrit in *alidan ſtiur*, Luc. 15, 23. vitulum ſaginatum. Latini *alere* dicunt, alere liberos, *altilis*, *altilia*, &c. Sunt vero, quæ propiori iure huc pertinere videntur: ſi enim minus obſervavit, in *Ulphila Illuſtrato* allatum eſſe, *aldoma* pro ſenectute occurrere Luc. 1, 35. & *althiza* pro ſeniore vel maiore natu: Cap. 15, 25. attamen noſſe potuerat, commate 7 capitis primi exempla omnia præferre *framaldra dage ſeinaize weſun*, provecti ætate erant. conf. v. 18 *) *Goltz*, quod apud Ponticos aurum notat, nec apud *Ulphilam* inveniri docet: ſcilicet quia quærentem Gloſſaria deſtituebant. Aſt de concentu Linguæ Mœſogothicæ locuples teſtimonium ipſi dare potuiſſet *figgragulths*, quod in hiſtoria filii acolaſti denotat annulum, vel, ſi ad verbum interpreteris, aurum digiti; Islandi ſimiliter *fingurgull* dicunt. Tandem nec *ſinghen*, canere, in codice Argenteo reperiri ait. Sed quomodo legis, mi *Knitteli*? ſi quærere liceat verbis *Lucæ*, cap. 10, 26. quæ codex Argenteus *qhaiwa uſſigguis* vertit, qui idem Evangeliſta *ſiggwan bokos* habet, cap 4, 16. Scilicet etiamſi hodie in omnibus dialectis Gothicis *ſingen*, *ſjunga* &c. de vocis modulatione canora uſurpetur, olim tamen idem etiam erat, ac recitare, legere. Ex lingua Alemannica teſtem citabo *Otfridum*, lib. I. cap. XVII, 55.

Thaz ir vns ouh gizellet,
Uuio is in iuo buah ſinget.

Quod

---

*) *Framaldra* neutrius generis eſt, idiotiſmo L. L. Gothicæ, quæ, ubi præcedunt nomina diverſi generis, neutrum de utriſque uſurpat. conf. verſu præc. *garaihta, gaggandona & unwaha*, & *Lye Gr. Goth.* p. LVI.

Quod vos nobis quoque referatis,
Quomodo id in libro veſtro legatis.

Ex Angloſaxonibus *Fr. Junium*, in Gloſſario *Ulphilano*, quem adi. Quod etiam Septentrioni noſtro illa vocis ſignificatio familiaris fuerit, non uno documento probare poſſum. *Sturleſonius*, *hiſt. Norv.* Tom. 2. pag. 33. de Rege *Magno*, *Olavi S.* filio, hæc habet: *Magnus ſvaf lytt um nottina, oc ſaung bænir ſina:* Magnus nocte parum dormiit, recitans preces ſuas. Eo lubentius hæc affero, quo certiorem lucem fœnerari poſſunt loco *legum Weſtrogothicarum*, *Kyrk. B.* cap. 13, 3. qui interpretibus, huius ſignificatus ignaris, negotium faceſſivit. Recenſetur ibi inter legitima impedimenta ſacerdotis, ad ægrotum vocati, *æn han ſiunghær tighiande meſſo*, ſi cantaverit miſſam tacitam: quorum verborum apparens contradictio evaneſcit, ſi meminerimus, *ſiunga* de recitatione quacunque accipi. conf. cap. 18, 3. Subit commode, quod apud eruditiſſimum *du Fresne*, in *Gloſſario medii ævi latino*, obſervatum legi, in eccleſia latina canere & cantare ſimili ſenſu fuiſſe uſurpata. Adferam locum ex *Remigii explicatione canonis miſſæ. Idcirco*, inquit, *ut fertur, venit conſuetudo in eccleſia, ut tacite ipſa obſecratio atque conſecratio a ſacerdote cantetur.* Immo niſi hæc, quæ modo de ſignificatione vocis *ſiggwan* attuli, vindicandæ codici argenteo voci huic ſufficerent, dubium credo omne eximet *ſaggwins*, quod cantum notat, quodque codice argenteo reſtituit *Ulphilas Illuſtratus*. Luc. 15, 25. *Gahauſja ſaggwins jah laikans*, audio cantus & luſus.

Sed tædet ulterius *Knittelii* veſtigia ſequi, ideoque, eo tantiſper miſſo, ex occaſione huius ſyllabi a *Busbequio* communicati, unam alteramve obſervatiunculam ſubdam, quam ulteriori examine dignam forte iudicaverint, qui ad linguarum hiſtoriam & fata animum adiecerint.

Inter reliqua, quæ illuſtris auctor ab advenis Tomitis didicerat, fuere numerorum apud illos uſitata nomina, quorum, ut quanta ſit cum Mœſogothicis harmonia, pateſcat, utraque cum eorum valore heic ſubnectam, ita ut Precopenſibus primum deſignem locum alterum Mœſogothis. *Ita, ains* 1. *tua, twai* 2. *tria, thrins*, 3. *fyder, fidwor* vel *fidur*, 4. *fynf, fimf*, 5. *ſeis, ſaihs*, 6. *ſevene, ſibun*, 7. *athe, ahthau*, 8. *nyne, niun*, 9. *thüne, taihun*, 10. *thünita, ainlif* (quæ vox ex coniectura & compoſitionis ratione vocis ſequentis ſuppletur) 11. *thünetua, twalif*, 12. Progreditur dein ulterius docens, *ſtega* eſſe viginti, *treithyen* 30 *ſadæ* centum, & *bazer* mille. Notabilia eſſe hæc numerorum nomina putavi, tam ob conſenſum oppido evidentem cum calculis codicis argentei, quam quia ibi locorum uſurpata, ubi nativas & originarias Scythicæ gentis ſedes fuiſſe, teſtantur *Ammianus Marcellinus*, lib. XXII. aliique hiſtorici. Quando ulterius cum binis hiſce confero numerandi modum Græcorum Romanorumque, invenio differentiam non ſane maiorem, quam quæ dialectorum alias eſſe ſolet. Pauca in ſchemate monſtrabo.

Precop.	*Mæſogoth.*	*Græca.*	*Latina.*
Ita	Ains	εἷς	Unus
Tua	Twai	δύο	Duo
Tria	Thrins	τρεῖς	Tres
Fyder	Fidur	τέσσαρες	Quatuor

Licet

Licet nemo non videat, quantus in his sit concentus, attamen plus quam probabile est, harmoniam hæc inter ab initio fuisse maiorem. εἷς jam adspirationem præfert, sed absuit certe, dum inde formabatur ἔνιοι, aliqui: uti quoque testantur *Hesychius* & *Scholiastes Pindari* aliquando ἒν ἀντὶ τοῦ εἷς fuisse usurpatum. Immo quod propius fere ad dialectum Gothicam accedit, Aeoles pro eodem οἶς, οἶνος dixere, quod explicant solum, μόνον, unde οἰνίζειν & οἰνιᾶν apud eundem *Hesychium* denotat solitarium vivere. Scilicet ex Glossariis *Ulphilanis* quilibet deprehendere potest, *ains* idem inter Gothos sonuisse. Luc 9, 36. *Bigitans warth Jaisus ains*, inventus est Jesus solus. Ex hocce, quod modo memoravi, οἶνος putant nonnulli eruditorum, formatum esse latinum unus, ut solet *oi* & *oe* in *u* sæpe converti, e. g. pœna, punire, φοινίκεος, puniceus, mœnia, munio &c.

Quod ad numerum sequentem binarium attinet, mirari convenit, per tot seculorum decursum adeo dissitas gentes tam concordes & tam exigua cum immutatione eum retinuisse. Ὡς ἐν παρόδῳ observabo, verisimile videri, Romanos aliam vocem habuisse olim, qua eundem numerum significaverint, cuiusque vestigia extant in *bini*, *biduum*, *bis viginti* & ceteris. Et licet haud præter linguæ latialis genium tradatur, *bis* dici potuisse pro *duis*, quemadmodum bellum pro duellum, Bellius pro Duellius olim usurpabantur; nihilo minus non abs re erit, in tanta, quæ ubique deprehenditur vetustioris linguæ romanæ cum Scythica consensione, observare, esse, qui tradant *bi* in hacce duo significasse, in rei fidem afferentes Matth. 11, 2. *Insaudida bi siponjam seinaim*, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, mittens duo discipulorum eius, ubi videmus, *bi* exprimere Gr. δύο. Reverendissimus *Benzelius*, in annot. ad hunc locum, arbitratur, quum B in numerorum designatione duo denotet, Gothum per *bi* (ita enim *b* literam Gothice appellatam fuisse, censet) par discipulorum designare voluisse. Sed cur huic opinioni minus subscribam, duæ inprimis faciunt rationes. Prima est, quod exemplo careat, etiam in alia quacunque lingua, litterarum ut formam ita & nomenclaturam ad numerum quendam indicandum fuisse adhibitum. Sic licet *ib vintruns* scripserint Mœsogothi, i. e. 12 annos, legentes tamen *tualif* pronuntiarunt: pariter *e hlaibans jah b fiskans* valuit (quinque) panes & (duo) pisces: sed probabile est, inter legendum eos *fimf* & *twans* substituisse, quemadmodum constat, Græcos non λάμμα ἄνδρες dixisse, ubi τρεῖς vel tres viros indicare voluerunt. Alteram, quæ huius loci inprimis est, inde peto, quod sub cognata facie & significatione vox eadem *bi* per suos casus & flexiones non raro alias in codice argenteo occurrat. *Ba* enim Luc. 1, 6 & 7. ambo denotat, *baj* idem. Cap. 6, 39. *Baj in dalga driusand*, ambo in foveam cadunt. In dativo *baim*. Cap. 8, 42. *Baim fragaf*, ambobus remisit. Interdum vox illa a fine augmentum accipit, quod quale sit, exempla adferenda monstrabunt. Luc. 5, 38. *bajoths gafastanda*, ambo conservantur. Matth. 9, 17. *bajothum gabairgada*, utraque servantur. Anglosaxones varie vocem hanc ita auctam efferunt *ba*, *ba twa*, *bu*, *butwu* & *bytta*. v. Luc. 5, 38. Alemanni *bediu* & *beidu*. Isl. *bade*, unde tandem emersit nostrum *bäde*, & Germ. *beide*. Quod latinorum *ambo*, pro quo Græci ἄμφω dixere, ultimam syllabam huic eidem radici debeat, alias verisimile nobis videri, fatemur, inprimis quum *am* in veteribus linguis paritatis & conjunctionis nota sit: ambo autem nil aliud significat, quam duos iunctim sumtos, eoque differt ab uterque, quod eos separatim sumit. Id vero tanquam singulare ad locum supra

citatum

citatum Matth. 11, 2. facere non possum, qui annotem, quod scilicet *siponjam seinaim*, in dativo casu ponatur, quum *sandjan* quartum & numeralia fere secundum pluralis num. ament: conf. Marc. 14, 13. *Jah insandida twans siponje seinaize*, & misit duos discipulorum suorum. Fecit hoc, ut totus concedam in doctissimi *Mareschalli* partes, qui *bi siponjam seinaim*, interpretatur, per discipulos suos, in primis, quum, ipso teste, codex Cantabrigiensis Græcus, quem *Ulphilas* sæpissime sequi deprehenditur, pro διὸ habeat διά. Sed quicquid huius sit, reliqua tamen, quæ ad parallelismum L. Latinæ & Gothicæ spectant, inconcussa manent.

Progredimur ad numerum tertium, qui sibi per omnes dialectos adeo similis est, ut nihil magis esse possit. Leve id quidem est, sed non tamen penitus prætereundum, quod dum Mœsogothi, Anglosaxones Islandique ad eum exprimendum *) *th* adhibeant, Græci τ substituant; quod aliunde factum non fuisse, auguror, quam quod usu hoc vocabulum receptum fuerit, antequam *Palamedes*, tempore belli Troiani, litteram Θ adinvenerat, & adeo Græci accuratius vim huius litteræ exprimere potuerant. Valet eadem observatio de pluribus, e. g. *thu*, *tu*, τὺ, *thragjan*, currere, τρέχειν.

Quaternarius numerus etiamsi formam suam apud Græcos & Latinos immutet aliquantulum, minus tamen olim comparuisse discrimen, certum est. Aeoles enim, qui plurimum sermonis prisci retinuisse, fere deprehenduntur, pro τέσσαρες, πίτορα dixerunt: quod quam proxime accedit ad Celticum *pedwar*, unde vehiculum Gallicum *petorritum* nomen habuisse, docent philologi, quasi dicas quadrirotum, Goth. *fidwor*. Sveth. ant. *fidur*, *fidwor*, *fiædur*. *P*. deinde in *q* mutato, Latini *quatuor* fecere.

Stega, quod viginti apud Precopenses denotat, in nostram patriam haud dubie cum *Odini* comitatu transiit. Gothlandi suos hodieque calculos ponentes *stig* adhibent, ita ut *fyra stig* octoginta denotet, *fem stig*, centum. In statuto *Canuti* regis de anno 1400, *Hamnskrã* dicto, nominatur *en stig torsk*, i. e. viginti gobii, & in historia Erici XIV. ab *Ægidio Girs* conscripta pag. 150. *garnstege*, notat viginti fili portiones. Monticolæ nostri modios carbonum per *stig* numerare, in vulgus notum est, ita tamen ut *en stig kol* viginti quatuor modios efficiat, quæ differentia utique assignanda calculo duodecimali, qui apud maiores nostros invaluit, & de quo nonnihil antea monitum est. Latino Barbaros per *sticas* aliquando numerasse, ex *Spelmanno & du Fresnio* discere licet, qui *sticam anguillarum* continuisse tradunt 25 anguillas, forte 24.

Agmen claudunt apud illustrem auctorem *sada* & *bazer*, quorum id centum hoc mille notat. Quum primum hunc vocum Precopicarum syllabum recognovi, miratus sum, undenam hæ voces profectæ essent, utpote quibus caret Mœsogothica dialectus, centum per ergo per *hund* exprimens, mille vero per *tusundi*. Sed commode monuit amicus quidam

*) Videntur Anglosaxones Alemanni ceteriqui *batho* & *bajothum* pro voce composita ex *ba* & *twa* duo habuisse, quibus lubentes adstipularemur, nisi obstaret diversitas litterarum *t* & *th* Deinde videmus in codice Argenteo *twa* in dat Plurali *twaim* non *tum* habere. Si plus superesset sermonis Gothici, disceremus fortasse *bajoths* & *bajothum* terminationes esse numeri dualis.

Ulterius eosdem propagatos fuisse vel inde constat, quod Fennones nostri centum *sata* appellent v. *Juslenii* lex. Fenn. p. 330 Nescio an huc pertineat Pol. *sto*.

dam meus, germane Perficam utramque effe, quippe in qua centum *ſæd*, & mille *bezar*, hodieque appellatur; v. *Meninskii Theſ.* p. 2941 & 5465.

Eruditorum nemo eſt, qui neſciat, & magnam inter linguas Gothicæ originis & Perſicam inveniri harmoniam. Undenam vero illa profecta ſit, poſt hæc adeo luculenta ſpecimina, neſcio an quisquam dubitare poſſit, qui norit, ut antea dictum eſt, primariam Scytharum ſedem fuiſſe Cherſoneſum Tauricam, ab Euxino ponto fere circumfluam, illiusque ulteriora littora Perſico imperio admodum vicina eſſe. Probabile itaque eſt, Gothos eo commercia ſua extendiſſe, & cum peregrinis mercibus, præter multa alia, hos numeros maiores retuliſſe.

Quæ de origine Perſarum Scythica ab auctoribus traduntur, ego magno in diſcrimine non ponam: ſed linquo lubenter res tantis obvoluta tenebris, ubi certior lux aliunde affulget. Sed de his ſatis.

Exſpectaveris fortaſſis, benevole lector, ut, antequam de tabula manum tollam, cetera *Knittelii* philologemata Gothica, quæ primo intuitu quemlibet, non imperitiſſimum, offendunt, perſtringam, uti dum in præfatione dignitatem forenſem *Schöpfen* apud Germanos frequentem, a Gothico *ſkufta*, capillus, derivat, quia ſcilicet, qui apud Gothos Francosque generoſioris loci erant, a promiſſa cæſarie *capillari, criniti* nuncupabantur, quum tamen veriora a *Loccenio* noſtro & etiam *Wachtero* tradita videre potuiſſet. Quod inſuper exiſtimaſſe putat *Iſidorum*, Dacos a *daddjan*, lactare, nomen accepiſſe, variaque alia adhuc peiora: ſed quum prolixa eorum refutatione nil niſi tædium mihi aliisque creari poſſit, nolo bonas horas amplius diſperdere. Faciam vero hisce modum, ſi modo bona cum lectoris venia fiat, ut quemadmodum uni alterive diſſertationi, ad criſin Gothicam ſpectanti, nonnihil de originibus L. Latinæ & Græcæ, apud Scythicæ proſapiæ gentes inveniendis diſſerui, atque etiam in hac tractatione eandem illam chordam aliquoties prætentavi, mantiſſæ loco paucula in eandem ſententiam heic ſubnectam: & finem faciam altera diſſertatiuncula de verbis Mœſogothorum, quam in ſuperioribus promiſi, quamque non ingratam fore horum ſtudiorum amatoribus, confido, quum id illuſtret, quod dimidium fere conſtituit totius linguæ, & partem illius difficillimam.

DISSERTATIO
de Originibus L. Latinæ & Græcæ, inter Mœſogothos reperiundis.

§. I.

Etiamſi in præfationibus tam *Ulphilæ illuſtrato*, quam *Speciminibus Gloſſarii Ulphilani* præmiſſis, nonnulla diſſeruerim de convenientia L. Latinæ & græcæ cum veteri Gothica, adeoque ſubvereri debeam, ne hisce meis toties repetitis nugis faſtidium lectori pariam, nihilominus tamen, quum hæcce materia talis ſit, ut exemplorum inductione ſtet cadatve, & hac una ratione iis obviam iri poſſit, qui, quicquid huius fuerit, caſui aut cre-

 duli-

dulitati, hypothesi suæ inservientes, assignent: veniam tuam paciscor, si hacce occasione, & dum in campo Ulphilano adhuc versor, telam hanc ulterius pertexam.

Non autem jam repetemus, quæ de caussa huius harmoniæ antea disseruimus, quippe quam aliam esse non posse, diximus, quam quod ex eodem fonte Scythico singulæ pullulaverint: id quod eò minus mirum cuiquam obvenire debet, quod indubia historiarum fide constat, Scythas Hellada tenuisse, antequam Græci eo unquam venerint: &, quod ad Romanos attinet, si veteri Historiæ fides habeatur, relatum legimus, colluviem undecunque adventantium hospitum prima iecisse urbis dominæ fundamenta, atque adeo verisimile esse, in hac turba, non solum multos fuisse Gallicæ originis homines, sed etiam eosdem haud dubie sui sermonis plurimum ceteris impertivisse. Scilicet Galli trans Alpes sedes suas fixerunt, idque ita, ut suo cum damno sæpe experti fuerint Romani, nimium eos vicinos fuisse: quumque continua belli pacisque commercia hasce gentes inter se miscerent, fieri non potuit, quin utriusque populi sermo utrinque aliquid peregrinitatis traxerit. Galli vero, uti Scytharum propago erant: ita sermo eorum a Gothico Germanicoque multum non distabat: ad quod probandum, defungi possum testimonio *T. Livii*, qui Patavinus erat, atque adeo Gallus, aut saltem in Gallica regione natus, & proinde non potuit non, omnium optime antiquum suæ patriæ sermonem perspectum habere. Ille vero Gallicam L. *semigermanicam* vocat, lib. XXI. cap. 38. & antea cap. 32. docuerat, Legatos Boiorum, sermone non multum adhorruisse a Gallis Alpes incolentibus. Consentiunt his, quæ tradit *Strabo*, lib. VII. p. m. 211. Γερμανοὶ, inquit, μικρὸν ἐξαλλάττοντες τοῦ Κελτικοῦ φύλου. Non itaque magis mirum, si Romani aliquid in suo sermone vel ab initio commune habuerint, vel ab iisdem commodaverint, quam si in sermone Belgico varia reperias, quæ ex Alemannico loquendi genere depromta videri queant.

§. 2.

Supersunt hodieque in lingua Armorica nee non Cambrica, veteris Celticismi haud inficianda vestigia: ea vero ubi attentius considero, atque cum veteri lingua Mœsogothica & Islandica confero, maiorem certe affinitatem deprehendo, quam quæ vulgo existimetur: uti data opera aliquando commonstrabo. Meditatum simile quid illustrem *Stiernh elmium* nostrum, videor mihi animadvertere ex manuscriptis eius observationibus ad *Boxhornii Origines Gallicas*, quas servat bibliotheca nostra publica, quæque non mediocrem veteribus linguis lucem fœnerari poterunt, utpote quæ certissimo documento confirmant ea, quæ tradiderunt auctores a me jam laudati. Dum autem consensum veteris L. Gallicæ atque Germanicæ loquor, probe tenendum est, me non de sermone, qualis jam in ore hominum est, loqui, sed de antiquo illo & intemerato: quo enim longius a præsenti loquendi ratione recesseris, eo propius accedes ad illud medium, quod utramque linguam iungit & consociat. Sed de his alias: nunc ad Mœsogothica.

§. 3.

Apud *Festum* commemorat *Paullus*, *vidvertas* in veteri latio calamitatem significasse. Ubi in vocem hanc primum incidi, statim mihi visum est, aliquid peregrini illi inesse, & a Latinismo alienius: subiitque simul, fieri non posse, quin Gallica hæc vox sit, & a Scythis oriunda, quippe apud quos certissima illius vestigia reperiuntur. Rem ut a

prima

prima origine repetam, ſciendum eſt, *withrawairths* in lingua Mœſogothica denotare contrarium. Marc. 11, 2. *In haim tho withrawairthon iggquis*, in caſtellum, quod contra vos eſt. Luc. 8, 26 *In gawi Gadarene thatei iſt withrawairth Galeilaia*, in regionem Gadarenorum, quæ eſt contra Galilæam. Compoſita autem vox eſt a *withra*, contra, & *wairths*, quod poſtpoſitum vocibus reſpondet Lat. verſus, uti obſervat *Hickeſius*, *Gr. A. S.* p. 77. Angloſax *andweard*, præſens, quaſi e regione poſitus. Alem. *antuuard*, unde apud *Keronem* in Gloſſis *des antuuartan libes*, præſentis vitæ, cuius contrarium eſt Ulphilanum *anawairths*, quod retro eſt & poſt futurum. *Withrawairths* itaque notat quod adverſum eſt, &, metaphora omnibus linguis communi, id quod moleſtum. Hinc in iisdem Gloſſis *Keronianis uuidaruuartiu* ſignificat iniuriam, apud *Tatianum uuidaruuorto*, nec non in lingua Angloſaxonum *wither-weard*, contrarium, adverſarium. v. Math. 12, 25. Apud nos *wederwärdig*, & apud Germanos *widerwärtig*, id, quod moleſtum eſt, denotat, *wederwärdighet*, calamitatem, uti habet canticum ſacrum: *then wederwärdighet, ſom mig elända trycker*, calamitas, quæ me miſerum premit. Quæro autem, an quicquam ſimilius fieri poſſit, quam hoc *uuidaruuartiu* & *vidvertas*, & num poſt hæc fides haberi poſſit *Paullo*, docenti, hocce *vidvertas* ita dici, quod *viduet bonis*.

§. 4.

Hlifa in veteri lingua Gothica idem eſt, ac tegere, celare, condere, & ſpeciatim uſurpatur de eo tegmine, quod adverſus arma corpus defendit. Rem exemplis demonſtrabo. *Heims Kr.* T. 1. p. 369. *Olafur Kongur bra yfer ſik ſkildinom, oc ſteyptiſt i kaf, oc lifthi ſier ſwa wid ſpiotum: Olavus* Rex ſcuto ſuo ſe operuit, inque altum ſe proiecit, & ita ſe contra miſſilia texit. Ibid. p. 381. *Kongur bad tha hlifa ſier*, Rex petiit, ut ſe tegerent. *Biblia Isl.* 1 Macchab. 3. *Judas hlifde ſyna herlide med ſyne ſwerdi, Judas* copias ſuas enſe ſuo defendit. ib. 2 Macchab. 5. *Men hlifdu ſier med ſkiolldunnum*, Viri ſcutis ſe tegebant. Hinc derivatum habemus *hlif, hlifd*, ſcutum. *Knytl. S.* p. 94. *Lammduz hlifar theirra af griotid*, pertundebantur ſcuta eorum ab immiſſis lapidibus. *Ol. Tryggv. S.* p. 228. *Med ſterkum hlifum*, fortibus ſcutis. *Gretla* apud *Verelium*, in notis ad *Hiſt. Herraudi* p. 86. *Han beit jarn ſem klædi, hlyfdar ſem hold*, ferrum æque penetravit (enſis) ac pannum, & ſcutum perinde ac carnem. Hinc eſt, quod apud maiores noſtros arma dividerentur in *folkwakn* & *lifwakn*, h. e. arma quibus offenſive, uti dicitur, quibusque defenſive agitur. v. *Helſ. L. Arfd. B.* c. 14. *Lifwakt* apud nos indidem dicuntur ſatellites regii, *lifregemente*, *lifknecht*, quæque id genus ſunt alia, non a vita (*lif*) ita nuncupata, ſed corporis regii tutela

In codice argenteo *hlifan* furari notat, quippe quod nil aliud eſt, quam res, alteri domino ablatas, apud ſe condere. Fur alias ibi *thiubs* appellatur, *thiubja* furta, ab occultando, quod patet ex cognato *thubjo*, clanculum, in occulto: Joh. 18, 20. *thubjo ni rodida waiht*, in occulto nil locutus ſum. Hoc vero facit, ut *Wachtero* non adſtipuler, qui quoniam Ulph. *thiwe*, Angloſax. *theow*, famulum notat, a ſervis nequam ad fures nomen transiiſſe putat. Nam licet Germ. *dieb*, & ſervi nomen Ulphilanum *thiwe*, (vel rectius *thius*, v. Schema XXXV) ſonum affinem habeant; attamen nemini non in oculos incurrit differentia, quæ inter *thiubs* & *thius* intercedit, quæque ſatis commonſtrat, diverſa hæc

Mœſogothis fuiſſe vocabula. *Stilan* in eadem L. furari, notat, Suet. *ſtjäla*, affine, uti videtur, Græco ϛείλαϑαι, quod *Suidas* explicat κρύψαι, occultare, in qua etiam ſignificatione vox Suecana apud ſcriptores medii ævi occurrit. *Hiſt. Alex. M.*

Jorden kan ei gullit ſwa ſtiäla,
The myror finna thet, ſwa ſom jak tror.
Terra ita aurum occultare nequit,
Quin formicæ illud videlicet reperiant.

In eundem modum a *fela*, quod pariter abſcondere notat, & unde originem ducit Ulphilanum *filegr*, latibulum, *filegrja thiube*, ſpeluncam latronum. Luc. 19,46. in lingua patria habemus *fula*, res furto abſcondita. v. *Lex. Gothic.* cap. 37, 6. fortaſſis etiam latini ſuum *compilare*, quam vocem a *pilo* parum commode & refragante ſyllabæ modulo derivant etymologi. conf. Gr. φιλήτης, fur, latro, cuius natales *Voſſius* quærit in obſoleto φιλάω, furor.

Viſo jam proprio vocis *hlifa* vel *hlifan* in orbe Gothico ſignificatu, ſequitur, ut diſpiciamus, quæ illius veſtigia in Hellade & Latio reperiantur. In anteceſſum autem obſervandum eſt, utriusque linguæ genium & pronuntiandi rationem repudiare adſpirationem ante conſonam *l*, adeoque quotiens eadem occurrit, *k* vel *c* pro eadem ſubſtitui. Ita Gr. κλίνειν, Lat. *clinare*, unde inclinare, eſt Al. *hlinan.* Angloſax. *hlinan*, *hlynian.* Κλῦμι audio, Ulph. *hliumans*, auris. Gr. χλεύη, irriſio, Ulph. *hlajan*, irridere. Κρεμᾶν, ſuſpendere, Ulph *hramjan.* Κραυγὴ, clamor, Ulph. *hruk.* Interdum etiam inter *k* & conſonam vocalem interſerunt, ut κολωνὸς vel κολώνη, tumulus, Ulph *hlains*, *hlaine.* Hisce ita iactis fundamentis, facile agnoſcimus, *hlifa* idem eſſe, quod Græci antiquiores κλέπειν dixere, quodque primario tegere notat, & dein furari. Attici, qui τ inſerere amarunt, ex κλέπειν deinde κλέπτειν fecere, ut a τύπω, τύπτειν, a κόπω, κόπτειν. Illud vero κλέπτειν in occultandi ſignificatione haud infrequenter occurrit apud Græcos ſcriptores, uti dum apud *Xenophontem* legimus τοὺς ἑαυτοῦ ἱππέας κλέπτειν, equites ſuos occultare, & apud *Syneſium* κλέψαι τὴν ἀλήθειαν ſupprimere, celare veritatem, ἀποκλέπτειν ἑαυτὸν, ſe occulere, quæque plura videre licet allata ab *H. Stephano*, in *Theſ. L. Gr.* ceterisque Lexicographis. Ad eandem hanc tribum pertinere arbitror καλύπτω, tego cum derivatis, κελύφη, tegmen, cortex, putamen, nec non inuſitatum καλύβω, unde *Euſtathius* formatum docet καλύβη, καλύβιον, quæ apud *Thucydiden* aliosque Græcos auctores notant caſam, uti tugurium ſimili ortu a tegendo factum novimus. In transcurſu notabo, in lingua Angloſaxonum *clyſe* cubiculum notare, *cleoſa*, *cleoſ*, *bed-clyſe*, id. uti Math. 6,6. *Thonne thu gebidde*, *gang into thinum bed-clyſan*, tu cum oraveris, intra in cubiculum tuum. Isl. *klefe*, cellula, domuncula. v. *Gudm. Andreæ Lex. Isl.* quæ uti a καλύβη perparum diſtant, ita audaciori coniecturæ facile locum dabunt, *clave* nempe ſub infantia Latinitatis aliquando hoc eodem ſignificatu uſurpatum fuiſſe, atque inde iunctis cubiculis nomen datum eſſe *conclave.* Scio equidem, *Feſtum* docere, *conclave* dici loca, quæ una clave clauduntur: ſed ſimplicior tamen hæcce mea derivatio, ſi quid loci Gothicis notationibus concedatur, exiſtimabitur. Aſt, ut e diverticulo in viam redeamus, ſequitur iam, ut vocis *hlifa* in Latio reperiunda veſtigia ſectemur. Offendimus vero ibi *clepere*, hoc eſt occultare, quo ſenſu ſemel iterumque apud *Senecam* Tragicum occurrit. *Herc. Fur.* v. 898. *Se tegmine ingenti clepit.* *Medea* v. 156. *Qui*

capere

capere consilium potest, & clepere sese. Usurpavisse veteres eodem sensu *clypeare*, testis est *Varro de Lingua Lat.* Lib. 4, 1. qui ex *Pacuvio* adfert, *Chlamyde contorta astu clypeat brachium, hoc est involvit, obvelat.* Nisi spe penitus fallaci ipse mihi adblandiar, credo fore, ut citius iam persuadeam, aliunde quam ex hocce Gothico *hlifan* ortum non esse, *clypei* nomen apud Latinos, utpote cuius unicus in bello usus est, ut corpus adversus quoslibet ictus & tela protegat, &, quod eodem pertinet, clypeum vel clupeum nil aliud esse, quam quod Gothos *hlif* dicere, audivimus, addita tantum terminatione Latinis amata: quod idem de Græco κέλυφος dici poterit, id quod apud *Suidam* galeæ nomen est. Aliquod forte momentum huic etymologiæ addet, quod tradant veteres Græciæ scriptores, Scythas & speciatim Sacas scuta primum invenisse. v. *Zezes, Chiliad.* XIII. etiamsi *Athenæus* Lib. VI. Δειπνοσ. illud inventum Samnitibus tribuat, discrimine non maximo, quum etiam hi Celticæ, hoc est Scythicæ originis fuerint. *Clemens Alexandrinus* certe parmas expresse Thracibus tribuit. Hisce vero si stetur, mirum censeri non potest, si, quod in plerisque aliis armorum generibus observamus e. g. framea, rhomphæa, runa, sarissa, gæsum, pelta, cateia, quiris, sica, acinaces, cetra, &c. etiam hoc barbarum suum nomen retinuerit. Forte etiam Scythicum hocce *hlif* vel *lif* exprimere voluere Græci, dum, *Hesychio* teste, clypeum λαῖβα & λαῖφα appellarunt, præmissam adspirationem in sua lingua exprimere non valentes. Apud *Hist. Augustæ Scriptores* memoratur aliquod militum cataphractorum genus, *clibanarii* dictum, a *clibanis*, h. e. tegmine ferreo, quo non ipsi solum muniti erant, sed etiam, quibus vehebantur, equi circumdati. Peregrinum hocce vocabulum esse, docent *Capitolinus* atque *Ammianus Marcellinus*: ille in *Alexandro Severo*, hic *Hist.* Lib. XVI. quod vero Persicam hanc nomenclaturam esse tradant, in caussa forte est, quod per Persida ad Romanos hoc militiæ & armaturæ genus transierit. Ceterum verisimile est, a *hlifan* etiam hosce nuncupatos esse *).

Altera, quæ pro hacce etymologia pugnare videtur ratio, ea est, quod scutorum nomina a tegendo fere formata videamus. Sic a *skyla* Anglosax. *scyldan*, tegere, habemus *sköld:* a *skydda*, quod idem notat, nisi mea me fallant auguria, Latinorum *scutum.* Non me præterit, varia alia de ortu huius vocis ab Etymologis tradi; sed, nescio qui, nihil eorum mihi satisfacit. Vulgo scilicet deduci solet a γλύφειν, sculpere, quum constet, veteres tam Græcos & Latinos, quam Germanos scuta sua variis imaginibus ornata habuisse: unde factum putatur, ut *schilderi* hodieque vocetur tabula picta, pictasque imagines nacti sint, qui ludis hastatis interesse per natalium conditionem potuere. Sed credibile videtur, scuta multo ante ad corporis tutelam usurpata, quam imaginibus ornata fuisse, adeo ut fieri vix potuerit, ut nomine caruerint, usque dum ornari inceperint. Derivant alii a κύκλος, ob rotunditatem, v. *Salmasius* in *Exerc. Plin.* p. m. 231. *Vossius* vero in Tract. *de Litterarum permutatione* a κόλλοψ, quum clypei fierent ex tergoribus bubulis. Sed specie fere omni hæ etymologiæ carent, ut cuivis statim patet.

Detinuit nos hucusque propria vocis *hlifa* significatio, qua tegere, celare notat, sequitur jam altera, quæ occultationem boni alieni significat, vel furtum. Habet id commune

*) *Clibanus* etiam fuit furnus mobilis, in quo panis coquebatur, quæ vox, si perinde ac altera originis Gothicæ fuerit, referenda videtur ad Ulph. *hlaibs*, panis.

cum Græco κλέπτειν, unde κλέπτης, fur, qui in codice argenteo *hliftus* appellatur, quæ duo qui ex eodem stipite prognata non videt, nihil videt. Latine idem apud *Plautum clepo* appellatur, a *clepere*, quod itidem furari notat.

§. 5.

Unius, antequam finem faciam, adhuc veniam mihi paciscor illustrandæ vocis Ulphilanæ. *Teihan* & *gateihan*, non raro in codice argenteo invenienda, indicare, nuntiare notant. Marc. 5, 19. *Gateih im huam filu thus Fan gatawida*, annuntia illis, quanta tibi Deus fecerit. In primis usurpatur de annuntiatione futurorum, uti Joh. 15, 13. *Thata anawuirtho gateihit izwis*, quod venturum est, annuntiabit vobis. conf. versus sequ. Luc. 2, 26. *Was imma gatathan fram ahmin thamma weihin*, responsum acceperat a Spiritu S. ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον.

Compositum inde habemus *garaihtoza gataihans*, justior renuntiatus, magis justificatus, nec non *fauragateihan*, prædicere. Marc. 13, 23. *Fauragateih izwis allata*, prædixi vobis omnia. Vir in hoc studiorum genere facile princeps, *Fr. Junius*, dum in *Glossario Gothico* hæc, quæ adduxi, refert ad vocem *gatiuhan*, confundit radices penitus diversas. *Tiuhan* enim sive *gatiuhan* ducere notat, atque adeo significatione penitus ab eo diversum est, id quod *Tenkatenum* jam antea observare, memini: hoc insuper in perfecto habet *gatauh*, in participio passivo *gatauhans*, illud vero *gataih*, *gataihans*. Reliquit hoc nostrum *teihan* in omnibus fere linguis antiquoribus sui vestigia, quæ tamen ut ægrius agnoscantur, effecit, uti opinor, præter omnium rerum, & in primis linguarum, inconstantiam, difficilior pronunciatio adspirationis Gothicæ, in medio vocis collocatæ; quam ut quadantenus exprimerent reliquæ, modo *k* vel *c*, modo *g* eius loco substituerunt, modo etiam eam penitus præterivere. Ita Græcos veteres δείκειν dixisse, novimus, & etiam ostendunt δείξω, δείκνυμι. Latini habent *dico*, *dicare*, unde *indicare*, *index*, *indicium*, &, si *Angelum Caninium* auctorem sequimur, *dico*, *dicere*, quippe quod nil aliud esse, ait, quam ostendere animi sui sententiam. Putatur ab ostendendo h. e. ἀπὸ τοῦ δείκειν etiam *digitus* nuncupatus esse, utpote quo monstramus, uti Gr. δάκτυλος quasi δείκτελος a multis nominatus putatur, Belgæque digitum indicem *toogher* appellant, a *tooghen*, quod mox adferetur. Probabile quoque videtur, ab eodem nostro *teihan*, *gataih*, formatum fuisse *taikn*, signum, quasi futuri indicium, & *taiknjan*, ostendere. Marc. 14, 15. *Sa izvis taikneith kelikn mikilata*, ille vobis ostendet cœnaculum grande, a quibus totus orbis Gothicus mutuatus est *tekn*, *zeichen* &c. In *g* adspirationem converterunt Alemanni, more suo *t* insuper in *z* permutantes, *zeigen* dicentes, forsan & *zeugen*, quum testari nil aliud sit quam veritatem, quæque visa & audita sunt, indicare. Maiores nostri inde *tyga* adoptavere: unde *falsk tyg* in hymno s. est falsum testimonium, quodque superstes habemus hodieque, *betyga*, testari. Belgæ in voce *tooghen* utramque significationem coniungunt, quippe quæ denotat, ostendere, indicare, testari, testificari, auctore *Kiliano* in *Etymologico Teutonico*. Septentrionales nostri *h* prætereuntes a Mœsogothico *teihan*, *tia* & *tea* formarunt, quæ significatione illi ex asse respondent, denotant enim ostendere, significare. *Kon. Styr.* p. 9 *Huru matte han tea ælla fulkoma sin mildleik*, quomodo testatam redderent perficeretque suam bonitatem?

tatem? Hodie dicimus *bete wänſkap*, amicitiam declarare. Speciatim vero ex uſu veterum *te* vel *tea* uſurpatur de futuri indicio & ſignificatione. *Hiſtoria Alex. M.*

Thet tik war lango ſpadt ok tedt.

Quod tibi iam olim prædictum & nuntiatum erat.

Islandi *tia* habent. Bibl. Isl. 2 Macchab. 14. *Nicanor tiede ſik wingiarnligan wid han*, *Nicanor* ſe ipſi amicum oſtendit. Syr. 36. *Tia thu thig herligan a theim*, oſtende te magnificum coram illis. Nec me falli credidero, ſi eodem pertinere dicam Angloſaxonica *tywan*, *atywan*, oſtendere, *ge-tæth*, monſtratus. Vidimus huc usque Mœſogothicam vocem *teihan* ſub ſimplici ſua forma: ſequitur iam, ut moneamus, in hac lingua verba ſæpenumero *n* poſteriori ſyllabæ præponere, quo caſu paſſivam fere ſignificationem induunt. e. g. a *qviſtjan*, perdere, fit *qviſtnan*, perire, ab *uslukan*, aperire, *usluknan*, aperiri, a *liban*, linquere, quod & Alemanni habent, & unde *laibos*, reliquiæ, in cod. arg. *afliſnan*, ſupereſſe, a *draiban* vel *drobjan*, turbare, *drobnan*, turbari, ut plura alia exempla infra adferenda prætercam. Fecunda eſt eiusmodi terminationum ſermo noſter patrius. De Anglorum lingua vetuſta & hodierna, idem obſervat doctiſſimus *Lye*, in *Gr. Gothica* p. XLIV. In eundem modum a *teihan* Gothi formaſſe videntur *teihnan*, prædici, ſignificari, a quo derivatum habemus *fauratanja*, de quo mox, variaque alia a linguis cognatis vindicata. Huc certe pertinet *zeinon*, *gizeinon*, quod, apud *Otfridum* aliosque frequenter obvium, indicare, ſignificare notat, nec non Belg. *toonen*, id. Si in reliquis fidem fecero, vaticinari non videbor, ſi dicam ad eandem tribum referri debere latinorum *tendere*, in vocibus *oſtendo*, *portendo*, quæ cum vulgari tendendi ſignificatione plane nihil commune habent, hic autem ita quadrant, ut quæ maxime. *Portentum* ſignum eſt, quo ſuperi futura indicare credebantur, quod dum ita dictum aiunt Etymologi, quod porro tendat, evidens eſt, illa tradi, quæ ἄτοπα ſunt. Nihil autem ſimplicius, & rei ſignificandæ convenientius, quam ſi dicamus, *portenta* illa nominari, quæ aliquid indicent & ſignificent. Et, ne dubites, ſupereſt vox pæne eadem in lingua Mœſogothorum; illi enim ſigna futuri nuntia *fauratanja* appellarunt. Marc. 13, 22. *Giband taiknins jah fauratanja du afairzjan*, dant ſigna & portenta ad ſeducendum. Joh. 6, 26. *Ni thatei ſeqhuth taiknins jah fauratanja*, non ut videant ſigna & portenta. Verbum ipſum occurrit. Marc. 13, 23. *Sai faurgataih izwis allata*, ecce prædixi vobis omnia. Lectorem, qui absque ſtudio rem ponderare, in animum induxerit, ulterius obſervare velim, uti vocabulum portenti diſciplinæ aruſpicum proprium erat, ita probabile videri, id ab Etruſcis, Celticæ originis gente, in latinum perveniſſe. Deinde meminiſſe jubebo, *por* illud, quod præmittitur, minime latiale eſſe, ſed omnino peregrinum, & ni fallor Celticum Scythicumque. Habemus idem in vocabulo *porricere*, quod, uti *Taubmannus* ad *Virgilii Æneid.* Lib. V. 775. auctoribus *Macrobio* & *Varrone* docet, ex diſciplina aruſpicum & ex præcepto pontificum ſollemne fuit ſacrificantibus, idemque notavit, quod proiicere, manumittere: unde *porriciæ* & *porrecta*, hoc eſt, ſacrificia in altare aut, ſi a navigantibus fieret, in mare proiecta. *Ricere* vero quod orbi Romano penitus ignotum eſt, agnoſcunt ſtatim Gothi Islandique, utpote quibus *reka* idem plane ſonat, quod proiicere, propellere. *Reka burt*, proiicere, *reka i kaf*, in mare præcipitare, quod ex *Jure Aulico Norrw.* adfert *Verelius* in *Indice: reka flottan*, hoſtem

hoſtem pellere, hoſti fugienti inſiſtere. Speciatim vero *reka* uſurpatur de iis, qui in mari procellis undisque volventibus jactantur, *unde rekſtur*, eiectamenta maris in littus, bona naufragorum, quæ in *Jure* noſtro *Bircenſi*, cap. 49. *hafrech* appellari videmus. Et ita conſtat facile, qua origine natum ſit illud hactenus inexplicatum, *birekjai*, quod in codice argenteo de diſcipulis Chriſti, naufragium veritis, occurrit, Luc. 8, 23. *Jah birekjai waurthun*, quippe quod tuto explices, & undis graviter iactabantur. Hodie, *w* præpoſito, *wræka* dicimus, *wræka bort* proiicere, *wræka tillhopa*, in unum congerere: unde alias docuimus prognatum vocabulum illud iuris maritimi *warec*, quod ius *vareci* latine loquentes dicere ſolent, denotatque ius illud, quod in bona naufragorum littoribus adnatantia, territorii dominus ſibi vindicat. Poſſem idem oſtendere de voce *porrigere*, quippe quæ non orta a regendo, ſed ab eodem fonte quo Gr. ὀρέγειν, (amant enim Hellenes o præmittere, e. g. ὀδόντες, dentes, Sv. *tand*, ὄνομα, nomen, *namn*, ὄνειδος Goth. *neid*, *nid*. Ulph. *naitein*) & Scythicum *rœcka*, quod eiusdem ſignificationis eſt, Ulph. *rakjan*, unde *ufrakjan*. Sed ne Latium omne in orbem Scythicum transferre velle, exiſtimer, hisce modum faciam: & in lingua Græca inſolitum ne deprehendat lector meus, id invenire, quod Scythæ ſibi vindicare auſint; ſubiungam ob materiæ cognationem programma, quod haud dudum edidi, dum Profeſſionem Litterarum Græcarum ad hanc Academiam auſpicaretur vir celeberrimus, Dom. *Joh. Floderus*, idque vel eo nomine lubentius, quod eiusmodi chartulæ cito e manibus elabi & diſparere ſolent.

„Harmoniam illam, quæ inter linguas Græcam & Gothicam intercedit, non potuerunt non omnes obſervare, qui aliquid illarum vel primoribus labris delibarunt: ſed cuinam cauſſæ concentus ille ſit adſignandus, æque non conſtat. Maior certe eſt, quam ut mero caſui adſignari queat: dicere autem, a Græcis nos omnia illa commodata habere, quæ cum illorum ſermone affinitatem habent, eius ſolius foret, qui univerſam Gothicam gentem elinguem aliquando fuiſſe, crederet, aut etiam Gothorum progenitores, Græcorumque in plurimis ſcientiis magiſtros, Scythas, ne digitorum quidem ſuorum articulos numerare potuiſſe, antequam ab illorum εἷς, δύο, τρεῖς, aut Latinorum *unus*, *duo*, *tres*, primos hos calculos ponere, didiciſſent; immo, uti vir eruditus ait, nullo eos proprio, ſed tantum accepto ab his multo iunioribus gentibus nomine, *patrem* ſuum *matremve* appellare potuiſſe. Abſonum hoc eſſe, ut quod maxime, nemo non videt: ut itaque quid de hac re tenendum ſit, conſtet, ſalvo aliorum judicio, paucula afferam, etiamſi non ſim neſcius, in tam operoſæ disquiſitionis materia, præſtare nihil, quam parum dicere.

Convenit fere inter omnes, *Odinum* una cum ſuo ſatellitio Scythicam linguam in Germaniam noſtrumque Septentrionem invexiſſe: teſtatur id, præter ceteros, auctor *Eddæ*, *Sturleſonius*, dum ait: *Theirra tunga Aſiamanna war eigentunga um oll Nordurlond*, id eſt, *Aſarum* linguam per *Odinum* communem factam fuiſſe omnibus gentibus ſeptentrionalibus. Quum porro hinc, *Ammiano Marcellino* teſte, conſtet, Tauricam Cherſoneſum illam orbis partem fuiſſe, unde primum egreſſi ſint Scythæ, inde per indubia peregrinatorum teſtimonia certum ſit, in extimo illo Europæi orbis angulo ſermonem noſtro, atque adeo Mœſogothico cognatum & quam ſimillimum hodieque vigere; extra controverſiam mihi eſſe videtur, linguam, quam una cum victricibus armis, non vicinis tantum regioni-

gionibus, ſed maximæ Europæ parti intulere Scythæ, vel Gothicam fuiſſe, vel etiam Celticam, quam ſemi-Germanicam appellat *Livius*. Dum ulterius cum animo reputamus, non tantum in Thracia regionibusque Græciæ conterminis, ſedes ſuas fixiſſe Scythas, ſed etiam ipſam Hellada eos tenuiſſe, antequam Græci & Iones in Europam ſe contulerant, qui adeo ipſi Scythas pro Aboriginibus, vel certe antiquioribus Colonis habuere, uti *Herodotus* aliquoties, & *Plato* in *Cratylo*, ultro fatentur, εἰσὶ δὲ, inquit, ἡμῶν ἀρχαιότεροι οἱ Βάρβαροι, nobis (in hac regione) antiquiores ſunt Barbari, h. e. Scythæ: *) eluceſcit facile, credo, unde factum ſit, ut, commixtis & veluti coaleſcentibus duabus hisce diverſis linguis, quid cuique harum nationum in ſermone proprium fuerit, progreſſu temporis ægre dignoſci potuerit: & inprimis evidens eſt, eos operam ludere, qui illarum vocum ſcaturigines, quas Scythæ reliquerunt, domi & in recentiore Græcorum lingua quærere voluerunt. Vidit id, & candide confeſſus eſt *Plato* in notabili illo dialogo, quem nuper laudavi, cuiusque verba brevitatis ergo, ex *Marſilii Ficini* interpretatione afferam. „Unde, inquit, nomen trahit πῦρ „& ὕδωρ, id eſt, ignis & aqua? Vide, quid de hoc ſuſpicer. Reor equidem, multa nomina „Græcos a Barbaris, eos præſertim, qui ſub Barbaris ſunt, habuiſſe. Si quis rectam iſto„rum impoſitionem ſecundum Græcam vocem quærat, non ſecundum eam, qua eſt nomen „inventum, nimirum ambiget. Vide itaque, ne nomen hoc πῦρ barbaricum ſit, neque „enim facile eſt, iſtud Græcæ linguæ accommodare: conſtatque, ita hoc Phryges nomi„nare, parum quid declinantes, & ὕδωρ & κύνας, id eſt aquam & canes, aliaque permulta." Videmus heic, Platonem tria illa vocabula πῦρ, ὕδωρ, & κύων peregrina & barbarica duxiſſe, id quod vel ideo notatu dignum eſſe arbitror, quod eadem pro ſuis ſuæque domi natis agnoſcant Scythogothi. Πῦρ enim eſt germanum Angloſaxonum *fyr*, *fir*, Alemannicum *fiur*, Teutonicum *feur*, Goth. *fyr*, quod omnes norunt. Ὕδωρ non minus noſtrum eſt. In lingua enim Islandica *udr* humorem denotat, unde *udigr*, humidus, (Latine *udus*, *uvidus*) *uda*, pluere, *ude*, pluvia, Græc. ὕειν, Angloſaxonice *yth*, unda, aqua, *ytha*, fluctus, *ythian*, fluere. Tertium faciem ſuam aliquantulum mutavit, ſed ita tamen, ut ab eruditis facili opera agnoſcatur, haud ignaris *k* & *c* in orbe Gothico frequentiſſime in adſpirationem converti. e. g. cornu, *horn*, calamus, *halm*, & innumera alia. Κύων itaque diverſum non eſt a noſtro *hun* vel *hund*, voce, quæ in codice argenteo omnibusque dialectis Gothicis occurrit. Idem ille Philoſophus, ubi in originem τοῦ κακὸς inquirit, conſilii verique etymi inops, ad ſolitam ſe expediendi viam confugiendum arbitratur, ſcilicet Βαρβαρικόν τι καὶ τοῦτο εἶναι, barbaricæ originis etiam hanc vocem eſſe. Ego quidem, ultimam hanc vocem inter ſeptentrionales non reperi, id quod in tanta monumentorum veterum penuria, inque tam crebris linguarum viciſſitudinibus, &, quod caput eſt, in tanta mea ignorantia, mirum nemini videri debet: quod tamen heic loci omittendum non duxi, mihi obſervaſſe viſus ſum, quando Scriptores Græci, Scholiaſtæ aut Gloſſographi voculam adferunt, quam velut ξενικὴν, βαρβαρικὴν aut τῆς ἀρχαίας γλώττης notant, ut plurimum illius proſapiam in Gothico orbe reperiundam eſſe. Quod ne fruſtra dixiſſe videar, uno alterove allato exemplo probabo. *Ariſtoteles*

*) *Hecatæus* apud *Strabonem* in eandem ſententiam ait Lib. VII. ὅτι πρὸ τῶν Ἑλλήνων ᾤκησαν αὐτὴν βάρβαροι. Sermo eſt de Peloponeſo. De univerſa græcia ipſe mox *Strabo*: Σχεδὸν τὶ καὶ ἡ σύμπασα Ἑλλὰς κατοικία τῶν βαρβάρων ἦν τὸ παλαιόν.

teles Lib. I. cap. 2. *Rhetoricorum*, docet, τέκμαρ, secundum veterem loquendi modum (κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν) terminum denotasse. Quænam vero fuerit antiqua illa lingua, inde mihi colligere posse videor, quod eandem vocem prisci Gothi, nec non Islandi, nullo alio cum discrimine, quam quod ultimam litteram exprimant, quam facilioris pronunciationis ergo compendii fecere Græci: nos enim terminum, limitem *takmark* appellavimus olim, a *taka*, attingere, & *mark*, *mærke*, limes, nota, alias *mære*, unde *landamære*, id *Leges Westrogoth. Thiuv.* B. c. 19. *Warder fangin innan takmærkiænnæ*, *si* deprehensus fuerit intra regionis limites. *Bibl. Isl.* 2 Macchab. 1. *Grodurset thu thit folk ad nyu i thinu helgu thakmark*, planta iterum populum tuum in finibus tuis sanctis. Apud *Homerum* ἀσκηθής occurrit, quod illæsum, ἀβλαβῆ, interpretantur *Hesychius* ceterique Scholiastæ omnes. *Eustathius* vero de hac voce observat, eam in oratione prosaica non occurrere, illiusque etymon extra Græciæ fines quærendum, τὸ τῆς λέξεως ἔτυμον ζητητέον ἀλλαχοῦ. Ubinam vero nisi apud Scythas, in quorum lingua pleno usu viguit? Ulph. *skathian*, *gaskathian*, lædere. Anglosax. *scathan*, *sceatan*, Al. *scadan*. Isl. & Suet. *skada*, cui si α privativum præfigatur, existet ἀσκηθής, quod est Suethicum *oskadd*. Demonstratu idem facile foret de sexcentis aliis, quæ apud *Hesychium* & *Suidam*, ab usu communi abhorrentia, & fortassis obsoleta, adferuntur, quæque sibi suo iure asserit Gothus. e. gr. ἄβειν, habere, βλάνος, cæcus, γρισῶν, porcus, κόκκος, gallus, κοννεῖν, intelligere, quæ nemo non agnoscit esse Gothica *hafwa*, *blind*, *gris*, *kyckling* & *kunna*, quorum ultimum apud *Ulphilam*, scire, cognoscere notat, significatione forte prima, & a qua ceteræ promanarunt. Conf. *Upl. L. Kirk.* B. cap. 13. Uberiorem similium observationum copiam haberemus, si tempus edax nobis reliquisset illum *Aristotelis* tractatum, cui titulum fecit *Nomina barbarica* (νόμιμα alii legendum volunt,) cuiusque mentionem iniicit *Varro*, aut etiam *Dorothei* librum περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων, de quo in Bibliotheca sua *Photius*, quorum tamen uterque periit.

Si vera sunt illa, quæ hactenus ex scriptoribus Græcis attuli, patet utique, sorores germanas esse linguam Græcam & Gothicam, atque adeo illa fuisse tempora, quum in media Hellade Scythogothicus sermo viguerit. Non ignotum id fuisse maioribus nostris, concludo ex narratione veteris historici nostratis de *Inventione Gothl.* p. m. 48. ubi de expedientionibus veterum Gothorum in Græciam differens, hæc inter alia habet: *So bygthus thair thar sirir oc enn byggia, oe en hafa thair sumt af waru mali* i. e. Postea ibi sedes fixerunt, & adhuc habitant, hodieque nonnihil nostri sermonis habent. Est hoc idem, quod observat *Rhythmus* de S. *Annone* apud *Schilterum* cap. XX.

Man sagil daz darin halvin noch sin
Die dir Diutschin sprechin.
i. e.
Fertur in illis regionibus hodieque esse.
Qui Germanice loquantur.

Quivis vero, vel me non monente, facile iudicaverit, quo longius regressus fuerit, eo evidentiorem hanc affinitatem conspici debere. Linguam codicis argentei semi-Græcam esse, non immerito judicat *Fr. Junius*. Lingua Islandica & vetustior Suiogothica, multo etiam propiores sunt ad sermonis Græci indolem, quam qua hodie utimur. Sic, ut unico exem-

exemplo defungar, quod Græci ἐγὼ εἰμὶ dicunt, Sueci *jag är* efferunt, in quo nihil quod Hellenismum ſapiat, primo intuitu offendis: agnoſces autem, ſi veteres Gothos hodiernosque Islandos *eg em* dicentes audias.

Hisce ita poſitis, facile deprehendimus, mirum non eſſe, ſi, qui in origines linguarum inquirunt, innumeras noſtrorum vocabulorum radices in L. Græca, utpote ſollicite exculta & magna ſcriptorum copia conſervata, deprehendant: ſed mihi viciſſim dari velim, nobis, quam olim *Platoni*, abſurdius videri non debere, ſi Gothicam linguam varias retinuiſſe radices dicamus, quarum Hellas oblita eſt, quarumque derivata ibi extant. Hoc vero quum eruditis auribus forte inſolentius ſit, uno alterove exemplo comprobatum ibo.

Naves apud Græcos pro diverſo remorum numero vocabantur, e. g. τριήρης, triremis, πεντήρης, quinqueremis, ἑξήρης, quæ ſeno remorum ordine agebatur. Interdum η illud in *o* convertebatur, ut εἰκόσορος, navis quæ viginti remorum ordine impellebatur. Lexicographi hæc omnia derivant ab ἐρέσσω, remigo, quum tamen facile pateat, ultimas ſyllabas augmentum eſſe, ſimpliciori & radicali voci ſuperadditum. *Henricus Stephanus*, quem raro ſua acies deſtituit, ſuſpicatur proinde, id quod res eſt, fuiſſe aliquam, quæ remum ſignificaverit, unde formata ſint tam illa, quæ attuli, quam ἐρέτης, remex, ἐρετμὸς, remus, &c. Nos eam, aut eidem cognatam certe, cuſtodimus, qui palmulam *ăr*, *ăra*, appellamus, Isl. *aar*, Angloſax. *ar*, Angl. *oar*, Fenn *airo*. Ab hoc *ăr* habemus *ſexärd*, quod formatione, ſono & ſignificatu exprimit Græcum ἑξήρης. *Lex Scanica*, Lib. 8, 1. *ăr han i ſkip ſiaxärdo*, *takae ſkipsfarm*, ſi vehatur in navi ἑξήρει, auferat, quantum vehere poſſit. *Siuärings băt*, navis ſeptiremis, nominatur in *Leg. Weſtrog. Forn.* B. c. 1. Sic quod Græci γάλα & latini lac, id orbis Scythicus *mjölk* appellat: Alem. *milch*, Angloſax. *meolc*, Sclaw. *mliko*, & ſic porro. Habemus inde *mjölka*, quod eſt lac uberibus extrahere, antique *mulca*. *Lex. Gothl.* c. 33. Isl. *mylca*, Angloſaxon. *mealcan*. Latini *mulgere* dicunt & Græci ἀμέλγειν, veri tamen & Gothici etymi expertes. Pertinet eodem, quod *Galenus* & recentiorum Græcorum nonnulli commemorant, μέλκα nominatum fuiſſe ὄψόν τι διὰ γάλακτος, edulium lacte conſtans, quod Romanis tribuunt, ſed Scythis γαλακτοφάγοις fortaſſis rectius tribuiſſent.

Poſſem ingentem iſtiusmodi originum ſylvam dare, ſed quum id in præſentia non agam, unius tantum adhuc obſervatiunculæ veniam petam. Tragœdiæ & Comœdiæ per univerſum orbem Europæum nota nomina ſunt, ſed undenam illa prognata ſint, diverſimode traditur. Tragœdiam ita dici ab hirco qui victori præmium ceſſit, inde a pueris nobis tradi, audivimus, & credere oportuit, etiamſi ratio illa nullo idoneo auctore tradita ſit. A τρύγες h. e. fæcibus, quibus ora actores perlinebant, tragœdos nuncupatos fuiſſe, alii docent; ſed revera inſulſa hæc ſunt & fæculenta. Plane vero aſſentior *Georgio Anderſonio*, cuius verba afferuntur in *Eſſay of the Antiquities of Great Britain*, ita p. 27. differenti: *I can no more believe, that Tragedy did originally ſignify a Song of a Goat, than that it ſignifies a Tale of a Tub, or that Comedy ſignifies a Song of a village, than that it ſignifies a Story of a Cock and a Bull. In this i give M:r Malcolme Credit, who makes Tragedy in the Celtick Language a Song of Sorrow, and Comedy antithetically conſidered, muſt ſignify a Song of Mirth.* Senſus eſt, æque abſurdum ipſi videri, ſi quis

tragœdiam denotare dicat cantum hircinum, & comœdiam cantum vici, ac si gerras Siculas his vocibus denotari doceret, ipsum itaque subscribere *Malcolmo*, Presbytero Edinburgensi, qui demonstret, Tragœdiam in L. Celtica denotare cantum lugubrem, & comœdiam vi antithesеos, cantum lætum, genialem. Non additur, qua via laudatus auctor hosce natales eruerit, aut ubinam Celticæ hæ voces reperiundæ sint. Mihi interim videtur, in veteri lingva Gothica, id quod desideratur, luculenter inveniri, utpote in qua *træga* est lugere, plangere. Occurit vox illa non raro in *Hist. Olavi S. Rhytmica*: vide p. 30. *Thet træger oss än i dag*, id hodieque nos angit. Habemus inde nomen *træga*, quod dolorem notat. *Suderm. L. Arfd.* B. c. 2. *Kan fadher eller modher barn sitt med taar ok trægha ärvæ*, si pater aut mater infantis mortui bona cum lacrimis & planctu adierit. *Historia Ol. Tryggv.* Edit. Skalh. P. 2. p. 304. *Hun matti hvorki eta ne drecka fyrer trega*, nec edere, nec bibere potuit præ dolore. Alem. *trego*, dolor, *tregi*, dolores. His ita positis, sine ullis ambagibus id habemus, quod quærimus, cantum nempe lugubrem. Alterius vocis opposita debet esse ratio, ortæ fortassis a veterum *cama*, *cauma*, quod lusus, lætitiam, hilaria in L. Alemannica denotavit. Goth. *kaman*, *gamman*. Citata *Hist. Olavi Tryggv.* Part. 2. p. 141. *Gaman mikit thyki mer at sogum thinum*, multum me delectant comœdiæ tuæ. Conf. *Heims Kr.* T. 1. p. 288. Non ausim hæc mea cuiquam obtrudere: sed veritatis studiosum lectorem meminisse tamen coronidis loco iubeo, præcipuos poëtarum græcorum, *Orphea* aliosque natione Thraces, hoc est Scythas fuisse, atque adeo fieri facile potuisse, ut hosce terminos tanquam technicos in scenam attulerint."

Hisce tum a me dictis addere adhuc liceat exemplum, quod mihi, dum nuperrime *Ulphilam* evolvi, succurrit, quodque, si quid ego video, adeo evidens est, ut etiam invitos ad assensum permovere possit. Joh. 14, 12. dicit sanctissimus salvator noster, qui in me credit, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora illis faciet. Ultima verba Gothus interpretatur *jah maizona thaim taujith*: contextus vero Græcus habet καὶ μείζονα τούτων ποιήσει. Nemo vero non videt, Gothicum *maizona* & Gr. μείζονα eandem vocem esse, sed utri linguæ domestica erit dicenda? utri peregrina? Ego non dubito Scythicam pronuntiare, idque ob duas inprimis rationes. Primo, terminatio huius comparativi μείζων non est Græcanica: finiri illa solet in τερος, στερος non vero in ζων: contra vero comparativi Gothorum omnes in *za*, *zo* definunt, e. g. *batiza*, melior, *wairsiza*, peior, *azetiza*, facilior, *sutiza*, levior, *suinthoza*, fortior, *maiza*, maior. Deinde vox hæc μείζων cognatione omni in Græcia caret: cave enim credas, a μέγας ulla unquam pronuntiandi libertate μείζων effingi potuisse; *maiza* vero, qua patet orbis Gothicus, affinitatem ubique agnoscit. *Mais* enim & *maisve*, in codice argenteo magis denotat: vide antea observata ad v. *thanamais*, pag. 33: *maists* vero superlativus gradus est, maximum notans. Nos *s* finale, ut sæpe fit, in *r* convertimus, *mer* dicentes, uti docent exempla citato loco a me copiose allata.

DISSER-

DISSERTATIO,
de verbis Mœſogothorum.

Qui veteri litteraturæ Mœſogothicæ, dialectorum tam Saxonicæ, quam Alemannicæ, Islandicæ, ceterarumque cognatarum matri, aliquid ſtudii impendere, operæ pretium eſſe, ducunt, primas omnino illius illuſtratæ partes merito vindicant viro doctiſſimo, *Franciſco Junio*, quippe qui princeps codicem argenteum edidit, & locupletiſſimo indice ſermonis Gothici cognationem, variaque alia, ad pleniorem illius cognitionem facientia, explicuit. Poſt eum, ingenioſiſſimumque *Stiernhielmium*, qui ſimilem pretioſo huic monumento operam impendit, nemo in hoc campo ſolidiorem gratiam ab orbe erudito iniit, quam *Georgius Hickeſius*, qui anno ſuperioris ſeculi 89. Oxoniæ editis *Inſtitutionibus Grammaticæ Angloſaxonicæ & Mœſogothicæ*, inſertis deinde immortali operi, quod *Theſaurum linguarum ſeptentrionalium* appellavit, naturam veteris huius linguæ ingenti labore nec minori ſucceſſu tradidit: quibus ſi *Edwardi Lye Grammaticam Gothicam*, præmiſſam nuperæ editioni *Benzelianæ*, & *Tenkateni* obſervationes, quibus cognationem huius linguæ cum Belgica illuſtravit, adiungas, habebis quicquid in hoc ſtudiorum genere præſtitum eſt, &, fere dixero, præſtari poteſt. Interim tamen, quum evolvens *Hickeſii* modo laudatas inſtitutiones, mihi viſus ſim deprehendiſſe, illam partem, quæ de verbis Mœſogothorum agit, impeditiorem eſſe; non omnino ingratum fore iis, arbitratus ſum, qui Gothica hæc adamant, ſi aliquantulam illis operam impendam. Quod vero tractationem *Hickeſii* intricatiorem reddidit, ad duo inprimis capita reduci poſſe, mihi videtur: quorum prius eſt, quod non niſi unam verborum Mœſogothicorum coniugationem admiſit, quæ tamen manifeſte trinæ ſunt, uti nuper p. 35. a me ſubindicatum eſt, ſingulaque, quæ ab hac divertunt, ad anomala retulit, quod perinde eſt, ac ſi quis in latiali ſermone omnia ad amuſſin verbi amo flectere vellet, & cetera cuncta, tanquam aliquid a regulari tramite devium continentia, reſpiceret. Altera eſt, quod terminationes modi paſſivi pro totidem participiorum, quæ vocant Grammatici, inflexionibus habuerit, quod effecit, ut, ubi pedem figeret, ipſe ſe neſciviſſe, fateatur, & *adeo hocce labore defatigatum fuiſſe, ut pæne a diſcenda lingua Ulphila-Gothica deterritus fuerit*. Ego vero, niſi nimium mihi blandior, utrique huic difficultati obviam facillime iri poſſe, oſtendam, quod ut faciam, nonnulla de natura & ingenio verborum Gothicorum præmittam. Habent vero illa, perinde ac latina Scythicæque originis reliquæ linguæ, activam & paſſivam formam, & utrobique præter imperativum, infinitivum & participum, modum indicativum & coniunctivum. In priori non niſi duo tempora ſunt, præſens & præteritum, quibus *Hickeſius* quidem addit futurum, ſed quum tempus præſens futuri vicem ſuſtinere per totum codicem argenteum inveniatur, idque iam in indicativo, iam in coniunctivo, nec ullo adferendo exemplo probari poſſit, futurum ſeparatam formam habere, illud prætereundum duxi. Immo vero, qui linguas Gothicas, tam vetuſtiores, quam hodie florentes conſideraverit, inveniet facile, non niſi duo hæc tempora domeſtica & propria eſſe, cetera vero arte arceſſita, in ſubſidium vocatis verbis *hafwa*, *ſkola* &c. ſcilicet ut ita commodius latinorum idioma exprimerent

 &

& æmularentur. Paſſiva coniugatio ſolo præſenti tempore, altero indicativi altero ſubiunctivi modi abſolvitur, uti probe animadvertit *Edw. Lye*, in *Gram. Gothica*, quem ſimilia tradentem videre licet, pag. 50. Ea vero, quæ dixi, ut melius diſpaleſcant, ſchema coniugationis paſſivæ ſubiungam.

Præſens Indicativi modi

Sing. 1. *haitada*, vocor.
Confer. *ushauhjada*, exaltor. Joh. 12, 32. *daupjada*, baptizor, Marc. 10, 39.
2. *haitaza*, vocaris.
v. Luc. 1, 76. *galagjaza*, poneris. Matth. 5, 25.
3. *haitada*, vocatur.
v. Matth. 5, 19. conf. *usmaitada*, exſcindetur, *ushauhjada*, exaltabitur *afnimada*, auferetur. Matth. 9, 15. *uskjuſada*, reprobabitur Luc. 17, 25. quo refer *gaſupoda*, condietur. Luc. 15, 34. *gakrotuda*, conquaſſabitur. Luc. 20, 18. & plurima alia.
Plur. 1. *haitanda*, vocamur.
conf. *gaſatjanda*, collocabimur. Rom. 14, 10.
2. *haitanda*, vocamini.
conf. *afdomjanda*, condemnabimini, Luc. 6, 37. *uſhlojanda*, exhilarabimini, v. 21 *).
3. *haitanda*, vocantur.
conf. *uswairpanda*, ejicientur, Matth. 8, 12. *afletanda*, remittentur. Matth. 9, 2. *wailamerjanda*, euangelizantur. Cap. 11, 5.

I. Uti *u* in fine vocum amant Gothi, ita id omnibus perſonis adiunctum invenies, e. g. *haitazau*, *gaumjandau*. Matth. 6, 5. inprimis vero verbis modi coniunctivi e. g. *andhuljaidau*, *uſkunnaidau*, *haitaidau*, *gaſaiqhaizau*.

II. Præſens tempus futuri ſignificationem ſæpenumero, idiotismo Gothis perfamiliari, adſciſcit: hinc *haitaza* exprimit latinum vocaris, æque ac vocaberis, Luc. 14, 10. *haitada*, vocatur & vocabitur. Matth. 5, 19.

III. Ex hoc ſchemate patet, errare *Hickeſium*, qui haſce terminationes verborum paſſivorum in *da* & *za* pro participiis generis communis habet. v. cap. 9.

IV. Verba in *on* exeuntia, in paſſiva forma *oda* habent. e. g. *frijoda*. Joh. 14, 21.

Præſens Coniunctivi modi

Sing. 1. *haitaida* vel *haitandau*, vocer.
Luc. 15, 21. conf. *afſatjaidau*, removear, Luc. 16, 4.
2. *haitaiza*, *zau*, vocerìs.
v. Luc. 14, 10. conf. *gaſaiqhaizau*, videaris, Matth. 6, 18.
3. *haitaida*, *dau*, vocetur.
conf. *gabairhtjaidau*, manifeſtetur. Marc. 4, 22. *ſatjaidau*, v. 21. *galagjaidau*. Cap. 9, 42.
Plur. 1. *haitainda*, *dau*, vocemur.
non quidem occurrit hæc perſona in cod. arg. ſed per analogiam evidens eſt.

2. *hai-*

*) Hæc genuina vocis explicatio eſt: *hlajan* alias ridere notat, Suethice *le*, olim *hle*, quod etiam pro interno animi gaudio uſurpatum invenitur. *Hiſt. Alex. M. At man matte: i ſitt hierta lee*, ut intra præcordia quis lætaretur. Et ita videmus, nullo heic ſupplemento textus opus eſſe. Conf. *Ulphilas Illuſtr.* p. 53.

2. *haitainda, dau*, vocemini.
conf *ſtojaindau*, iudicemini, Luc. 6, 37. *daupjaindau*, baptizemini, Marc. 10, 38.
3. *haitainda, dau*, vocentur.
conf. *andhuljaindau*, revelentur. Luc. 2, 35.

Reliqua tempora, quæ vel ad præteritum, vel id, quod futurum eſt, ſpectant, qua ratione apud Gothos per periphraſin exprimantur, iam mox ſumus dicturi, nunc tria tantum verba de infinitivo & participio paſſivo ſuperaddituri. Quod vero ad illum attinet, obſervaverint, qui codicem argenteum evolverunt, locum illius fere occupare infinitivum activum, unde videmus, *uswairpan* tam abiicere, quam etiam abiici denotare. v. Marc. 3, 15. & 9, 45. *usquiman*, occidere & occidi. Matth. 10, 28. Marc. 8, 31. & ſic in ceteris. Si mendo careat verſus 45 capitis decimi euangelii *Marci*, invenietur peculiaris in lingua Mœſogothica forma infinitivi paſſivi. *Sunus mans ni quam atandbahtjam* ak *andbahtjan*, filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Codices impreſſi omnes heic habent *atandbahtjan*, ſed ipſum exemplar argenteum præferre *atandbahtjam*, obſervatur in *Ulphila Illuſtrato.* Evidens vero eſt, aliquid heic fuiſſe, quod diſcrimen fecerit inter τὸ miniſtrare & miniſtrari, niſi credere velimus, plus quam battologum fuiſſe *Ulphilam* noſtrum: id vero utrum in *m* finali, an in præfixo *at* quærendum ſit, peritioribus iudicandum relinquo, & tum primum forte conſtabit, ubi plura huius L. monumenta ſors favens nobis ſubminiſtraverit. Reſtaret, ut de participiis paſſivis nonnulla adderemus, ſed quum diverſa eorum in ſingulis coniugationibus forma ſit, ſuis quæque locis commodius in adferendis ſchematibus comparebunt: nunc tantum lectorem meum obſervare iubeo, quam ſimplex fuerit vetuſta Scytharum lingua, quantoque in verbis ſuis inflectendis parcior vicino Græciſmo: quo vero quid ſimplicius, eo fere antiquius eſſe, aſſolet. Quamvis vero verba eorum paſſiva non niſi unicum tempus præſens habuerint; nihil tamen ſtili perſpicuitatem inde paſſam fuiſſe, invenire licet. Quod ut conſtet, ſcire iuvat, tres eſſe modos, quibus tanquam ſuccedaneis paſſiva ſignificatio efformetur, & varie modificetur. Primus eſt, ubi verba auxiliaria per periphraſin participiis inprimis & infinitivis adiunguntur. e. g. *inſandiths im*, miſſus ſum. Luc. 1, 19. *gawaſiths was*, veſtitus erat. Marc. 1, 6. *gadomida warth*, iudicata eſt. Matth. 11, 19. *warth gaſkapans*, creatus fuit, Marc. 2, 27. *ganumans weſi*, conceptus eſſet, Luc. 2, 21. *liugaidedun jah liugaidos weſun*, uxores ducebant, & nuptui dabantur. Luc. 17, 27. *Skulda weſi gaſwikunthjan*, manifeſtandum eſſet. Luc. 19, 11. *maht weſi frabugjan*, venundatum fuiſſet. Marc. 14, 5. quæ ultima loca vel ideo affero, quod docent, peculiari idiotiſmo duo verba auxiliaria in L. Gothica aliquando coniungi, prius in participio, alterum in ſubiunctiva forma. Alter modus paſſivam notionem ſubſtituendi eſt, ubi *n* ultimæ verbi ſyllabæ præfigitur, uti oſtendent ſequentia exempla

Aſliſnan, ſupereſſe, ab *aſleiban*, relinquere, unde *laibos*, reliquiæ.
Afqhaunan, ſuffocari. *afqhaujan*, ſuffocare.
Afſlauthnan, percelli. *afſlahan*, percutere.
Andbindnan, ſolvi. *andbindan*, ſolvere.
Biſaulnjan, contaminari, ab inuſitato *ſauljan*, contaminare. Sueth. *ſöla*. A. S. *ſylian*, Gall. *ſaler*.

Dishniup-

Dishniupnan, rumpi.	*dishniupan*, rumpere.	
Diskritnan, scindi.	*diskreitan*, scindere.	
Distaurnan,	*distairan* rumpere.	
Fraqwistnan, perdi.	*fraqwistjan*, perdere.	
Fullnan, impleri.	*fulljan*, implere.	
Gabatnan, proficere.	*botan*, iuvare.	
Gabignan, ditescere,	a *gabigs*, dives.	
Gadauthnan, mori.	*gadauthjan*, occidere.	
Gadrobnan, turbari.	*gadraiban*, vexare.	
Gahaftnan, adhærere.	*gahaftan*, prehendere.	
Gahailnan, sanari.	*gahailjan*, sanare.	
Gaqviunan, vivisсari.	*gaqviwan*, vivere.	
Gastaurknan, arescere.		
Gathaursnan, arescere, sitire.	*gathaursjan*, siccare.	
Sathnan, saturari.	*sothjan*, saturare.	
Swinthnan, confortari.	*swinths*, validus.	
Usgeisnan, percelli.	*usgeisan*, percellere.	Iss. *geissa* furere. v. Marc. 3, 2. *usgeisiths.*
Usgjutnan, effundi.	*usgjutan*, effundere.	
Uskeinan, germinare.	*uskijan*, proferre.	
Usluknan, aperiri.	*uslukan*, aperire.	
Usmernan, rumore differri.	*usmerjan*, divulgare.	
Waknan, expergisci.	*wakjan*, excitare.	
Weihnan, sanctificari.	*weihan*, sanctificare.	

De hisce omnibus sequentia in transcursu annotare iuvabit. I. Ad primam coniugationem ea referenda esse, sed id peculiare habere, quemadmodum observavit *Ed. Lye*, in *Gram. Gothica*, quod in præteritis naturam imitentur verborum in *on* desinentium, e.g. *gadrohnoda, diskritnoda.* 2. quod in imperativis tertiæ coniugationis formam sequantur: e. g. *afdumbn*, sile, *usluk*n, aperire, ἐφφαθά. 3. Eandem verborum terminationem in filiabus linguæ Gothicæ observari, cum illo tamen discrimine in lingua Islandica & Sueogothica, quod ab adiectivis fere formentur, & significatione æquivaleant latinis in *sco* desinentibus, e. g. a *stel*, rigidus, fit *stèlna*, rigescere, a *swart*, niger, fit *swartna*, nigrescere, ut innumera alia prætersam. Tertius modus, quo Gothi passivam significationem activis adiiciunt, est, quod hisce pronomen *sik* annectant, ita Luc. 6, 18. *Quemun hailjan sik*, venerunt, ut sanarentur. *Galesun sik* congregabantur. Marc. 4, 1. *Gawasida sik*, vestitus erat. Matth. 6, 29.

Hisce iam generalioribus præmissis: ipsa verborum paradigmata dabimus, idque ita, ut id, quod primam coniugationem sistit, exigua cum immutatione ex *Grammatica Gothica Hickesiana* transscribamus: alterum vero & tertium addamus, citatis ubique locis, ubi eadem vel affinia in codice argenteo inveniuntur. Pro testimoniis erunt exempla, quae singulis eorum adiungemus. Con-

CONIUGATIO PRIMA.

Trisyllabica.

		Sing.	Dual.	Plur.
	1	*Sokja*, quæro.	*Sokjos*, quærimus.	*Sokjam*, quærimus.
Præsens	2	*Sokjais* vel *jis*, quæris.	*Sokjats*, quæritis.	*Sokeith*, *it*, *id*, *sokaith*, *sokaid*, quæritis.
	3	*Sokeith*, *ith*, *jith*, quærit.		*Sokjand*, quærunt.

Notæ.

1. Personæ primæ sæpe affigitur *u*. e g. *sokjau*.

2. Docet *Hickesius*, tertiæ personæ pl. aliquando *a* in fine addi, verum exempla quæ adfert, Luc. 6, 37. 44. Matth. 7, 16. & Joh. 13, 35. huc non pertinent, sed passiva sunt: *uskunnanda*, quod ultimo loco occurrit, verti proinde debet cognoscentur, id quod exprimit Græcum γινώσονται, atque adeo non satis ad mentem *Ulphilæ* in nuperrima editione vertitur cognoscent.

3. Irregulare & erratum forte librarii est, quod occurrit. Luc. 6, 38. *mitad* pro *mitaid* vel *mitid*. v. Ed. *Benzel*.

		Sing.	Dual.	Plur.
	1	*Sokida*, quærebam.		*Sokidedum*, quærebamus.
Præteritum	2	*Sokides*, *eis*, quærebas.	*Sokideduts*, quærebatis	*Sokideduth*, quærebatis.
	3	*Sokida*, quærebat.		*Sokidedun*, quærebant.

Notæ.

1. Notari meretur, hanc esse formam verborum, quæ in *jan* terminantur, illa vero, quæ in *an* exeunt, *ai* amare in tempore tam præsenti quam præterito & imperativo. e. g. *habais*, *habaith*, *habaida*, *habaides* &c. & tandem ea, quæ in *on* desinunt, præteritum tempus formare in *oda* *).

2. Pro *i* antepenultimo est, ubi *e* invenias, ut *andbahtededun*. Luc. 3, 3.

3. Tempus futurum, quod subiungit *Hickesius*, omisimus, quum id ignorent Gothi, eiusque loco vel præsenti tempore indicativi & subiunctivi modi utantur, vel per periphrasin & ope verborum *munan*, *skulan* & *haban* designent: exempla videsis apud *Hickesium*.

		Sing.	Dual.	Plur.
	1			*Sokjam*, *aim*, *jaima*, quæramus.
Imperativus	2	*Sokei*, quære,	*Sokjats*, quærite.	*Sokeith*, *ith*, quærite.
	3	*Sokjai*, *ad*, quærat		*Sokjaina*, quærant.

Nota.

Secunda persona utriusque numeri proprie imperativum constituit, reliquæ mutuatæ a præsenti indicativo vel subiunctivo. Pro *sokei*, *Hickesius* habet *sokjei*, sed *j* excludendum

*) *Fijan* tamen habet *fiais*, *fiaith*. Joh. 7, 7. & *goljan*, *goljaith*. Luc. 10, 7.

dendum esse, arguunt *galaubei*, crede, *ussatei*, transfer, unde etiam merito ab eo recedit *Ed. Lye.* Interdum etiam pro *ei* secunda persona utriusque numeri *ai* assumit, ut *weihai*, sanctifica, Joh. 17, 17. *habai*, habe, Luc. 14, 19. *witaiduh*, custodite. Matth. 27, 65. Alias eadem terminatio tertiæ personæ frequens est, & coniunctivo modo debetur; sed peculiare est *sokjad*, quod cum adiuncto *au* reperitur in *lausjadau*, liberato, Matth. 27, 43. & *atsteigadau* descendito, ib. p. 42. quorum facies ad passivorum formam accedens eruditis negotium facessivit. v. *Hickesii* & *Lye* Gram. Goth.

Coniunctivus Modus.

		Sing.	Dual.	Plur.
	1.	*Sokjai*, quæram.		*Sokja ma*, quæramus.
Præsens	2.	*Sokjais*, quæras.	*Sokjait*,	*Sokjaith*, quæratis.
	3.	*Sokjai*, quærat.	quæratis.	*Sokjaina*, quærant.

Notæ.

1. Prima & tertia persona *i* in *u* fere in singulis coniugationibus convertit, ut *merjau.* Marc. 1, 38. *quimau.* Luc. 19, 13. interdum, & in primis ubi interrogatio est vel dubitatio, *u* illud adiungitur. e. g. *quimaiu*, Matth. 27, 49. an veniat, *habaiu*, an habeat? Luc. 14, 28. *Siaiu*, an sit. v. 3?

2. Verba in *on* desinentia pro *ai*, *o* collocant. e. g. *jabai idreigo sik*, si eum pœniteat. Luc. 17, 3. *ni horinos*, ne mœcheris, Matth. 5, 27. *ei frijoth*, ut ametis. Joh. 13, 34. *jabai gredo*, si esuriat. Rom. 12, 20.

		Sing.	Plur.
	1.	*Sokidedi*, quærerem.	*Sokidedeima*, quæreremus.
Præteritum	2.	*Sokidedeis*, quæreres.	*Sokidedeith*, quæreretis.
	3.	*Sokidedi*, quæreret.	*Sokidedeina*, quærerent.

Nota.

1. Nonnunquam *au* in fine additur primæ & tertiæ personæ: *tauidedjau*, Joh. 15, 24. *vrohidedjau.* Joh. 5, 45. quod pro futuro tempore irregulari minus recte habet *Hickesius* l. c. p. 47. Quæ *ai* in indicativo amant, nec id heic omittunt. e. g. *habaidedi.* Luc. 14, 6.

2. Nonnunquam antepenultima tertiæ pers. pl. pro. *e* habet *i.* e. g. *tawidideina.* v. *Ulph. Illustr.* p. 50.

Infinitivus.

Sokjan quærere, *du sokjan*, quærere, ad quærendum.

Nota.

1. Singularis est gerundii forma, quæ occurrit Luc. 14, 31. *du wiganna*, ad dimicandum. Crederes facile librarium pro *wigan ina wiganna* scripsisse, quod facilius fieri potuit, quum *wigan* sit ultimæ lineæ vox, & *na* sequentem incipiat *). *Wega* Islandice cædere notat, *wig*, lucta, Alem. *uueigen.*

2 Pro

*) Alemanni similem infinitivorum terminationem habent: e. g. *Zi scheidanne.* *Tatian.* Cap. 44, 23. *Zi traganne*, ib. 54, 2. & alias sæpissime.

2. Pro *du ſokjan* occurrit etiam patticula *ſwe*. Luc. 9, 42. *Swe manwjan imma*, ut pararent vel ad parandum ei.

Participium.

Sing. Num.

	Maſcul.	Femin.	Neutrum.
Nom.	*Sokjands* & *Sokjanda*.	*Sokjandei*.	*Sokjand* & demonſtrative *Sokjando*.
Gen.	*Sokjandins* & *is*.	*Sokjandeins*.	*Sokjandins*.
Dat.	*Sokjandin* & *amma*.	*Sokjandein*.	*Sokjandin*
Acc.	*Sokjandan* & *ana*.	*Sokjandein*.	*Sokjand*, *do*.
		Plur.	
Nom.	*Sokjandans*.	*Sokjandeins*.	*Sokjandona*.
Gen.	*Sokjandane*.	*Sokjandeino*.	*Sokjandane*.
Dat.	*Sokjandan*.	*Sokjandeim*.	*Sokjandam*.
Acc.	*Sokjandans*.	*Sokjandeins*.	*Sokjandona*.

Nota.

1. Interdum craſin caſus participii patiuntur: e. g. *galaiſtans*, Marc. 1, 36. pro *galaiſtandans*. *uswenans*, Luc. 6, 35. pro *uswenandans*. *usluknans*, Marc. 1, 10. pro *usluknandans*. *naſjand*. Luc. 1, 47. pro *naſjandin*. *daupjand*, Luc. 9, 19. pro *daupjandan*. *biſitande*, Luc. 4, 14. *biſitandane*. In primis vero hoc fieri obſervabis, ubi participia nominum loco ponuntur. e. g. *fiandis*, inimici. Luc. 10, 19. pro *fiandins*. *fiands*, inimicos, Luc. 19, 27. pro *fiandans*: utraque forma, plena & ſyncopen paſſa, occurrit Matth. 9, 23. *haurnians haurniandans*, buccinatores buccinantes.

2. Dativus Plur. fem. regularis eſt *ſokjandeim*, Luc. 3, 7. *Quath than du thaim atgaggandeim manageim*. Marc. 3, 17. legitur *dad jandein*, ſed quod ſuſpectum eſſe debet.

3. Naturam participiorum optime perſpicies, ſi paradigma adiectivorum conferas.

Paſſiva Coniugatio.

Indicativus Modus.

	Sing.	Plur.
Præſens	*Sokjada*, quæror.	*Sokjanda*, quærimur.
	Sokjaza, quæreris.	*Sokjanda*, quærimini.
	Sokjada, quæritur.	*Sokjanda*, quæruntur.

Notæ.

1. v. nuper allata p. 65. addo *u* pro more Gothorum hic, uti etiam in coniunctivo, euphonice addi, e. g. *haitazau*, *aſſatjaidau*, *gaumjandau*.

2. Pro *a* mediæ ſyllabæ interdum, ſed rarius, *o* & *u* ponitur. e. g. *gakrotuda*, conquaſſabitur. Luc. 20, 18. *ſupuda*, condietur. Marc. 9, 50. & *ſupoda*, Luc. 14, 34.

Coniunctivus.

		Sing.	Plur.
	1.	*Sokjaida*, quærar.	*Sokjainda*, quæramur.
Præsens	2.	*Sokjaiza*, quæraris.	*Sokjainda*, quæramini.
	3.	*Sokjaida*, quæratur.	*Sokjainda*, quærantur.

Participium.

	Mascul.	Femin.	Neutr.
		Singularis Num.	
Nom.	*Sokiths*, *ids*, emph. *Sokida*.	*Sokida*, & emph. *Sokido*. v. Luc. 10, 15.	*Sokith*, id. *Sokjata*. conf. *manwjata*. Marc. 14, 15 *). emph. *Sokido*. v. Marc. 12, 10.
Genit.	*Sokidis* & *ins*.	*Sokidaizos*.	*Sokidis*.
Dat.	*Sokidamma* & *in*.	*Sokidai*.	*Sokidamma*.
Accus.	*Sokidana* & *Sokidan*. v. *Ulph. Illustr.* p. 24.	*Sokida*.	*Sokid*, emph. *Sokido*. Luc. 10, 9.
		Plur.	
Nom.	*Sokidai* & emph. *Sokidans*.	*Sokidos*, emph. *Sokidons*.	*Sokida* & *Sokidona* **).
Genit.	*Sokidaize*, & *Sokidane*.	*Sokidaizo*.	*Sokidaize*.
Dat.	*Sokidaim*.	*Sokidaim*.	*Sokidaim*.
Accus.	*Sokidans*.	*Sokidos*, *ons*.	*Sokida* & *Sokidona*.

Notæ.

1. Genitivus masculinorum pluralis promiscue ponitur *Sokidaize* & *Sokidane*. v. *gavalidane*. Marc. 13, 20. Credidero priorem terminationem propriam esse nominativo *Sokidai*, & alteram τῷ *Sokidans*.

2. Quæ in indicativo *ai* amant, hic illud retinent. e. g. *fastaiths*, *gasweraids*. Par ratio est verborum in *on* exeuntium, quæ *o* suum servant, e. g *wairthods*, a *wairthods*, a *wairthon*, *gasunjoda*, a *gasunjon*.

3. Ad hanc coniugationem pertinent maxima pars verborum Gothicorum, omnia polysyllaba, de quibus supra, nec non desinentia in *on* & *nan*.

Con-

*) Nisi hoc potius referri debeat ad Adiectivum *manvu*. Conf. dicta ad calcem dissert. de Adiectivis.

**) *E. Benzelius* ad Matth 27, 5. dicit, hanc esse formam participiorum neutrius gen. ubi præstant vicem nominum substantivorum. Sed v. Marc. 3, 31. & alias.

CONIUGATIO SECUNDA.

Diſſyllabica.

Indicativus.

Præſens	1.	*Kann*, ſcio. Luc. 1, 34.		*Kunnum*, ſcimus. Joh. 7, 27.
	2.	*Kant*, ſcis. Luc. 18, 20.	*Kunnuts*. conf. Marc. 10, 38. ſcitis.	*Kunnuth*, ſcitis. Matth. 27, 65.
	3.	*Kann*, ſcit. Joh. 7, 15.		*Kunnun*, ſciunt. Joh. 7, 49.

Notæ.

1. Peculiare id habet hæc coniugatio, quod in præſentis temporis ſingulari numero unica ſyllaba fere defungatur. Ita, *mag*, *magt*, *mag*, a *magan*, *gamot*, a *gomotan*, *man* a *munan*, *og*, *ogs* ab *ogan*, *ſkal* a *ſkulan*, *tharf* a *thaurban*, *wait* a *witan*, quo etiam pertinet *ganah*, ſufficit. Joh. 4, 8. Nonnulla vero etiam in præſenti tempore diſſyllaba ſunt, ut *thugkja*, *thagkja*, *waurkja*, quæ etiam ibi formam primæ coniugationis ubique habent.

2. Verba in *tan* deſinentia, *s* ſecundæ perſonæ præfigunt, ut a *witan*, *waiſt*. Joh. 19, 10. ſimili modo a *bigitan* fit *bigaſt*, a *biudan*, *bauſt*, a *bileithan*, *bilaiſt* &c. De verbo *wiljan* notetur, illud pro præſenti indicativo ſemper coniunctivum uſurpare: & huc pertinet *wiljau*, *wili*, &c.

	1.	*Kuntha*, ſcivi. Joh. 6, 42.	*Kunthedum*, ſcivimus. Joh. 8, 52. conf. *ſkuldedum*, *mahtedum*.
Præter.	2.	*Kunthes*, ſciviſti. Luc. 19, 44.	*Kuntheduth*, ſciviſtis. conf. *wiſſeduth*. Luc. 2, 49.
	3.	*Kuntha*, ſcivit. conf. *mahta*, *aihta*, *usbauhta*, *gadaurſta*, *ohta*. &c.	*Kunthedun*, ſciverunt. Marc. 1, 34. conf. *aihtedun*, *bauhtedun*, *brahtedun*, *wildedun*, *mundedun*. Joh. 12, 29.

Nota.

Arbitratur *Hickeſius*, per craſin *kuntha* dici pro *kunnida:* ſed an etiam craſis a *witida*, *wiſſa*, a *gadaurida*, *gadaurſta* effecerit? Pro teſtimonio etiam erit conſenſus reliquarum linguarum Gothicarum, quæ hisce gemina omnes habent, ut ſupra monitum eſt. *Aigan* inter heteroclita eſt, quippe quod in præterito *aihta* & *aihida* habet, perinde ac nos Suiogothi *ægde* dicimus, & maiores noſtri *ätte*.

Imperativus.

Sing.	Plur.
Kunnei, ſcito. conf. *bugei*.	*Kunneith*. Joh. 15, 18. conf. *gamuneith*.

Notæ.

1. Reliquæ perſonæ unde mutuæ ſumantur, ad ſuperius paradigma monuimus. Diſces inde, cur in plurali æque inveniatur *waurkjaith*. Joh. 6, 27. ac *waurkeith*. v. 10.

2. *Ogs*, quod imperative uſurpatur Joh 12, 15. re vera ſecunda perſona præſentis indicativi modi eſt. Quod vero *briggan*, *brigg* habeat, inde fit, quod heteroclitum eſt, & tertiæ coniugationis formam aliquando amat.

Coniunctivus.

Præsens	1.	*Kunni* vel *Knnnjau.* Joh. 8, 55. sciam. conf. *aigi*, *magjau*, *wiljau.*	*Kunneima*, sciamus. conf. *thaurbeima*, *wileima.*
	2.	*Kunneis*, sciat. conf. *ogeis*, *wileis*, *mageis.*	*Kunneith*, sciatis. Marc. 4, 13. conf. *witeith.*
	3.	*Kunnei*, sciat. v. Joh. 17, 23. & *Kunni.* conf. *aigi*, *skuli*, *witi*, *magi.*	*Kunneina.* sciant. Joh. 17, 3.

Nota.

Pro *kunneis*, *kunnei* *) offendimus etiam *kunnai*, *kunnais.* v. Luc. 1, 4. Joh. 14, 31. Sed quod occurrit Joh. 7, 17 & 51. *ufkunnaith*, γνώσεται, vitio laborare arbitror, & *th* expungendum, nisi credere fas sit, *Ulphilam* γνώσηθε legisse, uti Cap. 8, 28, 32 & 14, 20. Similis ratio est *waurkjan*, cuius coniunctivus est *waurkjais*, *waurkjaith*, *waurkjaima:* **) conf. *bugjaina*, *magais.*

Præteritum	1.	*Kunthedi*, vel *jau* scirem.	*Kunthedeima*, sciremus.
	2.	*Kunthedeis*, scires. conf. *aihtedeis* *wissedeis.*	*Kunthedeith*, sciretis. Joh. 8, 10. conf. *wildedeith.*
	3.	*Kunthedi*, sciret, conf. *wildedi*, *mahtedi.*	*Kunthedeina*, scirent.

Notæ.

1. Ex allatis exemplis observabit studiosus linguæ Gothicæ, præsens coniunctivi modi a præsenti indicativo formari, & a præterito præteritum. Sic a *mag* fit magi, a *mahta*, *mahtedi*, a *wait*, *witum* fit *witi*, a *wissa*, *wissedi.*

2. Pro *kunthedi* Luc. 7, 39. legimus *kuntheda*; sed vitiosum hoc esse, credere licet. Idem iudicium meum est de *mahtide*, quod Luc. 14, 29. occurrit pro *mahtedi* quod codex argenteus præfert.

Infinitivus.

Kunnan, scire, *du kunnan*, scire, ad sciendum.

Participium.

Masc.	*Knnnands*, sciens.
Fem.	*Kunnanda*, sciens.
Neutr.	*Kunnand*, sciens.

Nota.

Casuuum formationem, vide in superiori paradigmate.

Passiva

*) *E. Benzelius* in notis ad Joh. 17, 23. ait *kunnai* esse regulare, & mendi arguit C. A. qui *kunnei* præfert. Sed contrarium evincit Schema hoc. Conf. Matth. 7, 20.

**) Marc. 9, 5. legitur *gavaurkjam.* v. *Ulph. Illustr.* sed in loco parallelo Luc. 9, 33 *gavaurkjaima.*

Paſſiva Coniugatio.

Præſens Indic.	1.	*Kunnada*, noſcor.	*Kunnanda*, noſcimur.
	2.	*Kunnaza*, noſceris.	*Kunnanda*, noſcimini.
		Kunnada, noſcitur.	*Kunnanda*, noſcuntur. Joh. 13, 35.
Præſens Coniunct.	1.	*Kunnaida*, noſcar.	*Kunnainda*, noſcamur.
	2.	*Kunnaiza*, noſcaris.	*Kunnainda*, noſcamini.
	3.	*Kunnaida*, noſcatur. v. Matth. 10, 26.	*Kunnainda*, noſcantur.

Nota.

Rationes utriusque huius temporis dedimus nuper p. 150.

Participium.

Singul. Num.

	Maſcul.	Femin.	Neutr.
Nom.	Ku*nths*, Luc. *6*, 4.	Ku*ntha*, *o*. confr. *mahta*. Joh. 10, 35.	Ku*nth*, *o*, Math. *9*, 33. cft. *mahd ſkuld*.
Genit.	Ku*nthis*.	Ku*nthaizos*.	Ku*nthis*.
Dat.	Ku*nthamma*.	Ku*nthai*, *on*. conf. *frawaurhton*. Marc. 8, 38.	Ku*nthamma*.
Accuſ.	Ku*nthana*.	Ku*ntha* & emph. *on*. cfr. *unhandawaurhta*. Marc. 14, 58. *handawaurthon*. ib.	Ku*nth*, *o*.

Plural. Num.

	Maſcul.	Femin.	Neutr.
Nom.	Ku*nthai* & demonſtr. *ans* conf. *frawaurhtai*, Luc. *6*, 33. *frawaurhtans*, ib. v. 34.	Ku*nthos*.	Ku*ntha*.
Genit.	Ku*nthane*. cfr. *uswaurhtane*. Luc. 14, 14.	Ku*nthano*.	Ku*nthane*.
Dat.	Ku*nthaim*, *am*. conf. Luc. 2, 44.	Ku*nthaim*, *am*.	Ku*nthaim*, *am*.
Accuſ.	Ku*nthans*, conf. *mikilthuhtans*. Luc. 1, 51.	Ku*nthos*.	Ku*ntha*.

Nota.

Peculiare id huic coniugationi eſt, quod participium monoſyllabicum amet. e.g. *munds*, *thuhts*, *thahts*, *thurfts*. *)

EXEM-

*) *Ten Kate* Tom. I. p. 593 male participium ponit *thahtans*, *brahtans*, &c.

EXEMPLA

In Codice Argenteo occurrentia.

Aigan, poſſidere. *aih.* Joh. 19, 10. *aihum.* Joh. 19, 7. *aigun.* Matth. 8, 20. *aihta.* Luc. 15, 11. *aihida.* Luc. 16, 1. ſed. v. *Ulphil. Illuſtr. aihtedun* Marc. 12, 23. *aigi.* Joh. 6, 40. *aigeith.* Joh. 16, 33. *aigeina.* Joh. 10, 10. *aihtedeis.* Joh. 19, 11.

Briggan, adducere. *briggit.* Luc. 15, 22. *brahta.* Marc. 9, 17. *brahtedun.* Marc. 12, 4. *tobrigg.* Marc. 15, 22. *briggais.* Matth. 6, 13. *brigganda.* Matth. 7, 13. *briggandei.* Luc. 7, 37.

Bugjan, emere, *bugjam.* Joh. 6, 5. *usbauhta.* Luc. 14, 29. *bauhtedun.* v. 19. *bugei.* Joh. 13, 29. *bugjaina.* Luc. 9, 12. *usbugjands.* Marc. 15, 46. *bugjandans.* Marc. 11, 15. *frabugjandane.* ibid. *bugjanda.* Matth. 10, 29. *frabauht.* Joh. 12, 5.

Dauran, *gadauran*, audere. *gadaurſta.* Marc. 12, 34. Angloſaxones *dyrran, dorſte* dicunt, nos *töra*, *tröſte*, per litterarum metatheſin, *gadaurſtedun.* Luc. 20, 40.

Ganohan, ſufficere. *ganah.* ſufficit. Joh. 14, 8.

Kunnan, ſcire. *Kann*, Luc. 1, 34. *Kant.* Luc. 18, 20. *Kann.* Joh. 7 15. *Kunnum.* Joh. 7, 27. *Kunnuth.* Matth. 27, 65. *Kunnun.* Joh. 7, 49. *Kuntha.* Joh. 6, 42. *uskunthes* Luc. 19, 44. *uskunthedum.* Joh. 6, 42. *Kunneith.* Joh. 15, 18. *Kunjau.* Joh. 8, 55. *uſkunnai.* Joh. 14, 31. *gakunnaith.* Matth. 6, 28. Sed *uſkunnaith* quod Joh. 7, 13. occurrit, vitioſum eſſe videtur pro *uſkunnai*, adeo ut ultima littera abundet. *Kunnei.* Joh. 17, 23. *kunneina.* Joh. 17, 3. *uſkunthedi.* Luc. 7, 39. ita ſcilicet legi oportet, quod habet editio *Benzeliana* & *Ulph. Illuſtr.* p. 58. conf. quod Luc. 19. 15. occurrit *gakunnaidedi* & Marc. 12. 26. *gakunnaideduth*, *kunthedeith.* Joh. 8, 19. *uſkunnands.* Luc. 5, 22. *uſkunnandans.* Marc. 6, 54. *uſkunnaidau.* Matth. 10, 26. *uskunths.* Luc. 6, 44. *uskunthana.* Joh. 7, 4. Scire autem refert, *Kunnan*, ubi legere notat, eſſe primæ coniugationis. Marc. 12, 26. *Niu gakunnaideduth*, nonne legiſtis?

Magan, poſſe, valere. *mag.* Joh. 13, 37. *magt.* Luc. 5, 12. *mag.* Joh 10, 21. *magutſu.* Marc. 10, 36. *magum.* Marc. 10, 39. *maguth*, *magud.* Luc. 5, 34. *magun.* Matth. 9, 15. *mahta.* Luc. 19, 3. *mahtedum.* Luc. 9, 43. *mahtedun* legitur Marc. 9, 28. in prima perſona, ſed id haud dubie amanuenſis incuriæ tribuendum, *mahtedun.* Marc. 3, 20. *magi.* Rom. 12, 18. *magjau.* Matth. 9, 28. *mageis.* Marc. 9, 22. *magi.* Marc. 9, 39. *mahtedi.* Joh. 9, 33. pro quo vitioſe iterum Luc. 14, 29. ſcribitur *mahtide. magands.* Luc. 1, 20. *magandan.* Matth. 10, 28. *magandans.* Marc. 2, 4. *mahta*, potens. (fem.) Joh. 10, 35. *maht.* (neutr.) ib.

Motan, *gamotan*, capere, χωρεῖν. *gamot.* Joh. 8, 37. *gamoſtedun.* Marc. 2, 2.

Munan, putare. *man*, Luc. 17, 9. *gaman.* Joh. 16, 21. *gamuneis.* Matth. 5, 23. *gamunuth.* Marc. 8, 18. *gamunda.* Marc. 14, 62. *gamundedum.* Matth. 27, 63. *gamundedun.* Joh. 12, 60. *gamuneith.* Joh. 15, 20. *gamunanas.* Marc. 11, 21. *munds.* Luc. 3, 23. Ab hocce verbo diverſum eſt alterum cognati ſoni & cognatæ etiam ſignificationis *munjan*, unde habemus *munaidedun*, cenſuerunt, ἐβουλεύσαντο. Joh. 12, 10. unde *uſarmunnodedun*, obliti ſunt, nec non verbum auxiliare *munan*, quod etiam primæ coniugationis eſt.

v. *mu-*

v. *munais.* Joh. 6, 15. *munaida.* Luc. 19, 4. *munaidedun.* Joh. 6, 15. Suethice *mände* eodem sensu usurpamus.

Ogan, timere. *og*, Luc. 18, 4. ubi editio *Benzeliana* minus bene habet *oga. ogs*, quod proprie secunda persona indicativi est, usurpatur etiam in forma imperandi. Joh. 12, 15. *og.* Luc. 18, 4. *ohta.* Marc. 6, 20. *ohtedun.* Luc. 2, 9. *uhtedun.* Marc. 11, 32. *ogeis.* Rom. 13, 3. *ogeith.* Matth. 10, 26. *ogandei.* Marc. 5, 33. *ogandam.* Luc. 1, 50. *ogandans.* Luc. 8, 25.

Skulan, debere. *skal.* Joh. 9, 4. *skalt.* Luc. 16, 5. *skal.* Luc. 19, 5. *skulum.* Luc. 18, 1. *skulda.* Luc. 4, 49. Matth. 11, 14. *skuldedum.* Luc. 17, 10. *skuldedun.* Joh. 7, 39. *skuli.* Luc. 1, 66. *skulds.* Luc. 9, 44. *skuld.* Marc. 6, 18. *skuldu.* Marc. 3, 4.

Thagkjan, cogitare. *thagkeith*, Luc. 14, 31. *thahta.* Luc. 1, 29. *thahtedun.* Luc. 20, 5. *thagkjandans.* Marc. 2, 6. *andathahtana.* Rom. 12, 1.

Thaurban, opus habere. *tharf.* Luc. 14, 18. *tharft.* Joh. 16, 30. *thaurbum.* Marc. 14, 63. *thaurbuth.* Matth. 6, 8. *thaurbun.* Marc. 2, 17. *thaurfta.* Marc. 2, 25. *thaurbeima.* Joh. 13, 29. *thaurfts.* Luc. 19, 34.

Thugkjan, putare, *thugkeith.* Luc. 8, 18. *thugkjand.* Marc. 10, 42. *thuhta.* Luc. 9, 7. *thuhts*, unde *mikilthuhtans*, qui sibi magni videntur.

Waurkjan, facere. *gawaurkjam.* Marc. 9, 5. *waurkjand.* Marc. 6, 14. *waurhta.* Marc. 6, 21. *gawaurhtedum* Joh. 12, 2. *waurkeith.* Joh. 6, 10. *waurkjais.* Luc. 14, 12. *waurkjaima.* Joh. 6, 28. *waurkjaith* Joh. 6, 27. *gawaurhtedi* Luc. 19, 15. *waurkjandans.* Matth. 7, 23. *waurhts*, unde *handawaurhta*, manufacta. Marc. 14, 58. *uswaurhta.* Matth. 11, 19. *uswaurhtana.* Luc. 10, 29. *uswaurhtane.* Luc. 14, 14.

Wiljan, velle, *wilda.* Luc. 18, 4. *wildedum.* Matth. 27, 15. *wili.* Luc. 10, 22. *wiljau.* Matth. 8, 3. *wileis.* Marc. 6, 22. *wileizu*, visne. Luc. 9, 54. *wili.* Marc. 8, 35. *wileits.* Marc. 10, 36. *wileima* Joh. 12, 21. *wileith.* Matth. 27, 17. *wileidu*, vultisne. *wileima.* Joh. 12, 21. *wildedi.* Luc. 1, 62. *wildedeith.* Matth. 11, 14. *wiljands.* Marc. 15, 15. *wiljandin.* Matth. 5, 40.

Witan, scire. *wait* Marc. 14, 68. *waist.* Joh. 19, 10. *wait.* Matth. 6, 8. *wituts.* Marc. 10, 38. *witum.* Marc. 12, 14. *witumuh.* Joh. 9, 31. *wituth.* Marc. 8, 17. *witadu*, pro *witudu* errore amanuensis legitur. Joh. 13, 12. v. Edit. *Benzel.* *wissa.* Matth. 27, 18. *wissuh.* Joh. 6, 64. *wisseis.* Luc. 19, 27. *wisseduth.* Luc. 2, 49. *wissedun.* Luc. 18, 34. *wastei.* Joh. 18, 35. *witeis.* Matth. 27, 4. *witi.* Matth. 9, 30. *witeith.* Matth. 9, 6. *wissedeis.* Luc. 19, 42. *wissedi.* Marc. 9, 30. *wissedeina.* Luc. 20, 7. *witands.* Matth. 9, 4.

CONIUGATIO TERTIA.

Monosyllabica.

Indicativus Modus.

		Sing.	Dual.	Plur.
Præsens	1.	*Saiqha*, video. Joh. 9, 5.	*Saqhos*, videmus. conf. Joh. 14,23.	*Saiqham*, videmus. Matth. 27, 49.
	2.	*Saiqhis*, vides. Marc. 12, 14	*Saiqhats*, videtis. Matth. 9, 30. Marc. 10, 39.	*Saiqhith*, videtis. Matth. 11, 4.
	3.	*Saiqhit*, videt. Math. 5, 28.		*Saiqhand*, vident. Luc. 7, 22.
Præter.	1.	*Saqh*, vidi. Joh. 9, 11.	*Seqhuts*, vidistis. Luc. 7,22.	*Seqhum*, vidimus. Marc. 2, 12.
	2	*Saqht*, vidisti. Joh. 8, 57.		*Seqhuth*, vidistis. Joh. 6,26.
	3.	*Saqh*, vidit. Joh. 18, 43.		*Seqhun*, viderunt. Luc. 10, 24.

Notæ.

1. Mutat fere hæc coniugatio vocalem verbi sui in præterito singulari, & iterum in plurali numero: e. g. *duginnan*, *dugann*, *dugunnun*, *steigan*, *staig*, *stigun*, *driusan*, *draus*, *driusun*, &c. Interdum vero & præcipue in verbis primam syllabam geminantibus, invariata permanet, ut *skaidan*, *skai*, *skaid*, *aikan*, *aiaik*.

2. Augmentum syllabicum in præterito adsciscere verba Gothorum non pauca, supra docuimus.

3. *Ushofon* Luc. 17, 3. legitur pro *ushofun*, ut solent hæ vocales alternare vices. v. *Ulph. Illust.* p. 88.

Imperativus.

Sing.	Dual.	Plur.
Saiqh, vide. Joh. 11, 34.	*Saiqhats*, videte. Matth. 9,30.	*Saiqhaima*, videamus. conf. Luc. 9, 33.
Saiqhai, videat.		*Saiqhith*, *aith*, videte. Matth. 6, 1.
		Saiqhaina, videant. Joh. 17, 24.

Notæ.

1. Observabo heic verbulo, *sai*, ecce, vide, *qh* finali carere, ubi adverbium est.

2. Irregulare est *bidei*, a *bidjan*, *ushafei* ab *ushafan*, quæ sequuntur alterutram priorum coniugationum

3. Est etiam, ubi imperativus dualis pro *a* habet *i*, uti *attiuhits*, Marc. 11, 2. nec non *ai*: e. g. *qvithaits*. v. 3. 14, 14.

Coniunctivus.

		Sing.	Dual.	Plur.
Præsens	1.	*Saiqhai*, *Saiqhau*, videam. Marc. 10, 51.	*Saiqhaima*, videamus Joh. 6, 30.	*Saiqhaima*, Matth. 27, 42. videamus.
	2.	*Saiqhais*, videas. Marc. 12, 4.	*Saiqhaits*, videatis. cfr. Marc 14,14. Luc. 19, 31.	*Saiqhaith*, videatis. conf. Luc. 6, 36.
	3.	*Saiqhai*, videat. conf. Luc. 18, 18.		*Saiqhaina*, videant. Joh. 7, 3.

Notæ.

Notæ.

1. Primam perſonam ſingularis numeri *ſaiqhai* poſui, etiamſi non occurrat in C. A. niſi in *u* terminata: ſed quum prima & tertia perſona ſimiles eſſe ſoleant in Coniunctivo modo, *u* vero euphonicum in fine amaſſe cernantur Gothi, non prætereundam cenſui formam, quam regularem eſſe, probabile videtur.

2. In duali numero *ſitaiwa* occurrit. Marc. 10, 37. ſed, uti videtur, librarii errore pro *ſitaima*. v. *Ulph. Illuſtr.*

3. Pro *wairthai* in Codice Arg. Luc. 27, 2. occurrit *wairthja*, ἤμελλε. v. *Ulph. Illuſt.* & conf. Joh. 9, 22.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	*Seqhi, Seqhjau*, viderem. conf. Joh. 8, 55.	*Seqheits*, videretis.	*Seqheima*, videremus.
Præteritum 2.	*Seqheis*, videres.		*Seqheiths*, videretis.
3.	*Seqhi*, videret. Marc. 8, 23.		*Seqheina*, viderent. Joh. 12, 9.

Nota.

Obſervandum eſt, tempus præſens *ſeqhi* præſens indicativi modi, & tempus præteritum formam ſervare præteriti, eandemque vocalem, quam ibi habet pluralis numerus: ita *ſaiqhai* fit a *ſaiqhand*, ſed a *ſeqhun*, *ſeqhi*, a *bigitun*, *bigeti*, a *waurthun*, *waurthi*, a *ſtothun*, *ſtothi*, &c. unde etiam eſt, quod augmentum ſyllabicum admittat præteritum, non vero præſens ſubiunct. e. g. *fraleitai*, *fralailoti*. Marc. 15, 9. 11. Irregularia ſunt *quitheina*. Luc. 8, 56. & 9, 21. pro *quetheina*, quod habemus. Marc. 8, 30. *weiſeis* pro *weſeis*. Joh. 11, 32. cui geminum eſt *usdreibeina*, Marc. 9, 18. de quo tamen conſule *Ulph. Illuſtr.* p. 133. *quimi*. Luc. 7, 3. pro *quemi*, quod occurrit Cap. 1, 43.

Infinitivus.

Saiqhan, videre. Luc. 9, 38. *du ſaiqhan*, ad videndum.

Participium.

Saiqhands, videns.

Nota.

Quomodo flectatur, videri poteſt in Schemate primæ coniugationis.

Paſſivum.

Indicativus Modus.

	Sing.	Plur.
1.	*Saiqhada*, videor.	*Saiqhanda*, videmur.
Præſens 2.	*Saiqhaza*, videris.	*Saiqhanda*, videmini.
3.	*Saiqhada*, videtur.	*Saiqhanda*, videntur.

Coniunctivus Modus.

1.	*Saiqhaida*, videar.	*Saiqhainda*, videamur.
Præſens 2.	*Saiqhaiza*, videaris. Matth. 6, 18.	*Saiqhainda*, videamini.
3.	*Saiqhaida*, videatur.	*Saiqhainda*, videantur. Matth. 6, 16.

X 2 Nota.

Nota.

Uterque modus *u* in fine amat.

Participium.

	Singul. Num.		
	Maſcul.	Femin.	Neutrum.
Nom.	*Saiqhans.* Marc. 16, 11. & emphat. *Saiqhana.* cfr. *haitana.* Marc. 15, 7. & *qvumana.* Joh. 6, 51.	*Saiqhana*, conf. *usdribana*, & emph. *Saiqhano*, conf. *gibano.* Marc. 6, 2.	*Saiqhan.* conf. *usguldan*, huc refer *gatrudon.* Luc. 8, 15. *Saiqhanata.* confer *uskijanata.* *Saiqhano*, per emphaſin, cfr. *qvithano, anafulhano.* &c.
Genit.	*Saiqhanis.*	*Saiqhanos.*	*Saiqhanis*, conf. *qvithanis.*
Dat.	*Saiqhanamma.*	*Saiqhanai.* conf. *andſakanai, waurthanai.*	*Saiqhanin.* conf. *fraluſanin.*
Acc.	*Saiqhanana* & *ſaiqhanan.* cfr. *fraluſanan, biwundan.*	*Saiqhana.* conf. *ufargutana, gawigana.*	*Saiqhan*, & Emph. *ſaiqhano.* conf. *waurthan, inſaiano.*
		Plural. Num.	
Nom.	*Saiqhanai* & Emph. *ſaiqhanans.* Luc. 9, 31. conf. *frawaurpanai, ſaianans, gabauranai.*	*Saiqhanos*, & Emph. *ſaiqhanons.* cfr. *waurthanons* *).	*Saiqhana, nona* conf. *garaihana, ſtandandona.*
Gen.	*Saiqhanane* & *ſaiqhanaize.* conf. *haitanane, haldanaize.*	*Saiqhanano, aize.*	*Saiqhanane, aize.*
Dat.	*Saiqhanaim.* Emph. *ſaiqhanam.* e. g. Luc. 14, 17. *thaim haitanam.* conf. dicta ſupra, p. 150.	*Saiqhanaim.* conf. *unthwahanaim, gaqvumanaim.*	*Saiqhanaim.*
Acc.	*Saiqhanans* cfr. *fraluſanans.* Syncope eſt in *usluknans.* Marc. 1, 10. pro *uslukanans.*	*Saiqhanos*, & emph. *ſaiqhanons.* cfr. *waurthanons.*	*Saiqhana. ona.* conf. *anabudanona, waurthanona, quithanona.*

EXEM-

*) Occurrit illud Matth. 11, 21. *Edv. Lye* in emendandis reponendum vult *waurthanos*, quod tamen nuper a me inſpectus Codex Arg. non admittit.

EXEMPLA.

In C. A. Occurrentia.

Afaikan, negare. *afaika* Matth. 10, 33. *afaikis*. Matth. 26, 75. *afaikith*. Matth. 10, 33. *afaiaik*. Matth. 26, 72. *afaikai*. Luc. 9, 23.

Andbeitan, increpare. *andbait*. Marc. 1, 25. *andbitun*. Luc. 18, 39.

Aukan. augere, *anaaiauk*. Luc. 3, 20. *anaaukan*. Matth. 6, 27. *biauk*. Luc. 17, 5. *biaukands*. Luc. 19, 11. *biaukada*. Marc. 4, 24.

Bairan, ferre, portare. *bairith*. Marc. 4, 28. *gabairam*. Marc. 4, 30. *usbar*. Matth. 8, 17. *atberun*. Matth. 9, 32. *atbair*. Matth. 8, 4. *bairais*. Matth. 5, 23. *bairaith*. Joh. 9, 38. *bairaina*. Joh. 15, 2. *thairbberi*. Marc. 11, 16. *inatbereina*. Luc. 5, 18. *bairand*. Luc. 8, 15. *unbairandane*. Joh. 15, 2. *bairandam*. Marc. 10, 13. *gabaurans*. Luc. 2, 11. *gabauranamma*. Joh. 9, 32. *gabairada*. Luc. 1, 35. *gabauranai*. Joh. 8, 41.

Bidjan, orare. *bidja* Joh. 17, 9. *bidjis*. Joh. 11, 22. *bidjith*. Matth. 9, 38. *bidjos*. Marc. 10, 35. *bidjats*. ib. 37. *bath* Matth. 27, 58. *beduth*. Joh. 16, 24. *bedun*. Matth. 8, 31. *bidei*. Matth. 6, 6. Marc. 6, 22. *bidjith* Luc. 10, 2. *bidjais*. Matth. 6, 6. *bidjaith*. Matth. 5, 44. *bidjaid*. Luc. 6, 28. *bidjandans*. Matth. 6, 7. *bidjands*. Matth. 8, 5.

Bigairdan, præcingere. *bigaurdans*, præcinctus. Luc. 17, 8.

Bigitan, invenire: *bigita*. Joh. 18, 38. *bigitith*. Matth. 10, 39. *bigitats*. Luc. 11, 2. *bigat*. Matth. 8, 10. *bigast*. Luc 1, 30. *bigat*. Matth 8, 30. Marc. 7, 30. *bigetun*. Luc. 14, 4. *bigitai*. Luc. 18, 8. *bigitaima*. Joh. 7, 35. *bigeti*. Marc. 11, 13. *bigeteina*. Luc. 6, 7. *bigitands*. Luc. 15, 5. *bigitandei*. v. 9. *bigitandans*. Marc. 1, 37. *bigitandona*. Luc. 2, 45. *bigitans*. Luc. 9, 36. *bigitanai* Luc 17, 8.

Bindan, ligare. *gabindith* Marc. 3, 27. *andbindats*. Luc. 19, 33. *andband*. Marc. 4, 54. *andbundun* Marc. 11, 4. *gabindandans*. Matth. 27, 2. *gabundans*. Marc. 5, 4. *gabundanana*. Marc. 11, 4. conf. Joh. 18, 24. ubi vitiose *Junius* & *Stiernhielmius* habent *gahundana*. v. *Ulphil. Illustr.* p. 93.

Biudan, jubere. *anabiuda*. Marc. 9, 22. *anabiudith*. Marc. 1, 27. *anabauth*. Matth. 8, 4. *anaband*. Luc. 8, 29. *anabaust*. Luc. 14, 22. *anabudi*. Luc. 8, 31. *anabiudands*. Matth. 11, 1. *anabudan*. Luc. 7, 9. *anabudanona*. Luc. 17, 10.

Bliggwan, percutere. *bliggwand*. Marc. 10, 34. *usblaggw*. Joh. 19, 1. *usbluggwun*. Marc. 15, 15. *usbliggwands*. Marc. 15, 15. *usbliggwanaans*. Luc. 18, 33.

Brikan, *gabrikan*, frangere. *ufbrikith*. Luc. 10, 6. *gabrak*. Marc. 8, 19. *gahrikands*. Luc. 9, 39.

Brinnan, ardere. *ufbrann*. Marc 4, 6.

Dreiban, pellere. *usdreibith*. Matth 9, 34. *usdribun*. Marc. 6, 13. *usdrebi*. Marc. 5, 10. *usdribeina*. Luc. 9, 40. pro quo Marc. 9. 18. est *usdreibeina*. sed v. *Ulph. Illustr.* p. 67. *usdreibands* Marc. 15, 30. *usdreibanda* Marc. 9, 38. *usdreibandan*. Luc. 9, 49. *usdribans* Matth. 9, 33 *usdribana*. Matth. 9, 25. Participia. *gadrabans*, & *draibiths*, quæ occurrunt Marc. 15, 46. & Luc. 8. 29. animadvertuntur ita,

 ad

ad diversas radices pertinere. Ego aliquando credidi, pro *gadraban Ulphilam* forte *gagraban* scripsisse, ut habet *Otfridus* Lib. IV: XXXV, 71. *in felison irgrabanaz*, in rupe excisum. conf. Marc. 2, 4. posterius vero sumtum a *draiban*, vexare.

Drigkan, bibere. *drigkau*. Joh. 18, 11. *drigkats*. Marc. 10, 39. *drigkand*, Luc. 5, 33. *drugkun*. Luc. 17, 27. *drigkai*. Joh. 7, 37. *drigkais*. Luc. 17, 8. *drigkaith*. Joh. 6, 53. *drigkands*. Luc. 7, 34. *drigkandane*. Luc. 5, 39.

Driusan, cadere, ruere. *gadriusith*. Matth. 10, 29. *driusand*. Luc. 6, 39. *gadraus*. Matth. 7, 25. *drusun*. Marc. 3, 11. *gadriusai*. Matth. 5, 29. *driusands*. Marc. 9, 20. *driusando*. Luc. 8, 14. *driusandei*. Luc. 8, 47. *driusandeins*. Marc. 13, 25. *driusandeino*. Luc. 16, 21. *driusandan*. Luc. 10, 18. *gadrausjaza*. Luc. 10, 15.

Duginnan, incipere. *duginnid*. Luc. 6, 25. *dugann*. Matth. 11, 7. *dugunnun*. Marc. 2, 23. *duginnaith*. Luc. 3, 8. *duginnaina*. Luc. 14, 29.

Fahan, prehendere. *gafahith*. Marc. 9, 18. *faifah*. Joh. 8, 20. *gafahai*. Joh. 12, 35. *faifaheina*. Luc. 20, 20.

Faldan, plicare. *faifalth*. Luc. 4, 20.

Filgan, condere, celare. *fulgin*. Matth. 10, 26. *gafulgin*, pro quo vitiose *Jun*. & *St*. legunt *gafialgin*. Luc. 19, 42. *fulginis*. Marc. 4, 22. Sed terminatio vocis in *in* facit, ut credam potius, *fulgin* esse adiectivum a voce sequente oriundum.

Filhan, tradere, condere, sepelire, *anafalh*. Marc. 12, 1. *affalht*. Luc. 10, 21. *anafulhut*. Marc. 7, 13. *anafulhun*. Matth. 27, 22. *gafulhans*. Luc. 16, 22. *anafulhano*. Marc. 7, 9.

Finthan, scire. *funthi*. Marc. 5, 43. *finthands*. Marc. 15, 45. *finthandeins*. Luc. 9, 11.

Flekan, plangere. *faiflokun*. Luc. 8, 52.

Frahan, *fraihan*, *fraihnan*, interrogare. *frah*. Matth. 27, 11. *frehun*. Marc. 2, 1. *fraihn*. Joh. 18, 21. *fraihans*. Luc. 17, 20.

Frajathan, improbare. *frajethun*. Luc. 7, 30.

Fraisan, tentare. *fraisith*. Marc. 12, 15. *fraisais*. Luc. 4, 12. *fraisandans*. Marc. 8, 11. *fraisans*. Marc. 1, 13.

Frathjan, intelligere. *frathjith*. Marc. 8, 17. *frothun*. Marc. 12, 12. *frathjaith*. Marc. 7, 14. *frathjaina*. Marc. 4, 12. *frotheina*. Luc. 9, 45. *frathjands*. Marc. 8, 17. *frathjandan*. Marc. 5, 15.

Fretan, edere. *fret*. Luc. 15, 30. *fretun*. Marc. 4, 4.

Gaggan, ire. *gagg*. Joh. 9, 7. *usgaggana*. Marc. 7, 30. Sed *gaggida*. Luc. 19, 12. pro quo frequentius usurpatur *iddja*, quod sequitur formam primæ coniugationis.

Giban, dare. *giba*. Marc. 6, 22. *usgibis*. Matth. 5, 26. *usgibith*. Matth. 6, 4. *giband*. Marc. 12, 22. *gaf*. Marc. 2, 6. *atgaft*. Luc. 15, 29. *atgebun*. Matth. 27, 10. *gif*. Marc. 10, 21. *usgibais*. Matth. 5, 33. *gibai*. ib. *gibau*. Joh. 13, 29. *gibaima*. Marc. 12, 14. *gebi*. Luc. 1, 73. *atgebeima*. Joh. 18, 30. *gebeina*. Luc. 2, 24. *gibandan*. Matth. 9, 8. *atgibada*. Marc. 9, 31. *gibaidau*. Marc. 8, 12. *atgiban*. Luc. 4, 6. *gibano*. Marc. 6, 2.

Gildan,

Gildan, retribuere. *fragilda.* Luc. 19, 18. *gildau.* Rom. 12, 19. *usgildada.* Luc. 14, 14. *usguldan.* v. 12.

Giutan, fundere. *giutith.* Marc. 2, 22. *giutand.* Marc. 5, 41. *ufargutana.* Luc. 6, 38.

Graban, fodere. *ufgraband.* Matth. 6, 19. *grob.* Luc. 6, 48. *usgrof.* Marc. 12, 1.

Greipan, prehendere. *fargraip.* Marc. 5, 41. *griputh.* Marc. 14, 49. *undgripun.* v. 46. *greipith.* v. 44. *undgreipands.* Marc. 9, 27.

Greitan, *gretan*, flere. *gretith.* Luc. 8, 52. *greitith.* Joh. 16, 20. *gaigroth.* Matth. 26, 75. *gaigrotuth.* Luc. 7, 32. *gaigrotun.* Luc. 8, 52. *greitai.* Joh. 11, 31. *gretandans.* Luc. 6, 21. *greitandans.* Joh. 11, 33. *greitandei* ib. *greitandei.* Luc. 7, 28.

Hafan, & *hafjan* tollere. *andhafjis.* Marc. 14, 60. *andhof.* Matth. 27, 12. *andhoft.* Luc. 10, 28. *andhofun* Marc. 8, 4. *ushofon.* Luc. 17, 3. *ushafei.* Marc. 11, 23. *ushafeith* & *andhafjith.* Marc. 11, 29. 30. *andhafjands.* Marc. 8, 29. *andhafjandei.* Luc. 1, 60. *ushafan.* Luc 9, 17. *hafanana.* Marc. 2, 3. Obſervabit non incurioſus lector, *ushafei* & *ushafeith* ad primam coniugationem referenda.

Haufan vel *hiufan*, lamentari. *hufum.* Matth. 11, 17.

Hahan, tollere *ushaihah.* Matth. 27, 5.

Haitan, vocare. *andhaita.* Matth. 7, 23. *haitid.* Luc. 7, 46. *haihait.* Marc. 1, 20. *haihaitun.* Matth. 10, 25. *hait.* Matth. 27, 64. *haitais.* Luc. 14, 12. *haitaid.* Luc. 1, 13. *haitaina.* Luc. 14, 12. *andhaihaiti.* Joh. 9, 22. *gahaitands.* Luc. 9, 1. *haitandin.* Luc. 14, 12. *haitandans.* Marc. 1, 5. *haitandona.* Marc. 3, 31. *haitaza.* Luc. 1, 26. *haitada.* Matth. 5, 19. *haitaidau* (vocer) Luc. 15, 21. *haitaizau.* Luc. 14, 10. *haitaidau.* (vocetur) Luc. 1, 60. *haitands.* Matth. 27, 8. *haitana* Marc. 15, 7. *haitan.* Luc. 2, 21. *haitanana.* Matth. 9, 9. *haitanane.* Luc. 14, 24. *haitanam.* v. 17. *haitana.* Luc. 8, 2.

Haldan, paſcere. *haldandans.* Marc. 5, 14. *haldana.* Matth. 8, 30. *haldanaize.* Luc. 8, 32. Non aſſentior *Lyio*, qui in Gram. Goth. p. 50. opinatur, *haldana* & *haldanaize* poni, pro *haldanda* & *haldandane.* h. e. paſſivum pro activo: paſtores enim paſcunt & armenta paſcuntur.

Hilpan, iuvare. *hilp.* Marc. 9, 22.

Hlajan, ridere. *bihloun.* Matth. 9, 24. *hlajandans.* Luc. 6, 25. *ufhlojanda.* Luc. 6, 71.

Jathan, probare, affirmare. *frajethun.* Luc. 7, 30. v. *Ulphilas Illuſtr.*

Inweitan, adorare. *inwait.* Matth. 8, 2. *inwitun.* Marc. 15, 19. *inweitais.* Luc. 4, 8. *inwiteina* Joh. 12, 20.

Itan, edere. *etun.* Luc. 17, 27.

Kijan, *kejan*, germinare. *uskijanata.* Luc. 8, 6.

Kiusan, probare, *uskusun.* Luc. 4, 29. *uskiusada.* Luc. 17, 25. *uskusans.* Luc. 9, 22.

Laian, irridere. *lailoun* Joh. 9, 28.

Laikan, ludere, illudere. *bilaikand.* Marc. 10, 34. *lailaik.* Luc. 1, 41. *bilailaikun.* Marc. 15, 20. *laikid.* Luc. 6, 23. *bilaikandans.* Marc. 15, 31. *bilaikada.* Luc. 18, 32.

Letan, *leitn*, linquere. *leta.* Joh. 14, 18. *fraletis.* Joh. 19, 12. *afletith.* Matth. 5, 32. *afletam.* Matth. 6, 12. *aflailot.* Matth. 8, 15. *bilaiſt.* Matth. 27, 46. *aflailotum.* Marc.

Marc. 10, 28. *fralailotun.* Marc. 2, 4. *aflet.* Matth. 5, 24. *fraletau.* Matth. 27, 17. *fraleitau.* Marc. 15, 9. *fraletais.* Luc. 17, 4. *fraleitais.* Luc. 2, 29. *afletai.* Matth. 5, 31. *aflailoti.* Marc. 10, 29. *letands.* Marc. 15, 37. *afletandans.* Marc. 14, 50. *afletandane.* Luc. 18, 29. *afletada.* Marc. 3, 28. *afletanda.* Matth. 9, 2. *afletaindau.* Marc. 4, 12. *afleitana.* Luc. 16, 18.

Leithan, ire, *usleithith.* Matth. 5, 18. *galeitos.* Joh. 14, 23. *usleitham.* Marc. 4, 25. *galeithand.* Marc. 10, 23. *ufarlaith.* Matth. 9, 1. *galithun.* Matth. 8, 32. *usleith.* Joh. 2, 3. *galeithais.* Marc. 9, 25. *bileithai.* Marc. 12, 19. *galeithaith.* Luc. 17, 23. *galeithaima.* Marc. 5, 12. *uslithi.* Matth. 8, 34. *galeithands.* Matth. 27, 5. *ingaleithandans.* Matth. 7, 13. *atgaleithandam.* Luc. 7, 24. *bileithada.* Luc. 17, 35. *usleithandin.* Marc. 5, 21. *galeithandan.* Marc. 9, 28.

Ligan, iacere. *ligith.* Matth. 8, 6. *lag.* Marc. 1, 30. *ligandan.* Matth. 9, 2. *ligandane.* Matth. 27, 52. *ligando.* Marc. 5, 40. *ligandein.* Marc. 7, 10.

Lisan, colligere. *galisith.* Marc. 12, 27. *lisand.* Matth. 6, 26. *galesum.* Marc. 4, 1. *galisada* Joh. 15, 6. *lisanda.* Matth 7, 16.

Liusan, perdere. *fraliusith.* Luc. 15, 8. *fralaus.* v. 9. *fraliusands.* v. 4. *fralusans.* v. 24. *fralusanan.* Joh. 6, 27. *fralusanans.* Luc. 19, 10. *fralusano.* Luc. 15, 6. *fralusanin.* v. 4.

Lukan, claudere. *uslukith.* Joh. 9, 32. *galauk.* Luc. 3, 20. *galukun.* Matth. 27, 66. *uslukands.* Marc. 14, 47. Eandem hanc coniugationem sequitur *usluknan*, quum alias huius formæ verba, hoc est illa, quæ *n* ultimæ syllabæ præponunt, (conf. supra p. 67.) ad primam fere referantur. *uslukn*, ἐφφαθά. Marc. 7, 34. *usluknans.* Marc. 1, 10. nisi heic sit crasis pro *usluknandans* aut *uslukanans.* v. supra p. 164.

Maitan, cædere. *bimaitith.* Joh. 7, 22. *afmaimait.* Marc. 6, 16. *maimaitun.* Marc. 11, 8. *afmait.* Matth. 5, 30. *usmaitada.* Matth. 7, 19.

Meidan, debilitare. *gamaidans*, conf. Isl. *meida*, mutilare, *meisla*, mutilatio. Ceterum potest etiam *gamaidan* esse adiectivum, cuiusmodi in *an* vel *ans* exeuntia plurima dantur in L. Mœsogothica. e. g. *unsaltans*, insipidus, *sadans*, satur, *nutans*, piscator, *wundans*, vulneratus, *wilwans*, prædo, *thraihans*, angustus.

Niman, capere. *ganimith.* Matth. 9, 13. *nam.* Matth. 10, 27. *nemun.* Luc. 5, 5. *usnemuth.* Marc. 8, 19. *andnemun.* Matth. 6, 2. *nim.* Matth. 9, 6. *nimuh.* Marc. 2, 11. *nimau.* Joh. 10, 17. *usnimais.* Joh. 17, 15. *afnimai.* Marc. 2, 21. *nimaith.* Luc. 9, 3. *adnimaina.* Marc. 6, 11. *nemi.* Marc. 12, 2. *nemeina.* Marc. 6, 8. *ganimands.* Luc. 9, 28. *nimandin.* Luc. 8, 29. *afnimada.* Matth. 9, 15. *ganumans.* Luc. 2, 21.

Nisan, *ganisan*, sanari. *ganisa.* Matth. 9, 21. *ganisith.* Luc. 9, 24. *ganas.* Matth. 9, 22. *ganesun.* Marc. 6, 56. *ganisaina.* Luc. 8, 12. *ganesi.* Marc. 13, 20.

Nutan, capere. *ganutun.* Luc. 5, 9. *ganuteina.* Marc. 1, 17. *nutans.* Luc. 5, 10.

Qviman, venire. *qvima.* Joh. 8, 14. *qvimith.* Luc. 20, 16. *qvimand.* Matth. 18, 11. *qvam.* Marc. 1, 38. *qvamt.* Matth. 8, 29. *qvemun.* Matth. 7, 25. *qvim.* Matth. 8, 9. *usqvimam.* Marc. 12, 7. *qvimai.* Matth. 6, 10. *qvimau.* Luc. 19. 13. *qvimaiu.* Matth. 27, 49. *qvemjau.* Matth. 10, 34. *qvemi.* Luc. 1, 43. *qvimi.* Luc. 7, 3. *usqvemeina.*

Marc.

Marc. 3, 6. *qvimenda.* Marc. 11, 9. *qvumands.* Marc. 9, 33. *qvimandin.* Matth. 8, 28. *qvimandan* Marc. 13, 26. *qvimandans.* Matth. 10, 28. *qvumanana.* Marc. 9, 1. *gaqvumanai.* Luc. 5, 17. *gaqvumanaim.* Luc. 8, 4. *qvumana.* Joh. 6, 51.

Qvithan, dicere. *qvitha.* Matth. 5, 22. *qvithuh.* Matth. 6, 29. *qvithis.* Matth. 27, 11. *qvitith.* Joh. 8, 22. *qvitham.* Luc. 20, 56. *qvithand.* Marc. 8, 27. *qvath.* Matth. 8, 4. *qvathuh.* Marc. 14, 62. *qvast.* Marc. 12, 32. *qvethun.* Marc. 6, 4 *qvetunuh.* Joh. 6, 25. *qvith.* Matth. 8, 8. *qvitith.* Luc. 20, 3. *qvithais.* Marc. 1, 44. *qvithaith.* Matth. 10, 27. *qvithaits.* Marc. 11, 3. *qvithaima.* Luc. 9, 54. *qvithaina.* Matth. 27, 64. *qvethi.* Luc. 5, 14. *qvethjau.* Joh. 8, 55. *qvetheina.* Marc. 8, 30. pro quo etiam reperitur *qvitheina.* Luc. 8, 56. & 9, 21. *qvithands.* Marc. 8, 27. *qvithandan.* Matth. 8, 17. *qvithandans.* Matth. 6, 31. *qvithandane.* Luc. 2, 13. *qvithandei.* Luc. 3, 22. *qvithandeins.* Marc. 6, 25. *faurqvithanana.* Luc. 14, 18. *fraqvithanai.* Joh. 7, 49. *qvithan.* Marc. 5, 21. *qvithano.* Matth. 27, 2. *qvithanis.* Matth. 26, 75. *qvithanona.* Luc. 18, 34.

Rathan, numerare. *garathana.* Matth. 10, 30.

Reisan, surgere. *urreisa.* Matth. 27, 63. *urreisith.* Marc. 4, 27. *urreisand.* Marc. 13, 22. *urrais.* Matth. 9, 25. *urrisun.* Matth. 27, 52. *urreis.* Marc. 2, 9. *urreisands.* Matth. 9, 7.

Rinnan, currere. *rinnand.* Joh. 7, 38. *urrant.* Joh. 16, 30. *urrann.* Marc. 4, 3. *urrunnun.* Marc. 8, 11. *urrunnuth.* Marc. 14, 48. *undrinnai.* Luc. 15, 12. *durinnands.* Matth. 8, 2. *rinnandans.* Matth. 8, 28. *urrinnandane.* Joh. 12, 20. *rinnandei.* Matth. 9, 20. *urrinnando.* Marc. 4, 8. *urrinnandin.* v. 3. *garunnana.* Marc. 1, 33.

Saian, serere. *sajith.* Marc. 4, 14. *saiand.* Matth. 6, 26. *saiso.* Luc. 19, 22. *saisost.* v. 21. *saiands.* Luc. 8, 5. *saiada.* Marc. 4, 15. *saianans.* Marc. 4, 16. *insaiano.* v. 15.

Saiqhan, videre. adi ipsum paradigma.

Sakan, increpare. *gasakith.* Joh. 8, 46. *gasok.* Matth. 8, 26. *sokun.* Marc. 10, 13. *sak.* Luc. 19, 39. *gasakans.* Luc. 3, 19. *andsakanai.* Luc. 2, 34. *sokun*, quod occurrit. Joh. 6, 51. denotat disputabant, atque adeo confundi videntur verba *sakan* & *sokjan*, quorum posterius in præterito habet *sokidedun.* v. Joh. 7, 2.

Siggwan, legere. *ussiggwis*, Luc. 10, 26. *ussuggwuth.* Marc. 2, 25. *ussuggwud.* Luc. 6, 3.

Sigqvan, mergi. *sagqv.* Luc. 4, 40. *sugqvun.* Luc. 5, 7.

Sitan, sedere. *gasat.* Marc. 11, 7. *setun.* Marc. 3, 32. *sit.* Marc. 12, 36. *sitaiwa.* (forte *sitaima*) Marc. 10, 37. *sitands.* Marc. 14, 54. *sitandin.* Matth. 27, 19. *sitandan.* Marc. 2, 14. *sitandam.* Luc. 7, 32. *sitandeins.* Matth. 27, 61. *sitandans.* Marc. 2, 6.

Skaidan, separare. *afskaidun.* Luc. 9, 23. *skaidai.* Marc. 10, 9.

Skapan, creare. *gaskop.* Marc. 13, 19. *gaskapans.* Marc. 2, 27.

Skeinan, splendere. *skeinith.* Luc. 17, 24. *biskain.* Luc. 2, 9. *skeinandei.* Luc. 9, 29.

Slahan, percutere. *slahis.* Joh. 18, 23. *afslaham.* Luc. 20, 14. *sloh.* Marc. 14, 47. *afslohun.* Marc. 12, 5.

Slepan, dormire. *slepith.* Matth. 9, 24. *saislep.* Luc. 8, 23. *slepands.* Marc. 4, 38.
Smeitan, linere. *bismait.* Joh. 6, 11. *gasmait.* v. 6.
Sneithan, cædere. *sneithis.* Luc. 19, 21. *uffneithith.* Luc. 15, 23. *affnaith.* v. 27. *af-snaist.* v. 30. *affneithai.* Joh. 10, 10.
Sniwan, ire, *faursnau.* Marc. 14, 8. *duatsniwun.* Marc. 6, 53. *sniwaith.* Joh. 15, 16.
Speiwan, spuere, *speiwand.* Marc. 10, 34. *gaspaiw.* Joh. 9, 6. *bispiwun.* Marc. 15, 19. *speiwands.* Marc. 7, 33. *bispeiwada.* Marc. 18, 32.
Staggan, pungere. *usstagg.* Matth. 5, 29.
Standan, stare. *standith.* Joh. 8, 31. *stoth.* Marc. 3, 26. *stothun.* Joh. 18, 5. *gastothun.* Luc. 7, 14. *standaith.* Marc. 11, 25. *usstothi.* Marc. 9, 9. *usstandands.* Marc. 2, 14. *standandans.* Matth. 26, 73. *standandane.* Marc. 9, 1. *usstandandei.* Luc. 4, 39. *bi-standandeins.* Joh. 11, 42. *standandona.* Marc. 3, 31. Luc. 5, 2. Cum temporibus huius verbi confundi non debet *stodjan*, incipere, unde *anastodeith* in titulis Euangeliorum *Marci* & *Lucæ*, nec non *dustodida.* Luc. 14, 30.
Steigan, scandere, *steigith.* Joh. 10, 1. *usstaig.* Marc. 3, 13. *ufarstigun.* Marc. 4, 7. *atsteig.* Marc. 15, 30. *atsteigai.* Luc. 17. 31. *atsteigands.* Joh. 6, 41. *ussteigandans.* Luc. 5, 19. *atsteigadau.* Matth. 27, 42. & Marc. 15, 32.
Stigqvan, ruere. *gastiggqvith.* Joh. 11, 9. *bistagqv.* Luc. 6, 48. *histugqvun.* Matth. 7, 25. *gastagqvjais.* Luc. 4, 11.
Swaran, iurare. *biswara.* Marc. 5, 7. *swor.* Luc. 1, 73. *farswarais.* Matth. 5, 33. *swa-rands.* Matth. 26, 12.
Sweifan, cessare. *swaif.* Luc. 7, 45.
Sweran, insidiari. *swor.* Marc. 6, 19. Conferatur de hac voce, Lexicographis omissa, *Edv. Lye* in Annot.
Swerban, tergere. *biswarb.* Luc. 7, 38.
Swiltan, mori. *gaswiltith.* Joh. 12, 24. *gaswalt.* Matth. 9, 18. *gaswultun.* Joh. 6, 49. *gaswiltaima.* Joh. 11, 16. *gaswulti.* v. 32. *gaswiltands.* Marc. 12, 20.
Tairan, dissolvere. *gataira.* Marc. 14, 58. *gatair.* Rom. 14, 20. *gatairands.* Marc. 15, 20. *gatairaidau.* Joh. 7, 23.
Teihan, nuntiare. *gateiha.* Joh. 16, 25. *fauragataih.* Marc. 13, 23. *gataih.* Matth. 8, 34. *gateih.* Marc. 5, 19. *gateihith.* Matth. 11, 4. *gateihats.* Luc. 7, 22. *gateihans.* Luc. 18, 14. *gataihan.* Luc. 2, 26.
Tekan, tangere. *atteka.* Matth. 9, 21. *attaitok.* Matth. 8, 3. *attaitoki.* Marc. 3, 22. *attaitokeina.* Marc. 6, 56. *tekands.* Luc. 8, 45.
Thaursan vel *thaursjan*, arere. *gathaursana.* Marc. 3, 1. *thaursjana.* Marc. 11, 20.
Theihan, proficere. *thaih.* Luc. 2, 52.
Thliuhan, fugere. *thliuhith.* Joh. 10, 12. *gathlauh.* Matth. 14, 52. *gathlauhun.* Matth. 8, 33. *thliuhaith.* Matth. 10, 23.
Threihan, premere, arctare. *threihand*, Luc. 8, 45. *thraihun.* Marc. 5, 24. *thraiheina.* Marc. 3, 9. *threihandein.* v. 31.

Thwa-

Thwahan, lavare, *thwahand.* Marc. 7, 3. *afthwoh.* Joh. 9, 15. *ufthwoh.* Joh. 13, 14. *thwah.* Matth. 6, 17. *bithwahans.* Joh. 9, 11. *unthwahanaim.* Marc. 7, 2.

Trudan, calcare. *trudanda* Luc. 6, 44. *gatrudon.* Luc. 8, 5

Tiuhan, ducere. *ustiuhith.* Matth. 10, 23. *ustauh.* Matth. 7, 28. *attauhuth.* Joh. 7, 45. *gatauhun.* Matth. 27, 2. *attiuh.* Luc. 14, 23. *attiuhits.* Marc. 11, 2. *aftiuhands.* Marc. 8, 32. *attiuhandam.* Luc. 2, 43. *ustiuhada.* Luc. 18, 31. *gatauhans.* Matth. 27, 3. *ustauhanai.* Joh. 17, 23. *ustauhanaim.* Luc. 4, 2.

Uzon, exſpiraret conf. *ond*, quod in cippis Runicis animam notat. Pertinere huc arbitror *Tatiani entuti*, obiiſſet. cap. 212: 5.

Wahsjan, creſcere. *wahſjand.* Matth. 6, 28. *wohs.* Luc. 1, 80. *wahſjando.* Marc. 4, 8. *uswahſans.* Joh. 9, 21.

Wajan, flare, *waiwonn.* Matth. 7, 25. *wajandin.* Joh. 6, 18.

Wairpan, jacere. *uswairpa.* Luc. 6, 42. *uswairpis.* Matth. 8, 31. *uswairpith.* Marc. 3, 22. *uswarp.* Matth. 8, 16. *uswaurpum.* Matth. 7, 22. *uswaurpun.* Marc. 12, 8. *wairp.* Matth. 5, 30. *uswaurpi.* Marc. 7, 26. *waurpeina.* Joh 8, 59. *atwairpands.* Matth. 27, 5. *wairpandans.* Marc. 1, 16. *uswarpada.* Joh. 15, 6. *uswairpanda.* Matth. 8, 12. *frawaurpans.* Marc. 9, 42. *inwaurpano.* Joh. 12, 6. *frawaurpanai.* Matth. 9, 36.

Wairthan, fieri. *wairthith.* Matth. 5, 21. *wairthand.* Marc. 13, 19. (a quo utroque diverſos natales habent *frawardeith.* Matth. 6, 19 corrumpit, & *frawaurdjand.* v. 16. corrumpunt, ſcil. *wardjan*, *frawaurdjan.*) *warth.* Marc. 2, 15. *waurthun.* Marc. 1, 22. *waurthuth.* Luc. 16, 11. *wairth.* Luc. 5, 13. *wairthau.* Luc. 18, 18. Marc. 10, 17. *wairthai.* Matth. 9, 24. pro quo *warthai.* Joh. 9, 22. *wairthaina.* Joh. 8, 58. *waurthi.* Joh. 8, 58. *waurtheina.* Luc. 10, 13. *wairthaid.* Luc. 6, 36. *wairthaith.* Matth. 26, 45. *waurthan.* Luc. 4, 23. *waurthano.* Marc. 5, 14. *waurthanai.* Luc. 6, 48. *waurthanons.* Matth. 11, 23. *waurthanana.* Rom. 15, 8. *waurthanona.* Matth. 27, 54. *anawairthin* legitur. Luc. 3, 7. pro *anawairthandin.* Irregulare eſt *wairthja*, quod Luc. 7, 2. occurrere, docet *Ulphilas Illuſtratus.* Credo id poni pro *wairthai*, ut modus potentialis adhibeatur indicando incerto rei eventui.

Wigan, quatere. *gawigana.* Luc. 6, 38.

Wilwan, rapere. *frawilvith.* Joh. 10, 12. *frawilwand.* Matth. 11, 12. *frawalw.* Luc. 8, 29. *wilwandans.* Matth. 7, 15.

Windan, ligare, volvere. *biwand.* Matth. 27, 59. *biwundan.* Luc. 2, 12. *uswindandans.* Marc. 15, 17.

Wiſan, eſſe manere. *wiſam.* Luc. 15, 23. *gawas.* Luc. 8, 27. *thairwiſith.* Joh. 10, 41. *biweſjau.* Luc. 15, 29. *wiſands.* Joh. 10, 33. *wiſandans.* Luc. 7, 35.

Withan, coniungere. *gawath.* Marc. 10, 9.

Wrikan, perſequi. *wrikand.* Joh. 15, 20. *wrekun.* ib. *wrikjai.* Marc. 4, 17. *gawrikandans.* Rom. 12, 17.

Wundan, vulnerare. *vundan.* Luc. 12, 4.

INDEX VOCUM.

In hisce fragmentis occurrentium.

Asteriscus præpositus indicat voces in C. A. non reperiundas.

Af, ab. 12, 21.

Aftra, rursus 15, 10. 11. 12. Isl *aptur*. Alienum ab hoc est Germ. *öfter*, utpote quod comparativus est τȣ̃ *oft*, quod Mœso-Gothi *ufto* dicunt.

Agis, timor, 13, 3. ab *ogan*, timere de quo supra p. 123. Affinitatis nil habet cum Germ. *angst*, etsi id credere jubeat *Knittelius*. Vide *Wachterum*.

Ahma, spiritus, 14, 17. Gr. ἄημα.

Ains, *aina*, *ain*, unus, a, um. 12, 5. unde *ainqharjizuh*, unusquisque. 12, 5. *ainamma*, uno. 12, 4.

Aiththau, aut Anglo-Saxonice *eththa*, *oththa*, Isl. *etha*, *eda*. Al. *edo*, *odo*. Gr. ἤτοι, ἦτι.

Aiw, seculum, ætas. 12, 2. unde *niaiw*, nunquam, quod significatione respondet Alemannico *nijo in altere*, sæpissime apud *Otfridum* & *Tatianum* obvio. Concinunt Gr. αἰὼν, Lat. *ævum*, Isl. *æwe* & contracte *ae*, semper; conf. Gr. obsol. αἰὲ idem quod ἀεὶ. Anglo-Sax. *a*, *aa*.

Ak, sed, 12, 13. & sæpe alias.

Alja, nisi. 13, 1.

Alls, *alla*, *all*, omnis, c. 13, 1. & sæpe alias.

Ana, super, in. 12, 20. 15, 3.

Andathahtana, cogitatum, rationabilem. v. Annot. p. 106.

Andbahts, servus. 13, 4. de qua voce pluribus egi in Specimine Glossarii Ulphilani. I. *Cæsar ambactum* a Gallis usurpatum docet.

Andhaita, confiteor. 15, 9. *andhaitith*, confitetur.

Andniman, suscipere. *andnam*, suscepit. 15, 7. *audnimaith*, suscipiatis, ab *and* & *niman*, capere. Isl. *nima*.

Ansts, gratia. 12, 3. Al. *anst*, *enst*. Isl. *unna* est amare, *ann*, amavit, *ast*, amor, gratia, unde *astwinur*, amicus intimus: præfixo *g* vel *ge* hinc factum videmus *gunst*.

Andstandan, resistere. *andstoth*, restitit 13, 2. *andstandands*, resistens, ib. *andstandandans*, resistentes. ib. ab *and*, contra, Gr. ἀντὶ. Isl. *and*, unde *andstreims*, contra torrentem, *andsyls*, contra solis cursum, & *standan*, quod in præterito *stoth* habet. Nos Sueci hodieque *stånda* & *stod* usurpamus. Alem. *stuont*.

Andwairthi, facies, 12, 17. *in andwairihja*, coram. v. Annot. p. 115.

Anthar, alter. 12, 5.

Armahairtei, misericordia. 15, 9. ab *arman*, misereri, & *hairto*, cor.

Atta, pater 15, 8. *attan*, patrem 15, 6. *attane*, patrum 15, 8. Gr. ἄττα. Videatur *Junius* in *Glossario*. Quando *Diodorus Siculus* Lib. III. p. m. 110. narrat, *Attin*, quem *Cybele* amavit, postea *Pappas* dictum fuisse, Gothica lingua pro commentario esse poterit.

Aththan

Gas-

Jai, certo. immo. Occurrit hac ſignificatione in C. A. Luc. 7, 26. *Jai qvitha izvis jah mais praufetu*, immo dico vobis, etiam plus quam prophetam, conf. Matth. 11, 9. & utrobique *Ulph. Illuſtr.*

Jains, ille 14, 15. *jainamma* illi.

Idweitjan, exprobare. 15, 3. Angloſ. *edwitan*. Al. *itiuuizzon*. Uplandi noſtri alicubi hodieque dicunt *edwetta* vel *ederwetta*. Angli contracte *twite*. *Id* vero & *ed* in dialectis Gothicis reſpondet Latinorum *re*, iterationemque actus indicat. Confirmant id Alemannica *itlonen*, remunerari, *itporan*, regenitus. Angloſ. *edniwan*, renovare, *edgyldan*, remunerari, *edcennan*, regenerare. Isl. *idgiold*, retributio, *idmælt*, carminis genus, ubi eadem ſyllaba continue repetebatur. Pertinet ad eandem hanc claſſem Ulphilanum *idreigon*, quod proprie indicat dolorem iteratum, ab *id* & *reigon*, quod ſine dubio dolere notavit. Angloſ. *reawe*, dolor, Al. *riuua*. Germ. *reuwe*. Adde hodiernum noſtratium *idiſla*, ruminare, quod eſt iterum mandare, τὴν τροφὴν πάλιν ἀναμάσσασθαι, ut loquuntur Græci. Cambro Britanni & Armorici *ad* uſurpant. v. *Th. Richards Theſaurus Ant. L. Britannicæ*, in *ad*, & *Dom. Louis le Pelletier*, *Dictionaire de la Langue Bretonne*, in v. *affeit*. Quod hocce præfixum *id*, *it*, nec veteri Latio incognitum fuerit, ut credamus, iubere videntur *it*erum, *it*erare, *it*em, *it*idem, quibus adde frequentivorum formam fac*tito*, dic*tito*, quæ indicat factorum & dictorum iterationem, quamque caſui non niſi imperiti aſſignaverint.

Ik, ego. 12, 19. 14, 11. Vox Scythica.

In, in, ob, propter: *inn*, geminato *n* in C. A. denotat intus.

Is, ille, *is*, eius. 11, 33. *imma*, illi 11, 34. *immuh*, id. 4, 36. *ina*, illum. 11, 36.

Iſt, eſt. Sueth. *äſt*, a verbo irregulari *am*, ſum.

Ith, igitur, autem. 12, 20.

Ju, adhuc. 14, 15.

Izwar, veſter, 12, 2. Isl. *idwar*. Sueth. *eder*. Al. *iuuer*. Angloſ. *eower*. Angl. *your*. Germ. *euer*.

Izwis, vos. 12, 1.

Kniv vel *kniu*, genu. v. Annot. p. 124.

Laiſeins, doctrina. 15, 4. a *laisjan*, docere. Non male docet *Knittelius*, quod ante eum docuere plurimi, ortum hinc ducere Alemannicum *liſt*, ſcientia, doctrina. *Gotes liſt*, Dei ſcientia. *Rhythm.* de S. *Annone*, v. 28. *liſtmeiſtere*, artifex apud *Willeranum*, Cant. 7, 1. Utuntur Islandi eadem voce *ſaunglist*, ars cantandi, *lekningsliſt*, ars medica, *bokaliſt*, ſtudia. v. *Chron. Rhythm.* p. 114. Hodie uſurpatur pro ſcientia fraudulenta, technis.

Laiſtjan, ſequi. 14, 1. Credit *Knittelius*, inde formatum Germ. *laiſte*, forma calcei lignea. Sed quum videam, in lingua Angloſ. *læſt* denotare ſolum pedis (v. Gloſſ. *Aelfrici* p. 71.) facile coniicio, hanc primam eſſe vocis ideam, in qua ambæ conveniant: *unbilaiſtidai*, non adſequendæ, occurrit. 11, 33.

Leika, corpus. 12, 5. v. *Ulph. Illuſtr.* p. 30.

Liban, vivere. 14, 11.

Lithus,

Qharjis, *qharja*, *qharjo*, quis, quæ, quod. 12, 3. *qharjammeh:* cuilibet. *qharjaneh*, quemlibet. Luc. 4, 40. Sueth. *hwarje*. *qharjizu*, quisque 14, 12.

Qhas, *qho*, *qha*. quis, quæ, quod. 11, 33. 12, 2.

Quithan, dicere. 12, 3. Isl. *queda*. Al. *quethen*, *qvith*, dicit. conf. Lat. *quio*, *quis*, *qvit*. unde *inquit*.

Quiwana, vivum. 12, 1. *qviwaim* vivis. 14, 9. conspirat. lat. *vivus*.

Ragineis, consiliarius, 11, 34. v. Annot. p. 105.

Raihtis, enim, quidem. Occurrit particula illa non raro in codice argenteo, exprimens Gr. ὖν, γὰρ, πὲρ, μὲν. Luc. 18, 14. *Attiddja sa garaithtoza gataihans du gardaseinamma than raihtis jains*, abiit hic justior declaratus in domum suam, quam quidem ille; quem locum male intellexisse videmus *Schilterum* in Gl. p. 28. dum ait, Gothum vertisse, *quam justus iste*. conf. *Ulph. Illustr.* p. 37.

Rathjo, ratio. 14: 12. v. Annot. p. 121.

Razdo, vox, sermo. v. Annot. p. 125.

Reikinon, regnare. 15, 12. v. Annot. p. 132.

Reiks, princeps. 13, 3. v. Annot. p. 122.

* *Rikan*, colligere. 12, 20 v. Annot. p. 119.

Sa, *So*, *thata*, articulus præpos. ὁ, ἡ, τὸ. 13, 2. & cum affixo *ei*, *saei*, *soei*, *thatei*, qui, quæ, quod. 14, 18. Isl. *sa*, *su*, *that*. Anglo Sax. *se*, *seo*, *that*. Veteres Latini pro ea *sa* dixere, *sos*, pro eos: quod loquendi genus *Ennii* ævo adhuc viguisse, docet *Festus*. Constans est observatio, de qua heic loci lectorem meum admonitum volo, quo longius in vetus Latium penetraverit, eo illum proprius ad Gothismum accedere. Qum etiam dialecto Megarensium σὰ & τὰ usurpabantur pro τινὰ, unde ἄττα pro ἄτινα.

Saiwala, anima. 13, 1. Sueth. *själ*. Antique *sal*, *sawl*. Cæterarum linguarum assensum v. apud *Junium*.

Samo, idem. 12, 4. Suethi, Dani, Anglique voce hac hodieque utuntur.

Satjan, ponere, Sueth. *sätta*.

Saud, hostia. 12, 1. *Knittelius* ab hac voce pullulasse credit Germanicum *versöhnen*, sed præceps hoc judicium est: tu id ortum crede a Mœso Gothico *saun*, lytrum, redemtionis pretium, Marc. 10, 45. De etymologiis *Knittelianis* pæne dixero: *difficile est, tot ictibus nunquam ferire*.

Sei, quæ 12, 3. Contractum pro *soei*. conf. Luc. 8, 2.

Silba, ipse. 12, 19. Vox omnibus Dialectis communis.

Sifaith, lætamini. 15, 10. v. Annot. p. 132.

Sind. sunt. 11, 33. *sijum*, sumus. 12. 5. *sijai*, sit. 12, 2. a verbo auxiliari *wisan*, esse.

Sis, sibi. 14, 12. *sik*, se. 14, 14.

Skalkinon, servire. 14, 18. a *skalks*, servus.

Skulan. oportere. 12, 3. Sueth. *skola*.

Staths, locus 12, 19. a *standan*, stare, cujus præter. est *stoth*.

Staua,

Waiht,



ANALECTA
ULPHILANA,

DUABUS COMPREHENSA DISSERTATIONIBUS,

PRIMA

DE CODICE ARGENTEO ET LITTERA-
TURA GOTHICA,

ALTERA

DE MOESOGOTHORUM NOMINIBUS SUBSTAN-
TIVIS ET ADIECTIVIS.

MDCCLXIX.

DISSERTATIO PRIMA,

DE

CODICE ARGENTEO

ET

LITTERATURA MOESOGOTHICA.

§. I.

Quum inter evolvendum *codicem argenteum* varia mihi obvenerint, quæ notatu digna mihi visa sunt, quæque ignorare nollem harum litterarum amantes, in animum induxi, eadem, prouti calamo sese offerrent, in chartam coniicere, satius arbitratus, posthabito ordine, ea quæ alios præteriere, afferre, quam, ut is servetur, nemini ignoratis paginas implere. Dicam vero in præsentia nonnulla de fatis codicis argentei, de illius forma, & in primis de litteris Ulphilanis, earumque valore tam grammatico quam numerali.

§. II.

Dum Ulphilanas vero dico, cum vulgo loquor: non enim dubito, quin hæc nomenclatura geminum involv--, etiamsi perlevem utrumque errorem. Alter est, quod ab *Ulphila*, Gothorum minorum in Mœsia seculo quarto Episcopo, Moesogothicas litteras denominamus, perinde ac si ille earundem auctor fuisset, quod tamen falsum esse, in sequentibus probatum ibimus. Scio equidem, jam inde a temporibus *Socratis* & *Sozomeni* hanc opinionem invaluisse, utpote qui, dum sacrum codicem in linguam Gothicam conversum tradunt, *Ulphilam* non metaphraseos solum, sed etiam litterarum, quibus scripta fuit, auctorem ferunt: sed quivis facile existimabit, quam facile fieri potuerit, ut qui Alexandriæ aut in aliis dissiti orbis partibus degerunt, illa pro novis habuerint, quæ apud Scythas fuere antiquissima, resque tum primum extitisse opinari potuerint, quum primum in eorum pervenere cognitionem. Præstat vero in partes *Bonaventuræ Vulcanii* concedere, qui in dedicatione *dissertationis* de *lingua & litteris Getarum*, *ego vero*, inquit, *pace horum auctorum* (*Socratis*, *Ricobaldi* Ferrariensis, aliorumque) *Geticarum literarum usum longe ante Gulphilæ tempora viguisse existimaverim, sed per Gulphilam Romanis primum innotuisse, quippe qui in linguam Gothicam biblia sacra convertit.* Nec dubito, quod alterum momentum erit, qu[...] antistitem hunc rectius *Vulphilam* * appellaremus, & litteras, quibus utebatur, Vulfil[...]nas. Hoc enim nominis eum gessisse, testatur præter alios *Jornandes*, vir ipse Scythicæ originis, & per-

* *Vulfila* Lingua Moesogothica notat catulum lupi a *Vulfs*, lupus, eiusque forma diminutiva. Ita a *magus*, puer, fit *magula*, puellus, a *barn*, infans, fit *barnilo*, infantulus, a *mavi*, virgo, *mavilo*, puella. Novimus, Gothos ab animalibus nomina sæpe indidisse.

perinde ac *Ulphilas*, Gothorum epiſcopus, *) qui adeo eo minus ignorare potuit, quid nominis geſſerit ille, cuius curæ debuit, quod ſua lingua commiſſo ſibi cœtui ſacra oracula tradere potuerit. Non me fugit, Græcæ eccleſiæ patres eum modo *Urphilam*, ſæpius vero *Ulphilam*, latinorum non paucos *Gulphilam*, alios aliter appellare, immo eſſe, qui craſſo errore ex his duos efficiant. Sed obſervandum eſt, Græcos *Vulphilam* ſuis litteris exprimere non potuiſſe, atque eapropter primam litteram compendii feciſſe. Dum vero *Gulphilam Iſidorus Hiſpalenſis* aliique appellant, id pronuntiationis cuidam idiotiſmo tribuendum, quo *w* initiale per *g* effertur, uti pro *Wilhelmus*, *Guljelmus* exarari ſolet, pro *werpire* Latino Barbarorum *gurpire*, & ſexcenta id genus. Hoc vero, niſi fallimur, non accidiſſet, ſi ab *u* vocali nomen hoc Epiſcopi noſtri incepiſſet. Nec, ut quæ dicta ſunt, mutata velim, id efficit, quod in cippis noſtris Runicis, ex indicio viri æternaturæ laudis, *Olavi Celſii*, Senioris; nomen *Ulfilr* occurrere, noverimus. Obſtitit enim ſimilis litterarum penuria Gothis noſtris ac Græcis, quo minus nomen hoc accuratius exprimere poſſent.

§. III.

Quæ forma & figura fuerit litterarum Moeſogothicarum, **) ex tribus, quæ propitia fata ad noſtra usque tempore transmiſere, monumentis conſtat. Primum eſt, quod Bibliotheca noſtra regia ſollicite ſervat, *codicem argenteum* appellamus a litterarum colore, quibus exaratus eſt, maximam partem argentearum, & de quo mox plura. Alterum eſt *Fragmentum epiſtolæ Pauli ad Romanos*, quod in bibliotheca Guelpherbytana aſſervatum ex codice reſcripto edidit Archidiaconus eius loci, *Franciſcus Antonius Knittel*, quodque ego deinde cum aliquot annotationibus typis reddidi. Tertium eſt, quod inter inſcriptiones *Donianas*, ab *Antonio Franciſco Gorio* editas, occurrit, continetque *litteras emtionis* in Italia factæ, quod ultimum, breve licet, vel eo tamen nomine memorabile eſt, quod nos doceat, lingua Mœſogothica novos æternæ urbis dominatores, litteriſque Ulphilanis, non vero *runis* Scandianorum, uſos fuiſſe. Commemorat quidem *Hieronymus Roman*, ſcriptor Hiſpanus, cuius verba allata videre licet in præf. *Edv. Lye* ad *Ulphilæ* recentiſſimam editionem, in bibliotheca Turinenſi latere *Breviarium*, quod appellant, aliosque libros iisdem litteris, quibus utebatur *Ulphilas*, conſignatos: ſed quamuis ſollicite opera Mæcenatis cuiusdam mei perquiſiverim, an quid eiusmodi ibi reperiundum eſſet; ſpes mea irrita tamen fuit. Sciens prætereo *Anſileubi*, Gothorum

Epiſcopi

*) *Jornandem* hunc, quem alii *Jordanem* vel *Jordanum* appellant, Gothum fuiſſe, & in Pannonia natum, ipſemet nos certiores facit, cap. 82. de *rebus Geticis*, ubi etiam diſcimus, a maioribus qui genere Alani fuerint, eum originem duxiſſe *Jornanden* hunc epiſcopum fuiſſe, inter ſcriptores veteres etiam convenit. licet ubinam ſedem ſuam habuerit, non æque conſtet. Ravennatis eum eccleſiæ curam geſſiſſe, perhibent quidem plurimi, ſed qui catalogum Præſulum Ravennatenſium contexuere, *Rubeus* atque *Ugellus*, nullum *Jornandi* noſtro locum concedunt. v. *Dan. Guil. Molleri.* Prof. Altorf Diſſert. de *Jornande*, habita 1690.

**) Auctores libri *Nouveau Traité de Diplomatique* perinde ac *Mortonus* aliique, ſingulis Mœſogothorum litteris tres quatuorve diverſas & oppido inter ſe ſæpe diſtantes figuras tribuunt; ſed has unde ſumſerint, penitus ignoro, quum omnes per univerſum codicem perfecte ſimiles ſint.

Epifcopi, *Gloffarium*, quod fe vidiffe teftatur ***Phil. Jacobus Maufacus***, in ***Differt. critica***, adiuncta ejus *Harpocrationi*, p. 335, quippe quod, quamvis multa vocabula Gothica & barbara explicuerit, Gothice tamen fcriptum non fuit. Potiori jure heic commemoretur, quod memoriæ prodit *Angelus Roccha*, in appendice *Bibliothecæ Vaticanæ* p. 396, exftare videlicet Bononiæ in ædibus canonicorum regularium ordinis S. Salvatoris, ephemerides, lingua Longobardica confcriptas, & aliqua alia, lingua Gothica pariter exarata: fed quæ qualia fint ignoramus.

§. IV.

Inter illa vero, quæ hodie extant, indubia palma debetur ***codici argenteo Upfalienfi***, five chartæ fplendorem fpectes, five fcriptionis peculiare artificium, de quo quum in *præf.* ad *Ulphilam illuftratum* pluribus egerimus, nunc nihil, nifi ἐν παρόδῳ addemus, five tandem quantitatem fuperftitem refpicias. Ceffit ille, ut infra pluribus narrabitur, bibliothecæ noftræ publicæ ex liberalitate academiæ tum cancellarii regiique fenatoris, regiæ cancellariæ præfidis & dein regni Drotfeti, illuftriffimi Dom. comitis *Magni Gabrielis Delagardie*, cuius quæ alia in hanc academiam fuerit munificentia, teftatur cum editus donationis catalogus, tum hoc, & quovis alio monumento perennior animis pofterorum inhærens veneratio. Quum vero codicis hujus defcriptionem accuratiorem nemo huc usque dederit, rem me lectori non ingratam facturam fpero, fi ipfum propius confpiciendum præbuero.

§. V.

Codex argenteus exaratus eft in charta membranacea formæ, quam quartam vocant, illaque pertenui & follicite lævigata. Color eius eft purpureus, fed ita tamen, ut quædam illius membranæ pallidiores obferventur, & ad violaceum accedant.

Folia, quæ a temporis iniuria confervata, noftris jam teruntur manibus, funt CLXXXVIII feu paginæ CCCLXXVI: quumque integer foliis tercentum viginti confliterit, facile ratio initur, quantam ejus jacturam fecerimus. *) Unde autem hos calculos ponere, didicerim, quum haud dubie fcire aveat lector meus, rem ordine narrabo.

divi-

*) Facere non poffum, quin heic loci commemorem, per amicum quendam meum nuper me monitum effe, haud fallaci indicio eum animadvertiffe, *codicem* noftrum *argenteum*, quum primum bibliothecæ Holmenfi inferretur, pluribus quam poftea foliis conftitiffe. Interrogatus unde id comperiffet, oftendit *Johannis Th. Burei Adelrunam redivivam*, quæ auctoris manu anno 1641 fcripta, in bibliotheca noftra publica affervatur, ubi aliquot vocabula ex *Matthæi* capite tertio citantur, quæ hodie amplius non exftare, typis exarata exempla fidem faciunt. Ita vero ille: *At mis fordom bar wared brukat för mig, fwitnar ded, fom ær taget utur Ulfilæ Götifka Biblien. Mat. 3, 11.* fvantos a miffa *fortior me, mig förftark.* h. e. quod *mis* olim ufurpatum fuerit pro *mig* (*mihi*) teftatur id, quod fumtum eft ex Bibliis Gothicis Ulphilæ Math. 3, 11 *fvantos a miffa.* Ego ubi hæc verba *Burei* perlegi, animadverti ftatim, vere Mœfogothica effe, quæ ádfert, licet aliquantulum vitiata, quum ἰσχυρότερος μυ requirat *fuinthoza mis.* Sed aliquot poft dies, quum *Johannis Goropii Becani Gothodanica* evolverem, deprehendi, *Bureum* fua hæc inde fumfiffe. In rei fidem verba *Becani* ex pagina 750 adferam. *Ex eodem Evangelio* (*Marcum* nuper nominaverat) *unum*

Diviſus fuit totus hic Codex, quod idem in plurimis veterum manuſcriptis obſervare licet, (& inter alios in codice græco quatuor evangeliorum, non ſpernendæ antiquitatis, quem ſervat bibliotheca Upſalienſis, quique, quod in transcurſu monebo, ſcribendi methodo Mœſogothica haud parum ſimilis eſt,) in quaterniones, idque ita, ut in extrema pagina index cuiuslibet litterula numerali notatus ſit. Jam, quod intactum prætermitti non debet, evangelia ſacra, perinde ac in codice græco Cantabrigienſi, quem in ceteris quoque referre verſionem Moeſogothicam, jam pridem obſervavit *Thomas Mareſchallus,* in *notis ad codicem argenteum*, p. 484. & alias ſæpiſſime) eo ordine ab *Ulphila* collocata fuere, ut primum locum obtinuerit *Matthæus*, alterum *Johannes*, tertium *Lucas*, & *Marcus* ultimum.

Monſtrant id ad quamlibet paginam ſubiecti canones harmonici, in quibus hæc conſtans ſeries obſervatur, ut in textu evangelico *Matthæi* ſequantur

I. *Johannes*. II. *Lucas*. III. *Marcus*.

In Evangelio *Johannis*

I. *Lucas*. II. *Marcus*. III. *Matthæus*.

In Evangelio *Lucæ*

I. *Marcus*. II. *Matthæus*. III. *Johannes*.

In Evangelio *Marci*

I. *Matthæus*. II. *Johannes*. III. *Lucas*.

Ne vero codicis & paginarum ordo turbaretur, amanuenſis quaterniones quoslibet litteris numeralibus, uti dixi, notaverat, quorum plurimi cum parte ipſius libri non potuere non intercidiſſe, qui vero reſidui ſunt, heic afferentur. Invenimus ſcilicet

In Evangelio *Matthæi*	Fol.	14.	G.	III.
In Evangelio *Johannis*	f.	33.	IE.	XV.
	f	101.	IQV.	XVI.
	f.	187.	IZ.	XVII.
	f.	79.	IH.	XVIII.
	f.	73.	ITH.	XIX.
	f.	117.	K.	XX.
In Evangelio *Lucæ*	f.	125.	KB.	XXII.
	f.	141.	KD.	XXIV.
	f.	149.	KE.	XXV.

unum proferam exemplum, e quo liquebit, minime hoc ſermone Gothos eos uſos eſſe, qui Italos latinam linguam dedocuerunt. Iah merida qvithands qvimith ſvinthoza miſſa afar mis thizei ik ni im wairthts ananheiwands andbindan ſcaudaraip ſcohe is, id eſt, *et prædicabat dicens: veniet fortior me poſt me, cuius ego non ſum dignus procumbendo ſolvere corrigiam calceamenti eius. Hic* ſuinthoza miſſa, *idem eſt quod fortior me. Bureus*, qui per evangelium heic forte Gothicam evangeliorum verſionem in genere intelligi arbitrabatur, & hæc *Johannis* Baptiſtæ verba apud *Matthæum* citato loco occurrere meminerat, illum appoſuit, quum *Becanus* tamen verſum ſeptimum capitis primi *Marci*, qui hodieque ſuperſtes eſt, indicaverit, ut inſpectio *codicis argentei* quemlibet edocere potuerit. Et præterea 1641 C. A. nondum noſter fuit. Hoc monere, e re viſum fuit, ne ad eundem lapidem poſthæc quiſpiam offendat.

	f.	157.	KQV.	XXVI.
	f.	165.	KZ.	XXVII.
	f.	180.	L.	XXX.
	f.	172.	LA.	XXXI.
In Evangelio *Marci*	f.	64.	LE.	XXXV.
	f.	19.	LQV.	XXXVI.
	f.	56.	LH.	XXXVIII.
	f.	40.	LTH.	XXXIX.
	f.	48.	M.	XXXX.

Quum ex ultimo *Marci* capite non nisi pauculi versus desiderentur, patere arbitror, quod dixi, quadraginta quaternionibus constitisse codicem, dum integer erat. Qui indicata heic folia cum notatione quaternionum contulerit, animadverteret facile, quam confuse & nullo ordine eadem hodie in codice argenteo compacta extent: quod miror, observatum emendatumque non fuisse, ubi jussu illustrissimi *Delagardii* splendido suo indumento argenteo circumdabarur: præsertim quum indigestam hanc compaginationem non potuerit non animadvertere *Stiernhjelmius*, utpote quam in epistola editioni Ulphilanæ præmissa jam notaverat *Fr. Junius*, immo ante eum, qui omnium primus *Ulphilani* codicis mentionem iniecit, *Arnoldus Mercator*, apud *Janum Gruterum*, in *inscriptionum* opere p. 146. Alterum, quod mirari subit, est, ab ordine evangelistarum, quem adoptasse demonstravimus Gothorum episcopum, recedere voluisse doctissimos editores omnes, & ingratiis interpretis communiorem sequi.

§. VI.

Singulæ paginæ in suprema parte & ante contextum nomen cuiusvis evangelistæ habent, ita quidem, ut altera *thairh* i. e. κατὰ, altera nomen evangelistæ præferat. Dubito tamen, an hæc ἐπιγραφὴ ab eadem manu provenerit, qua ipse textus exaratus est; nam etsi inelegans non sit, diceres tamen, heic litteras in chartam coniectas, dum ceteras accuratissima pictura ubique commendat. Sequitur deinde contextus, quem ut nitidiorem exhiberet librarius, norma primum aream quadratam descripsit æqualis ubique magnitudinis, qua scriptio tota includeretur, deinde in viginti æquales partes, ductis supra infraque lineis, aream hanc digessit, relicto inter singulos litterarum ordines modico intervallo, quod in litteratura Gothica omnino necessarium fuit, quum nonnullæ litteræ, e. g. *a*, *j* & *th* ductus suos infra ceterarum mensuram demittant. Animadvertitur vero librarius normæ vel instrumento, lineis designandis adaptato, ita incubuisse, ut una ducta linea in utraque pagina, utpote tenui, scribentis manum dirigere posset: quo fieri simul nequiit, quin linea lineæ & intervallum intervallo utrobique ex asse responderet. Speciosum hoc quidem est, & aspectui gratum, sed quod simul fecit, ut ea pars membranæ, quæ textum continet, utrinque formis litterarum depressa, accedente in primis ex hypothesi caloris non ubique observato justo modo, ancipiti damno obnoxia redderetur, dum contra scripturæ interordinia (στελίδας Græci appellant) ubique salva sunt & integra. Et hoc in caussa fuit, cur sæpe acciderit, ut pertusa membrana non modo unius alteriusve litteræ lacu-

And: Akerman Sculpsit.

And: Akerman sculpsit.

lacunam exhibeat, ſed etiam plures litteræ, immo voculæ nonnullæ hic illic exciderint. Eiusmodi hiatus cernitur *Matth.* 27, 45, quem editiones *Juniana* & *Stiernhjelmiana* ſupplent quidem, inſerta voce *qheila:* ſed ſive ingenio ſuo hic pro more ſuo indulſit exſcriptor, cuius opera uſos fuiſſe hosce duumviros, mox indicabimus, ſive poſt hæc tempora litterulæ hæ interiere, hodie certe, uti fidem quoque facit editio *Benzeliana*, diſparuere. Crederem vero illud facilius, quum, ſi codice duce heic uſus fuiſſet hic, quisquis fuit, non *qheila* ſed *qheilai* eſſet inventurus, id quod ex analogia linguæ certum eſt.

Qui adeo elegantiæ ſtudioſus fuit librarius Mœſogothicus, eam tamen ſibi non raro veniam dedit, ut σκάμματα tranſiliret, ut, inquam, hic illic unam alteramve litteram in marginem & præter reliquas procurrere ſiverit. Incertus vero ſum, idne ſibi indulſerit, ut chartæ compendium faceret, quod tamen vix crederem, quum cetera adeo ſplendida & ad ornatum compoſita ſint, an vero, quod mihi videtur veri ſimilius, alii exemplo, quod exſcripſit, adeo preſſe adhæſerit, ut accuratior quam ornatior eſſe maluerit. Confirmor hac in opinione, dum video, quemadmodum aliquando non reſiduam longioris vocis unam alteramve litteram, ſed integras voces in marginem excurrere ſinat, quas adeo, niſi hanc legem ſibi indixiſſet, in ſequentem lineam commode tranſcripſiſſet. Ita e. g. p. 79. legimus *ius vopeid mik* ita erratum, ut *d* extra ordinem ſit & tota vox *mik*, & *Joh.* 17, 17 Fol. 94 in *framuh Gotha* non *uh* ſolum ſed etiam ſequens nomen Dei marginem occupat. Contra vero pag. 11, 6. ut linea ſuos numeros haberet, *markos* per diæreſin ita ſcribitur *mar‿kos*, quam vocem ſequitur *ize*, vox brevis & ultima ſui capituli, quamque linea facile cepiſſet, ſi absque diæreſi ſcripſiſſet, nunc vero in alterum verſum transfert.

§. VII.

Cuiuslibet paginæ contextui ſubiecta eſt figura, in porticus formam picta, quæ quatuor loculamentis quatuor evangeliſtarum nomina continet: primum eius, cuius evangelium textus hoc loco exhibet, & ceterorum deinde ordine antea commemorato. Scribuntur vero *Johannis* & *Lucæ* nomina ea, quam tabulæ *N. I & II* *) repræſentant, apocope, *Matthæi* vero & *Marci* notis, quas ibidem videre licet. Spatium, quod hæ porticus complent, normæ ductu in decem æquales partes ubique diſpeſcitur, quarum infima baſin conſtituit, ſuprema faſtigium ſtringit. Uſus earum fuit, ut ſtatim conſpiceretur, quodnam capitulum reliquorum evangeliſtarum loca citata reſpiciant. Quum vero brevia interdum ſint hæc κεφάλαια, & ſingulis verſibus conſtantia; tot lineas illis impendendas credidit librarius.

§. VIII.

Etiamſi in ducendis lineis ut plurimum accuratus fuerit hic calligraphus, accidit tamen illi aliquando, ut regula illius rectum ubique ſulcum non ſignaverit, quo factum, ut intercapedo, litteras contentura, hinc ſpatioſior inde anguſtior evaſerit. Ubi id accidit, obſer-

*) Monere autem e re noſtra eſt, litteras heic Ulphilanas accuratiſſime non eſſe depictas, atque adeo ad amuſſin tabulæ ſequentis III. corrigi debere.

observabit lector attentus, priori casu litteras Ulphilanas totum spatium, ut alias semper, non complere, posteriore vero easdem lineam superiorem transscendere, ita quidem, ut quarta fere sui parte in interordinium aliquando procurrant. Ego hoc novum argumentum reputavi, quo confirmentur ea, quæ in *præf.* ad *Ulphilam illustratum* de modo, quo exaratum coniicio codicem argenteum, disserui. Si quippe calami ope usus fuisset librarius, litterarum mensuram spatio designato utique accommodasset: quum vero ultro citroque supra & infra orbitam manus elegantissima & nitoris studiosissima evagari cernatur, indicium mihi videor deprehendere, quo nescio an certius ullum dari possit, ad demonstrandum, imprimendo, non pingendo litteras codicis nostri formatas fuisse.

Marginem paginæ sinistrum occupant numeri τῶν κεφαλαίων, exornati in eum modum, quem tabula adiuncta commonstrat, nisi quod, ubi plura κεφάλαια breviora concurrunt, librarius interdum necessum habuit, struem linearum minuere. Quid vero sibi hæc velint κεφάλαια, pluribus, sed pro nostro tamen instituto, mox sumus dicturi.

Ab eadem paginæ parte observamus etiam aliquando notulas quasdam, non uno modo exaratas, quibus quasi limitibus includuntur loca ex veteri testamento apud evangelistas citata. Habent hæc signa aliquando formam teli cuspidati, ita quidem, ut ultima & prima figuram similem habeant, intermediæ vero obelum referant. Est etiam, ubi non nisi duobus uncinulis („) sed paulo crassioribus verba aliunde, ex scriptore, inquam, veteris testamenti citata notentur, id quod vel ideo indicavi, quia constat, hunc aliorum verba citata designandi modum ad hodiernum usque diem a typographis nostris esse conservatum. Quod in Guelpherbytano codice similia sed grandioris formæ citationum signa occurrant, observatur in editione *Knitteliana*.

In margine exteriore occurrunt nonnullæ variantes lectiones, quas cum in *præf.* ad *Ulphilam illustratum* indicaverimus, nunc scientes præterimus. Id tantum verbo notabimus, vocabulis, quæ in margine collocatis respondent lineam in contextu superimponi, uncino ab initio & fine clausam (quali littera *n* suppressa indicari solet) cui respondet similis in textu figura, illi voci adiecta, quam varians lectio respicit.

§. IX.

Jam ad ipsum contextum & scribendi rationem contemplandum pedem promovemus. Observamus vero, in codice litteras quadruplicis magnitudinis: primæ sunt grandiusculæ, & illæ ibi fere occurrentes, ubi linea novum κεφάλαιον orditur; & tum, ne in superiorem vel inferiorem lineam procurrant, ante prima signa, in ipso inquam margine interiore locum nanciscuntur, idque ita, ut iisdem similis linea, ac quam nuper descripsimus, superimponatur. v. Tab. II. lin. ultima. Observat hoc etiam, ut video, alter librarius Gothicus, exscriptor Epistolæ *Paulinæ*.

Præter has vero litteras grandiores, quæ, ut mox dicetur, aureæ sunt, occurrunt interdum etiam huiusmodi litteræ grandiores, ubi κεφαλαίων incipientium signa non sunt: tum vero argenteæ visuntur, nonnunquam superimposito obelo stipatæ, alias vero eodem carentes. Ita *J* maius sese nobis offert ab initio versus in *jah*, *Marc.* 8, 31. & in eadem voce *Luc.* 4, 14. in voce *jabai*, *Joh.* 8, 36. *A*, *Joh.* 9, 24. in *atvopidedun.* cap. 8, 14.

in

in *andhof.* *Qu*, in *quath*, *Joh.* 11, 39. *S*, in *ſlibna*, *Luc.* 3, 4. *Th*, in *thanuh*, *Joh.* 6, 60. & 11, 38. *V*, in *varth*, *Luc.* 2, 1. *N* in *nih*, *Matth.* 6, 31.

In genere obſervetur, has vulgaribus duplo fere maiores eſſe, ſed ita tamen, ut modulo non parum inter ſeſe differant, & præterea picturæ elegantia & ſymmetria adeo cedant ordinariis, ut negares, easdem ab eadem manu eſſe profectas. Præterea nullas impreſſionis notas in illis animadverteres, nullos ſulcos, nihil ab averſa parte convexi, quæ tamen omnia eo manifeſtiora in illis eſſe decerent, quo ſunt grandiores, &, utpote extra ordinem poſitæ, extantiores.

Sequuntur ordine, quas vulgares & communes appellare ſoleo, quibusque textus Gothicus univerſus exaratus eſt. Litteræ hæ, ſi formam ſpectes, adeo ſunt elegantes & nitidæ, adeo etiam ab initio ad finem inter ſe ſimiles, ut merito mihi videar conieciſſe, aliquo impreſſionis artificio potius quam calami ductu illas efformatas eſſe. Uti codicem, qua potui accuratione exanimavi, ita inveni equidem, ne quid diſſimulem, hic illic litteras, quæ, cum ceteris comparatæ, aliquem ductum a ceteris diſcrepantem habent, ſed id ab hypotheſi mea me non dimovit. Probabile enim eſt, librarium, antequam opus hoc aggrederetur, plures ad manus habuiſſe typos, qui, ſi quid diſſimile habuerint, id fabro non vero librario videtur aſſignandum. Si vero ipſas litteras intueamur, novum illæ & non leve momentum coniecturæ huic addent. Multæ enim illarum ita exaratæ ſunt, ut partibus diſcretis conſtent, quæ iunctæ litteram conſtituunt. Ita nunquam S uno ductu formatum cernes, ſed utrumque cornu, ſuperius & inferius a ſuo corpore ſeparatum. Littera *E* in eundem modum ſupremam κέραιαν a ſuo ſemicirculo ſeparatum habet, & ſic in aliis. In ceteris vero omnibus linguis videmus, librarios, quantum fieri potuit, uno calami ductu litterarum elementa lubenter formaſſe, id quod commodius erat nec minus elegans. Typorum vero formatori alterum illud facilius eſſe potuit, utpote qui exiliores ductus copulantes exprimere, tum neceſſum non habuit. Hæc, quæ modo attuli argumenta, ſi ceteris, in *præf.* ad *Ulphilam illuſtratum* allatis, adiungantur, id forte efficient, efficere ſaltem debent, ut calculum diſſentientes cohibeant, donec ſuis oculis rei veritatem examinare poſſint.

Tertiam claſſem conſtituunt litteræ in margine poſitæ, numerum κεφαλάιων indicantes, illæ etiam calamo exaratæ, non inelegantes quidem, ſed tamen ſpecie vulgaribus inferiores. Eiusdem magnitudinis eſſe reperio litteras, quas, per incuriam omiſſas, textui ſuperimponit librarius, uti dum *Joh.* 11, 14. fol. 86. b. poſt *thanuh* omiſſum *than.* *Luc.* 18, 17. fol. 30. poſt *barn ni.* *Luc.* 3, 1. fol. 128. in *ſimtaihundin*, *ta* ſuperne adiicit.

Quartæ & minimæ formæ litteræ ſunt, quæ infra contextum occurrunt, Canones *Ammonianos* deſignantes, de quibus idem quod de prioribus judicium eſto: nuspiam in illis depreſſos ſulcos invenies, chartam ſcabram non efficiunt, nunquam membranam perforant.

§. X.

Litterarum compendia vel abbreviaturas aliquando uſurpat noſter, uti dum pro *m* lineam cum triplici deorſum verſo uncino aliquando ſuperimponit, & pro *n* ſimilem lineam,

neam, cuius uncinus dexter ſurſum tendit, ſiniſter deorſum, idque ſæpius in fine vocum, nonnunquam vero ab initio, uti dum IK ſcribitur pro MIK, fol. 71. b. *H* & *t* etiam aliquando coniuncta in eadem figura cernuntur. Locum *Matth.* 6, 13. indicavi in *Præf.* ad *fragmenta Ulphilana*, cui nunc ex indicio præclariſſimi Dom. *Johannis Nic. Hageman*, bibliothecæ noſtræ præfecti vicarii laudatiſſimi, addo *Joh.* 14, 31. in voce *vaiht*, & cap. 15, 24. in *fravaurht. Marc.* 7, 29. fol. 26. b. in *dauhtr. Luc.* 2, 42. fol. 127. in *biuhtja. Luc.* 4, 3. fol. 132. b. in *bairhtein. Matth.* 6, 4. fol. 40. in *anamahtjada.* Cap. 11, 12. fol. 34. b. *r* & *th* in voce *warth* ita coaleſcunt, ut crus τῆς *r* inferius ſiniſtram alam τῆς *th* conſtituat. *Luc.* 3, 1. fol. 128. b. *th* ita pingitur in *brothrs*, ut linea media ſuperne continuata litteræ *r* ſuperimpoſitæ pro fulcro ſit. *Marc.* 2, 11. fol. 61. b. in *nimuh* ultimum τῆς *m* latus primum eſt ſequentis *u*. Græcorum Romanorumque marmora ſimilia etiam ſcriptionis compendia ubertim offerunt. Quando geminum *g* occurrit, eſt ubi alteri maiori minuſculum aliud inſeratur, e. g. *Marci* 12, 10 fol. 44. lin. 16. In evangeliorum codice græco bibliothecæ noſtræ, antea laudato, idem ſcribendi compendium vidi in titulo [illegible]angelii *Lucæ.* De monogrammatibus, nomina *Matthæi* & *Marci* indicantibus, mentionem nuper iniecimus: figura ipſa videri poteſt in utraque Tabula adiuncta. In primis vero litterarum compendia adamarunt Gothi in nominibus *Jeſus*, *Chriſtus*, *Goth*, *Fan* vel potius *Frauja*, quæ ita exarantur, ut IS ponatur pro *Jeſus* vel *Jaiſus*, IUIS pro *Jaiſuis*, IUA pro *Jaiſua*, IU pro *Jaiſu.* Similiter XUS pro *Chriſtus*, XAUS pro *Chriſtaus*, XAU pro *Chriſtau*, XU pro *Chriſtu.* Ubi GTH occurrit, nomen eſt divinum *Goth* vel rectius *Guth.* GTHS eſt *Guths*, GTHA, *Gutha.* Quartam vocem timide addo, quam tota eruditorum cohors *Fan* effert, eamque vocem in *codice argenteo* reperiundam affirmat. Ex litteris vero amici nuper certior factus ſum, *Johannem Gordon*, in *Animadverſionibus ad Evangelia Gothica* Edinburgi nuper editis, tradere, apud *Ulphilam* domini nomen non *Fan* eſſe legendum, ſed *Frauja*, quod licet verbo tantum referatur, nihilominus aſſenſum apud me illico impetravit. Jam diu quidem eſt, quod ſcrupulum mihi vox illa iniecerit: immo ex forma vocis me deprehendere, in *Indice* ad *Fragmenta Ulphilana* profeſſus ſum, nomen Domini *Fan* eſſe non poſſe; ſed requiri terminationem *a*, *Fana.* Ratio eſt, quod in caſu primo vox hæc FA ſcribatur, id quod indubio indicio eſt, primam & ultimam vocis litteram heic conſpici, adeoque *Fana* reſpondendum fore. Caſus ſecundus eſt FINS, quam terminationem in *ins* ſola fere nomina maſculini generis in *a* deſinentia habent, quod idem de ceteris caſibus valet, FIN, h. e. *Fanin* & FAN h. e. *Fanan*, quippe quorum ſingulos nominativus *Fan* non admittit, ſed eorum loco requireret *Fanis*, *Fana*, *Fan.* Porro quum vox *Fana* pro Domino nuſpiam in toto orbe Gothico ſit reperiunda, *Frauja* vero non ſolum aliquoties plene in C. A. ſcriptum reperiatur, ſed etiam in dirivativis, *heivafrauja*, paterfamilias, & *fraujinon*, dominari; non parum inclinor ad hanc ſententiam accipiendam. *)

For-

*) Non dubito, quin eadem vox hæc ſit, quæ apud *Auguſtinum* occurrit, in Epiſtola, ſive ipſius *Auguſtini* ſive *Vigilii Tapſenſis* uti ſuſpicantur Benedicti Editores, quæ ordine eſt 178. ubi traditur,

Fortaſſis, ubi librum ipſum invenero, plura occurrent, quæ dubium omne eximant. Non ſatis ſcio, an inter cetera ſcribendi compendia referre debeam numerorum notas, quæ ubi litteris exprimuntur, id habent ſingularis, quod hæ litteræ numerales unæ vel plures, ſemper punctis includantur, cum ſuperne poſita lineola, uti idem etiam obſervatur in calculo quaternionum, in extrema pagina notatorum.

§. XI.

Color litterarum qualis ſit, vel ipſum *codicis argentei* nomen, quod iam diu, & antequam noſter factus eſſet, geſſit, manifeſtum facit. Quæ vero aureo colore nitentia inveniuntur, ſunt tituli evangeliorum, de quibus porro obſervandum, eosdem ita a reliquo contextu diſtingui, ut ſingulæ voces puncto a ceteris ſeparentur, ipſisque vocabulis obeli, quales Iῶ *n* ſuperimponi perhibuimus, ſuperne adiiciantur, & tandem furcæ utrinque latera muniant.

2. Initia ipſorum evangeliorum tres verſus aureos habent, idque ita, ut chorum ducat littera maiuscula, obelo notata, tribusque aliis ſuperne poſitis uncis. 3. Quodlibet κεφάλαιον verſu aureo diſtinguitur, pleno, ſi in lineæ principio fuerit, alias dimidio: priori caſu littera maiuscula lineam orditur, poſteriori non item 4. Eodem colore ornatur initium dominicæ orationis, *Matth.* 6, 9. etiamſi novum ibi κεφάλαιον non incipiat. Video equidem, editionem *Benzelianam* κεφ. *Md.* (44) huic verſui nono appoſuiſſe, ſed id refragante codice ipſo, qui huius capituli exordium rejicit ad v. 14. *Unte jahai*, &c. 5. Nomina evangeliſtarum in ſubiectis canonibus aureo colore præfulgent.

§. XII.

Utrovis modo pingantur litteræ, pro more antiquorum, voces ſemper omnes cohærent, niſi quod commata & minores aliæ diſtinctiones unico puncto finiantur, integræ vero periodi duobus, quorum nonnulla etiam ſed pauciſſima aurea ſunt.

§. XIII.

Nec ſilentio præterire debeo, accuratiori oculo utentem obſervaturum eſſe in *codice argenteo* loca reſpripta, hoc eſt, ubi inducta priore ſcriptura, novam aliam repoſuerit librarius. Pagina eſt 185 verſa, quam in primis conſuli volo, ubi ſingula linearum intervalla deletarum litterarum veſtigia ſervant, eaque in primis luculenta ſub infimo paginæ verſu, ubi diſtincte *ize* legimus, ſed id ita, ut litteræ omnes prioris ſcripturæ & ipſum folium inverſa ſint.

§. XIV.

Quæ fata fuerint huius codicis, cuius impenſis primum exaratus, quique primi eius domini, qui deinde, ignoramus penitus. *Georgius* quidem *Wachterus*, in *præfatione Gloſ-*

Barbaros h. e Gothos ſua lingua dicere *ſihora armen*, quod Latini, Domine miſerere, & Græci, κύριε ἐλέησον exprimunt. Novimus, varie deſudaſſe eruditos, ut lucem aliquam Gothicæ huic precandi formulæ adderent. Ego autem omnia eorum tentamina prætereunda judicavi, quum a *Rigaltio* annotatum reperi in antiquo codice *Auguſtini* manuſcripto inventum fuiſſe *Fhrota armes*: quod videns, omnino iudicavi, *t* pro *j* irrepſiſſe. Sciendum porro eſt, *au* ſonum *o* habuiſſe apud Gothos, ut adeo *frauja* a Latino *froja* prolatum fuerit.

Glossarii germanici, verisimile putat, *Alarici* regis eum, vel etiam *Amalarici* fuisse; sed qui eiusmodi coniecturis indulgent, id potius mihi agere videntur, ut aliquem operosæ lectionis fructum capiant, quam ut in re adeo obscura quidquam persuadeant. Quod certo novimus, id est, in bibliotheca cœnobii Werdinensis prope coloniam eum asservatum fuisse, quumque sub bello tricennali armorum appropinquantes strepitus, ut sua in loca tutiora transportarent cœnobii curatores, suaderent; codex hic cum pluribus aliis Pragam transmissus fuit. Verum, ubi ductu auspiciisque comitis *Königsmarkii* hæc urbs expugnata esset, inter reliquam prædam Suecis cessit, penumque librariam Holmiensem insigni augmento locupletavit. Inde in manus *Isaci Vossii*, Holmiam tum una cum aliis primi ordinis eruditis acciti, eum pervenisse, certum est, etiamsi non æque constet, quo titulo eius factus sit. Suspicantur apud nos multi, uti edita quoque scripta fidem faciunt, dum cura bibliothecæ regiæ *Vossio* commissa fuit, clanculum eum hunc thesaurum abstulisse. Sed diffiteri non possum, mihi verisimile non visum esse, tantum & tam turpe facinus admittere voluisse virum alias non inhonestæ famæ, cuius fidei cura bibliothecæ regiæ credita erat, qui singulari reginæ *Christianæ* gratia florebat, quique variis aliis rarioribus libris manuscriptis ab hac principe munificentissima ornatus fuerat. Videatur nobilissimi *von Celse historia bibliothecæ Stockholmensis* pag. 106. Quid, inquam, illene eousque frontem posuisset, ut, vigente adhuc & spirante *Christina*, regni Sueciæ cancellario furta sua redimenda traderet? Hæc ego ita ratiocinabar, quum ex actis academiæ Upsaliensis, d. 14. Junii 1669, quo die *codicem argenteum* huic Athenæo donavit illustrissimus *Delagardius*, iam tum eum dubitasse comperi de modo huius cimelii acquirendi: hoc certe non obscure indicant donatoris verba, quæ latine versa adferre non pigebit, præsertim quum ea contineant, quæ ad historiam *codicis* nostri *argentei* in primis pertinent. Ita vero in concilio academico verba fecit. *In documentum meæ erga academiam hanc voluntatis, illius bibliothecam locupletare volui aliquot rarioribus libris, præcipue, ad historiam patriæ antiquam spectantibus, inque illis in primis Ulphilæ autographo, continente versionem Gothicam quatuor evangelistarum, quod eximie lætor, me patriæ restituere potuisse,* *) *postquam per tot secula peregre vagatum est. Fuit illud quidem in patria nostra tempore serenissimæ reginæ Christinæ, sed* nescio quo iniquo fato *illud anno 1655 una cum Isaaco Vossio ad exteros pervenerit. Quum vero casu quodam Puffendorfius anno 1662 per Hollandiam iter faciens comperisset, penes Vossium autographon* **) *hoc una cum aliis reperiri, idque mihi retulisset, pro studio illo, quo in antiquitates Gothicas feror, facere non potui, quin illud licitarer, & tandem 400 thalerorum imperialium pretio redimerem. Postea inconsultum duxi, codicem hunc ad meos transmittere, quum, prout sæpe sub illis mutationibus, quas subeunt familiæ, evenit, accidere etiam possit, ut periret, omnibus æquali studio eundem non custodientibus. Satius proinde duxi, academiæ huic eum donare, utpote diligentius certiusque eum servaturæ. Et quum hic codex, quantum quidem constat, unicus sit sui generis, illum pro dignit-*

*) L'Abbé *Renaud[illegible]* in *Memoires de l'Academie des Inscriptions* Tom II. p. 238 tradit, *Delagardium* in cœnobio Werd[illegible]ensi codicem nostrum invenisse, quod emendatione eget.

**) Codicem argenteum ἀυτόγραφον non esse, probatur in præf. ad *Ulphilam illustratum.*

dignitate materiæ exornare volui; *& quidem involucro argenteo operis puſtulati*, *in quo imago Ulphilæ tanquam librum ſuum ſcribentis effingitur*, *prout conſpectus docet.* *)

§. XV.

Una cum ipſo *codice argenteo* apographum illius, nitide exaratum, bibliothecæ noſtræ donavit illuſtriſſimus *Delagardius*, quod utrum inde a cœnobio Werdinenſi librum membranaceum ſtipaverit, in eum finem exaratum, vel ut conſuletur legentium hebetioribus oculis, qui exeſas ætate litteras ſatis liquido perſpicere, ubique non valerent; an vero *Voſſio* curante fuerit exaratum, non ſatis ſcio. Id tantum novimus, *Derrero* illi nomen fuiſſe, qui *codicem argenteum* exſcripſerit, idque adeo accurate, ut paginæ paginis & litteræ litteris reſponderint, uti teſtatur *Ol. Rudbeckius* Atl. Tom. I. p. 245. Periit vero hoc apographon inter libros modo laudati *Olavi Rudbeckii*, patris, ſub ferali incendio, quod 1702 maiorem urbis noſtræ partem conſumſit. Quisnam autem fuerit ille *Derrerus*, ignoro, quippe qui alium huius nominis non novi, quam *Sebaſtianum*, profeſſorem Friburgenſem, qui anno 1540 edidit *iurisprudentiam* in 4to impreſſam. Veterum tamen linguarum, quisquis fuerit, non expertem fuiſſe, certis mihi indiciis videor perſpicere poſſe, ** immo & inter exſcribendum aliqualem L. Gothicæ notitiam hauſiſſe. Cur autem id moneam, & quamobrem huius apographi rationem habendam eſſe cenſeam, ſequitur nunc, ut ediſſeram. Scilicet certum eſt, eorum, qui primi evangelia Gothica prelo ſubmiſere, neutrum ipſum codicem exſcripſiſſe, ſed ex hoc eius exemplo editiones ſuas adornaſſe. Nec id mirum eſt, quum *Stiernhjelmius*, utpote natus 1598, quum

 ulti-

*) Verba illuſtriſſimi Comitis, habita in conſeſſu Academico anno 1669 d. 14. Junii, hæc ſunt: *Eljeſt hafver jag ock til ſtyrko af min benägenhet til Academien, velat til des Bibliothek ſkänka och testamentera några gamle och rare böcker, ſom mäſt våra Svenſka Antiquiteter anröra, och deribland förnämligaſt Ulphilæ gamla Original Manuſcript och verſion på gammal Göthiſka, öfver de 4 Evangeliſter: hvaröfver jag mig högeligen gratulerar, at jag det hafver kunnat patriæ igen reſtituera, ſedan det ſå många hundrade år hafver i främmandes händer ſväfvat, ehuruväl det var fuller här i Sverige uti Hennes Majeſts Drottning Chriſtinæ tid, men jag vet intet* quo iniquo fato *det då 1655 åter ſin kos kom med Iſaco Voſſio. Ock ſom igenom en händelſe år 1662, då Puffendorpf reſte genom Holland, och fick veta, at Voſſius bemälte Original Manuſcript hade med några flere, och det mig berättade, kunde jag icke underlåta, af den kärlek jag bär til Fäderneslandſens Antiquiteter, det ſamma begära mig at få tillhandla. Och måſte derföre en anſenlig påſt penningar till 400 Riksdaler erlägga, innan jag den igen bekom. Sedan hafver jag dragit betänkande, at låta den i min Familie ſtanna, efter ſnart torde ſke, af den förandring ofta plägar med Familier hända, när en frånfaller, at ſådam kunde lätteligen bortkomma igen, efter icke alla torde blifva af lika ſinne, til ad ſådanne förnäme ſaker värdera och conſervera vilja. Hvarföre hafver jag funnit, det vara rådeligare til Academien förära, emedan det i en ſäkrare poſſeſſion här kan förvaras, än hos mig. Och efter ſamma Manuſcript är det endaſte, ſå mycket man nu vet, ſom i verlden finnes, ſå hafver jag det ſecundum dignitatem materiæ velat exornera med en tjenlig form of Sölf och drifvet arbete, hvarpå Ulphilæ beläte ſitter lika ſom ſkrifvandes bemälte bok &c. ſom det nu för ögonen ſynes.*

**) Judico id exinde, quod, dum devias a codice lectiones exhibet, alias vetuſtiores dialectos animadvertatur in animo habuiſſe: ita *Matth.* 6, 27. pro *wahstu*, ſtatura, reponit *wahstm.* Anglo Saxonicum vero eſt *wæſtm*, Alemannicum *uuahsm. Luc.* 8, 21. pro *ſind*, ſunt, habet *ſindon*: Anglo Saxonicum vero hoc eſſe, linguæ huius periti norunt. Aliquoties pro *kuni*, genus, ſubſtituit *kunni*, at id eſt Alemannicum *chunno*, *chunne*; omitto alia.

ultimam huic operi manum 1671 imponeret, tres & ſeptuaginta annos compleſſet, & *Junius*, in lucem editus anno 1591, aliquot annis natu maior eſſet, quum Dordrechti 1665 ſua *evangelia Gothica* publici iuris faceret, ut adeo non potuerit non, id humanitus accidere, ut amborum oculis ætas nebulam obduxerit, nec voluerint, fugientes vetuſti huius codicis apices ſectando, tenues luminis reliquias hebetare. De ſemet teſtatur *Junius*, in operis dedicatione, ſe non niſi *ex improviſo* ipſum prototypum oculis uſurpaſſe, idque haud dubie apud *Voſſium:* ſed veriſimile tamen eſt, eum, tanquam veterum linguarum peritiſſimum, ea occaſione ſedulo uſum, loca, quæ in apographo dubia fuere, ad πρωτότυπον exegiſſe, & ita cum emendanda annotaſſe, tum varia etiam extricaſſe, quæ aliorum aciem fugerant. Et hactenus eorum elogia extendenda arbitror, qui *Junio* laudem exſcripti *codicis argentei* tribuunt, illiusque in hoc ſtadio exantlatos labores meritiſſimis laudibus efferunt. v. *Th. Mareſchalli obſ.* in *evangelia Gothica* p. 389. & Anonymi *T' vader onſer in* XX *oude Duytſe en Nordſe Taelen*, qui libellus, dum ſub prelo ſudabant *evangelia Gothica* Junii, Dordrechti prodiit. *Stiernhielmius* eodem apographo ita uſus eſt, ut, quod conferenti patebit, ipſum codicem nonnunquam conſulerit, &, pro re nata, a Juniano exemplo receſſerit: vide *Luc.* 3, 38. 7, 6. 24. 8, 30. 35. 14, 18. 19. aliaque plura loca, in *Ulphila illuſtrato* non omiſſa.

§. XVI.

Et ſic facile explicare licet, qui fieri potuerit, ut, ubi a textu originali divertunt amborum editiones, eosdem plane errores committant, & easdem litteras exhibeant Dordrechti Junius & Holmiæ *Stiernhielmius*. In rei fidem ſi nonnulla allegavero, rem me non ingratam lectori facturum ſpero. *Luc.* 9, 50. mantiſſam quandam habet verſio Gothica, quam nulla ceterarum verſionum agnoſcit, nulla patrum catena attingit, nec in ullis bibliorum exemplis (ſi a veteri verſione Italica diſceſſeris, de qua conſule *relationes Göttingenſes*, Tom. I. Faſcic. III. p. 60.) comparet, huius ſenſus: *Niainshun auk ist manne, ſaei ni gawaurkjai maht in namin meinamma:* hoc eſt, nemo eſt hominum, qui non faciat potentiam vel miracula in nomine meo. Hæc verba licet, perinde ac cetera contextus, oculis obvia & evidentia ſint, ab exſcriptore tamen omiſſa ſunt, haud dubie, ne diverſitas hæc a textu Græco, verſionis Gothicæ vel pretium minueret vel fidem elevaret. Eadem hæc ab ambobus editoribus præterita animadvertimus. Ex ſimili ratione *Derrerus* litterariam, dicam an, piam fraudem committit Joh. 7, 52. poſt quem verſiculum hiſtoria adulteræ incipere ſolet; ille vero, ut credi poſſet, vetuſtate ſequentia commata deleta fuiſſe, non vero ab *Ulphila* præterita, quinquageſimum tertium verſiculum orditur particula *jah*, additis punctis, lacunæ ſolitis indiciis. Sed manifeſtum eſt, nec *codicem argenteum jah* illud habere, nec habuiſſe unquam, quum inter verſus prioris *urreiſith* & capitis ſequentis verſusque duodecimi *aftra* ne unica quidem littera, nedum tot commata locum inventura eſſent. Qui autem hoc eveniſſe putabis? *Junione* & *Stiernhielmio* imputabimus, quod ad nos fallendos conſpiraverint? Ego vero alterutri id accidere potuiſſe, nego, utrumque vero quaſi ex compoſito nos decipere voluiſſe, puto exiſtimaturum neminem. *Mareſchallus*, vir erudítiſſimus, l. c. p. 466 narrat, ſe a Junio quæſiviſſe, an hæc hiſtoria

in

in *codice argenteo* unquam extiterit, atque id tuliſſe reſponſi, *quantum recolere poſſet, extitiſſe illam, ſed temporis iniuria cum multis aliis periiſſe.* Subiungit *Mareſchallus*: *ſi cui ipſum codicem videre contigerit, hanc rem facile diſceptabit*, quæ verba novo & ἀναντιῤῥήτῳ teſtimonio probant, hosce duumviros *codicem argenteum* inter imprimendum ad manus non habuiſſe. Hiſce iam allatis, unicum ſubiungam *codicis argentei* locum. In *Ulphila illuſtrato* p. 17. monuimus, *Matth.* 11. *) in evangeliis Gothicis folium eſſe, quod vel caſus vel proterva manus male habuerit, ita ut non exigua illius portio abrupta deſideretur. Exſcriptor noſter id ſibi ſumſit, ut aliquam eius lacunæ partem non impleret modo, ſed etiam textui insereret. Ut autem quid eius ſit, quid *codicis argentei*, conſtet, utramque paginam heic in æs ineiſam inſerendam voluimus, &, ne nihil feciſſe videamur, ex linguæ genio & collocatione locorum parallelorum ita ſupplevimus, ut ſubiectum ſchema commonſtrat, in quo, quæ a me addita ſunt, litteris Italicis diſtinguuntur.

v. 15. bai au*ſona hauſjandona ga*-
hauſ*jai: qhe nu galeiko*
thata ku*ni. galeik iſt barnam*
ſitandam *in garunſai jah vopjan*-
v. 17. dam antharans *frijonds ſeinans jah qvithan*-
dam. ſviglodedum iz*vis jah*
ni plinſideduth. hu*fum izvis jah*
ni quainodeduth.
18. Quam raithis Johan*nes ni mat*-
jands nih drigka*nds jah qui*-
19. thand. Unhulth*on habaith quam*
ſa ſunus man*s matjands jah*
drigkands. *jah quithand ſai man*
na afetja jah a*fdrugkja mo* - *&c.*

*) *Junius & Stiernhielmius* nullius litterulæ differentia habent, v. 15. *Saei habai auſona hausjandona, gahauſjai* v. 16. - - *thata kunni. galeik ist barnam ſitandam in garunſai. Jah vopjandam antharan v* - - v. 17. *Jah qvithandam. ſviglodedum izvis. jah nih plinſideduth: hufum izvis. jah ni quainodeduth*: v. 18. *Quam raihtis Johannes nih matjands nih drigkands. jah quithand unhultkon habaith*: v. 19. *Quam ſa ſunus mans matjands jah drigkands, jah quithand. ſai manna afetja jah afd* - - *motarje frijonds* &c. Averſa pagina hæc habet v. 21. - - *anons in izvis* - - *in ſakkau jah azgom idreigodedeina.* v. 22. *ſve thau quitha izvis. thatei Tyrim jah Seidonim ſutizo vairthith in daga ſtavos thau thus.* v. 23. *jah thu kafarnaum. thu und himin ushauhida* - - *gakithis. thatei ei in ſaudaumjan* - - *mahteis thos vaurthanons in izvis.* Conferi iubebo editionem *Benzelianam*, ubi cetera fere *Codici A.* conformia, verſum tantum 21 complet modo a noſtro paullum diverſo. Nos noſtri aſſumenti rationem non reddimus: nec opus eſſe arbitramur. Linguæ Gothicæ gnari ſuis oculis videbunt. Circa verſum 19 annotabimus, voculam *afdrugkja* poſt tempora vel *Juni* vel vetuſtioris exſcriptoris, perdidiſſe aliquot litteras: nunc enim non niſi prima eius littera *a* ſupereſt: *Junius* vero & *Stiernhielmius* habent *afd*, quod mihi ſuggeſſit *afdrugkja*, utpote cuius prima pars reſpondet præcedenti *afetja*, poſterior voci, apud *Ulphilam* loco parallelo occurrenti, *veinadrugkja.* Habemus itaque heic vocabulum, quo locupletari poſſint Gothica Gloſſaria. Præterea monebo, v. 17. poſt *antharans* obſcurum iudicium exſtare ſequentis ordine *th*, ubi tamen ſenſus neceſſario *ſ* requirit. Non infrequentes ſunt eiusmodi apud noſtrum lapſus.

Facies paginæ averſa hæc habet.
20. *Thatei ni idreigodedun* ſik
21. *Vai thus korazein vai th*us beth
*ſaidan unte ith vaur*theina
*in tyrai jah ſeidonai ſu*elauda mah-
*te ſva ſve thos vaurtha*nons in izvis
airis thau in ſakkau jah azgon
22. *idreig*odedeina ſuethau qui-
tha izvis. tyrim jah ſeidonim
*ſuthizo vai*rthith in daga ſtau-
23. *os thau izvis.* Jah thu kafarna
*um thu und hi*min ushauhida
und halja dalatha galeithis
*unthe ith in ſ*audaumjam
*vaurtheina thos ma*hteis thos vaur &c.

§. XVII.

Quas hucusque attuli mutationes, ſtudio & de induſtria factas videmus. Alibi vero ex coniectura vocem pro voce ponit: immo eſt, ubi integras lineas varie permiſceat. Ita, ut unico exemplo defungat, *Luc.* 8, 20. ubi *codex argenteus* habet *ſtandand uta gaſaiqhan thuk gairnandora*, *Junius*, præeunte haud dubie exſcriptore, reponit *ſtandand uta viljandans thuk gaſaiqhan*, ſive quia coniecturæ plus quam oculis ille indulſit, ſive quia non ſatis intellexit idiotismum, quo, ubi de perſonis diverſi ſexus ſermo eſt, verba adiectiva & pronomina neutrius generis cum iisdem coniungi ſolent. *) Plura huc facientia facile inveniet, qui *Ulphilam illuſtratum* evolvere voluerit.

§. XVIII.

*) Obſervarunt eundem jam ante me *Hickeſius* & *Edw. Lye*, & exempli loco afferunt *Luc.* 1, 6. *veſun than garaitha ba*, quod verbum ex verbo transferens verteres, erant (*Zacharias* & *Eliſabeth*) iuſta utraque. Loca alia, ubi hic Gothismus in C. A. occurrit, ſunt *Marc.* 3, 31. & 10, 7. 8. *Luc.* 2, 6. 33. 34. 45. 48. 50. & 8, 20. Neſcio, annon etiam huc forte referri debeat locus *Luc.* 5, 7. *Jah bandvidedun gamanam thoei veſun in antharamma ſkipa*, quod eſt, & innuerunt ſociis, quæ (in genere neutro pl. num. pro qui) erant in altera navicula, forte quia piſcationi operam dantes utriusque ſexus homines fuiſſe, credi poterat. Ita certe habet C. A. v. *Ulphilas Illuſtr.* p. 91. Quod vero nondum a quoquam noſtratium animadverſum, monebo, idem plane loquendi genus Islandis familiare eſſe, & maioribus noſtris fuiſſe, licet iam in deſuetudinem abierit. Ita *Interpres Islandus Luc.* 2, 44. de parentibus *Chriſti: og thaug voru komen eina dagsfaerd*, venerunt iter diei, ubi *thaug* eſt neutrius generis perinde ac *komen:* alias enim in plurali numero dicendum foret, *their veru komner.* In *Hiſt. Olavi Tryggvas.* Edit. Skalh. Part I. p 43. *Viſadi nu öllum til thuert fra thui ſem thau ero folgin*, indicabat iis locum penitus diverſum ab eo, ubi illa occulta erant, h. e. ubi illi occulti erant, nempe *Olavus* cum matre. Ex ſcriptis medii ævi noſtratium ſexcenta eiusmodi loca afferre haberem, ſed defungar paucis. *Chron. Rhythm.* in *Collect. Bringiana P. I.* p. 70.

Theras glädje mä yppes ſå margelund,
När the älſka hvartannat af hjertans grund:

Ita

§. XVIII.

Quod proxime nobis propoſuimus, eſt, ut in ſonum & valorem litterarum Gothicarum inquiramus. Difficile quidem hoc examen eſt in lingua iam pridem mortua, & ubi præter exigua fragmenta nil reliqui habemus. Interea qui in hoc campo deſudarunt, quos inter principe loco nomino doctiſſimum *Franc. Junium*, in *alphabeto Gothico*, ut aliquatenus prodirent, duplici cynoſura fere ducti ſunt. Sonum nempe litterarum Ulphilanarum exiſtimarunt vel ex vocibus peregrinis & nominibus propriis, quæ in *cod. arg.* occurrunt, e. c. dum *Abraham* ſcriptum invenitur, illudque nomen in omnibus linguis æqualiter auribus accidit, ſciri facile poteſt, quis valor ſit ſingularum ibi occurrentium litterarum, vel etiam ex vocibus Gothicis, quas reliquæ dialecti cognatæ retinuerunt. Sic e. g. dum *alls*, omnis, ſcriptum video, ceterasque linguas Scythicæ originis omnes eadem voce, iisdem litterarum elementis ſcripta, hodieque uti, plus quam probabile eſt, nec abluſiſſe pronuntiationem Gothicam. Ita quum *g* ante aliud *g*, *k* vel *qv*, poſitum videmus, coniicimus, pronuntiationem illius eandem eſſe debere, quæ Græcorum olim fuit: exempli loco ſunto Ulphilana *gaggan*, *drigkja*, *ſtigqhan*, quippe quorum duo priora apud nos ſcribuntur & pronuntiantur *gănga*, *drinkare*, poſtremum ſupereſt in latino *inſtinctus*, *) & ſic in ceteris. Potuerat vir hic, linguarum Scythicæ originis ſine exemplo peritiſſimus, tanquam ſubſidium inveniendi litterarum ſoni adiungere valorem earundem numerarium, in collatione cum aliis cognatæ originis gentibus, vel eodem inſtituto utentibus, de quo jam diſſerendi locus erit.

§. XIX.

Antequam numerorum notæ Arabicæ, quas ſiphras vulgo nominamus, uſu reciperentur, ſcimus, haud paucos fuiſſe, qui litteris numeros ſignificaverint. In hoc ordine haud ſcio an primi fuerint Ebræi, quibus adiungo Syros, Arabes, Perſas, Armenos Turcasque. Eorum exemplum ſecuti ſunt Gothi, Græci, quique una cum religionis myſteriis ab his magiſtris calculos ponendi artem didicere, Ruſſi & Æthiopes, quorum ultimi id peculiare habent, uti magno auctore *Jobo Ludolpho* didici, quod quum ſuas ſibi proprias litteras haberent, ex ſuis tamen & Græcis quaſi permiſtas alias adinvenerint ad uſum arithmeticum, idque ita, ut etiam Græcorum epiſema ſua fecerint. In genere vero id

---

Ita gaudium eorum exiſtit multiplex,
Ubi ex animo (maritus & uxor) inter ſe amant.

St. L. *Gipt.* B Cap. 2. *Hvilket thera man eller kona*, *ſic tvem gipter*: i. e. quodcunque vir aut fæmina cum duobus matrimonium inierit. Conf. ST. L. *Aerfd.* B. 2, 1. 6, 2. 7, 2. 14, 1. 20, 1. 3. *Edſ.* B. 19, 3. 20, 4. *Högm.* B. 2, 1. *Dr. m. vad.* 15. *Ceſtg.* L. *Kr.* B. 31. *Elſ* B. 20, 21. &c. Sciendum porro eſt, idiotismi huius veſtigia, quantum quidem mihi conſtat, nec in Anglo Saxonica nec Alemannica dialecto inveniri, ut adeo etiam hoc luculento teſtimonio probare liceat convenientiam L. Mœſogothicæ cum noſtrate.

*) Latinorum *inſtinctus* proprie notat incitatum, atque adeo ex aſſe conſpirat cum Gothico *ſtincka*, h. e. cum impetu ferri, Mœſogothice *ſtinqvan*. Conf. annotata ad *Fragmenta Ulphilana* p. 126. ſequ. Alius & diverſæ radicis germina ſunt *diſtinguo*, *præſtinguo*, *inſtigo*, utpote cognata Gothico *ſtinga* & Mœſogothico *ſtiggan*, quæ pungere notant.

id tenendum, te, dum volorem litterarum cuiuslibet linguæ arithmeticum nofti, fimul noffe litterarum ordinem. Nunquam enim, e. c. ב apud Ebræos duo fignificaret, nifi in litterarum ordine fecundum locum obtineret, uti nec *Eratoftenes* doctorum *Beta* appellatus effet, ut indicaretur, eum primo proximum fuiffe, nifi hæc littera ordine fecunda collocaretur, & fic in ceteris.

§. XX.

Nec minus certum eft, ordinem, quo litteras ebræas collocare edocemur, ultimæ antiquitatis effe, id quod vel ex Achrofticis in *pfalmis Davidicis* & alias occurrentibus, manifeftum eft. Ab illis artificium didicere Gothi, Græci Ruffique, fed quo ordine id factum fuerit, hoc eft, uter Scythane an Græcus, alterius fuerit in hac arte magifter, id eft, de quo judicaturus lector ne præpropere & præiudicatis inductus opinionibus, calcuum promat, magnopere velim.

§. XXI.

Quæ fuerit qualisque calculos ponendi ratio apud Gothos, difcimus ex verfione *Ulphilana*, ubi pro numeris litteræ haud raro ponuntur; ita *Joh.* 6, 9. invenimus *b fiskans*, 2 pifces, *e hlaibos*, 5 panes, v. 19. *fpaurde k jah e*, ftadia 20 & 5. *Marc.* 4, 8 *l* 30, *j* 60 & *r* 100. *Joh.* 12, 5. *fkatte t*, nummis 300, ut cetera prætercam. Sed manca tamen & in plerisque dubia effet arithmetices ratio veterum Gothorum, nifi præfto effent numeri, ad latus contextus in *codice argenteo* pofiti, quorum fpecimen exhibet pagella hæc æri incifa, quorumque hac ratione ordinem novimus ad usque 350, qui fupremus eft eorum, quos refidua codicis folia exhibent in eum modum, quem tabula III commonftrat.

§. XXII.

Ut autem quo fpectent hi appofiti numeri, conftare poffit, fcire convenit, poftquam ad ductum *Tatiani* incepere doctores ecclefiæ harmonias evangeliftarum contexere, ut loca apud evangeliftas indicanda citius inveniri poffent, fingula eos evangelia in τίτλυς & κεφάλαια divififfe, cuius inftituti auctorem *Ammonium Alexandrinum* vulgo tradunt. τίτλοι erant divifiones maiores, κεφάλαια vero fubdivifiones, etiamfi termini hi nonnunquam promifcue adhibiti inveniantur. Priores in *codice argenteo* non indicantur, κεφάλαια vero, utpote diftinctiones minores, oppido tamen inæquales, non tantum in contextu aureo verfu, quem fæpe littera orditur folito maior, v. Tab. II. lin. ult. fed etiam in margine appofitis numeris indicantur. Quot iftiusmodi capitula fingula evangelia continuerint, ex *codice argenteo* difcere, non quidem licet, quum nulla eorum integra habeamus: fed eft tamen, unde hunc defectum fupplere liceat. *Suidas* enim, ut eum unum auctorem citem, in vocibus τίτλυς & κεφάλαια docet, habuiffe

Matthæum	τίτλυς	68	κεφάλαια	355
Marcum		48		236
Lucam		83		348
Johannem		18		233

Et

Tab. III.

Ebræa.		Ulphilana.	Græca.	Russica.	Græco-Anglo-Saxonica ex Hickesio.	
1	א	ƛ a	Α	а a	Α	a
2	ב	B b	Β	в v	Β	b
3	ג	Γ g	Γ	г g	Γ	ʒ
4	ד	ƛ d	Δ	д d	Δ	d
5	ה	Є e	Ε	є e	Є	e
6	ו	U qv	Ϛ	ѕ z		
7	ז	Z ʒ z	Ζ	з z	ʒ	ʒ
8	ח	h h	Η	и η	Η	h
9	ט	ψ th	Θ	ѳ th	Θ	th
10	י	ï i	Ι	ї i	Ι	i
20	כ	K k	Κ	к k	K	k
30	ל	λ l	Λ	л l	Λ	l
40	מ	M m	Μ	м m	M	m
50	נ	N n	Ν	н n	N	n
60	ס	G j	Ξ	ѯ x	Ξ	x
70	ע	n u	Ο	о o	O	o
80	פ	Π p	Π	п p	Π	p
90	צ	Ч tsk	Ϙ	ч tzch	Ϙ	q
100	ק	K r	Ρ	р r	P	r
200	ך	S s	Σ	с s	C	s
300	ש	T t	Τ	т t	T	t
400	ת	Y v	Υ	ѹ u	Y	u
500	ך	F f	Φ	ф f	Φ	y
600	ם	X ch	Χ	х ch	X	e
700	ן	⊙ qh	Ψ	ѱ ps	Ψ	ph
800	ף	Ω o	Ω	ѿ ot	Ω	o
900	ץ		Ϡ	ц tsi	Ϡ Ϛ	hr, nu, et, lit, æ

Βαῦ .... U 6 G C C C Q G C S S S S S S S S F F F
ϭ 5 ϛ ϛ ϛ 9 ϰ

Σκόπηα ϥ G C S G G 2 9 g g ϥ ϥ S ϙ ϙ Y

Χαρακτῆρα ↑ ↑ ↑ ↑ ↑ ф ϡ ϡ ϡ ϡ

A. Akerman Sc.

ad Pag 200.

id
no
litt
lat
col

an
ma
faċ
eſt
un

ph
2 l
j 6
me
me
ær
ru

ad
ap
λκι
cra
mi
po
qu
nu
ar
un
vo

Et hanc eandem partitionem in *codice argenteo* obtinuiſſe, evidens eſt. Nam dum ex *Matthæi* evangelio non niſi unicum a fine deeſt noſtrarum editionum caput, & præcedens viceſimum ſeptimum κεφάλαιον 350 præfert; certum eſt, duodetriceſimum continuiſſe quinque poſtrema κεφάλαια. Idem de *Marci* evangelio valet, cuius non niſi undecim poſtremi verſiculi deſiderantur, quod probe coincidit cum calculo *Suidæ*, cuius numerus ultimus eſt 233, ut adeo nonniſi tria κεφάλαια deſiderantur, quæ haud dubie reſiduis verſibus contenti fuere. Eſt tamen circa ſummam capitum *Marci* aliquantilla diſcrepantia, quum bibliorum codex regiæ bibliothecæ Pariſinæ manuſcriptus, quem citat *Richardus Simon*, *hiſt. criticæ Novi Teſt.* Tom. I. Cap. 33. p. 424. numerum κεφαλαίων exhibeat 234, & *Suidæ* verba non ſatis fideliter exhibuerint omnes librarii. v. *Kuſteri notas*. Sed levicula eſt hæc diſcrepantia.

§. XXIII.

Illa, quæ iam modo attulimus, ut id velut in transcurſu moneamus, ſatis commonſtrant, memoria lapſum fuiſſe virum multæ elegantiſſimæque eruditionis, *Ol. Verelium*, dum in *runographia* ſua, & poſt illum *Hickeſius* tradit, certo nobis numerorum Gothicorum ordinem usque ad 600 conſtare, ita quidem, ut notet

F	-	-	-	400
O	-	-	-	500
V	-	-	-	600.

Ex allatis quippe evidens eſt, eo usque capitulorum numerum non aſſurgere. Nec fidem magis meretur idem vir doctus, dum ex coniectura duos ſequentes ita collocat,

QH	-	-	-	700
CH	-	-	-	800.

Dictorum rationem mox ſumus daturi: nunc tantum tribus verbis monebimus, *Verelium* auctorem, virum celeberrimum mihique amiciſſimum Dom. Aſſes. *Ericum Sotberg*, me non abnuente, in *Ulphila illuſtrato* ſecutum eſſe: ſed dies diem docet, nec quisquam alterutri noſtrum ſuccenſebit, ſi in tam arcta ſubſidiorum copia ſtatim omnia non pervidimus. Quo vero ordine nos litteras, &, quod idem eſt, numeros Gothicos collocandos eſſe nunc exiſtimemus, annexa Tabula III indicabit, ubi prima linea litteras Ebræas, altera Gothicas, tertia Græcas quartaque Ruſſicas exhibet. Mantiſſæ loco adiecimus vetus alphabetum Græcum, ab amanuenſe Anglo Saxonico exaratum, una cum explicatione eius latina, utramque ab *Hickeſio* inſertam immortali *theſauri* operi, *gram. Anglo S.* p. 168. In quem finem ſingula attulerimus, ſequentia docebunt.

§. XXIV.

Primum, ad quod animum advertimus, id eſt, litteras alphabeti ebraici ordine ad finem usque poſitas eſſe, valoremque arithmeticum ſeriem grammaticam ſequi; in ſubſidiis deinde eſſe litteras finales, usque dum 27 diverſæ figuræ, tot enim calculus decimalis requirit, emerſerint.

§. XXV.

Alterum, quod inobservatum prætermitti non debet, esto, quod sequitur. Qui cum alphabeto Ebraico Gothicum contulerit, inveniet, Gothos studiose, nec sine successu, suas litteras Ebraicis conformasse, id agentes, ut primo litteræ litteris, & dein valor arithmeticus valori accommodaretur. Verum enim vero quum genius utriusque magnopere discreparet, necessum fuit, ut, veluti transigendo, ad concordiam redigerentur. Ita quum gutturalibus ceteris præter *h* carerent Gothi, Ebræi vero vocales in numerum litterum non cooptarent, has in illorum locum substituerunt Gothi, ita ut א in *a*, ה in *e*, ח tanquam adspirationem fortiorem in Gothicum *h*, ע vero in *u* converterint. Præterea in locum τȣ ו Ebræorum, quum alia littera succenturianda esset, & Gothicus sermo hoc sono abundaret, utpote in quo *u*, *hv* & *qv* reperiebatur, ultimum elegerunt. Porro quum sibilantes litteras plures haberent Ebræi quam Gothi, hinc in locum ס suum *j*, quod cum sibilo leni aliquaudo prolatum fuisse, infra monebitur, substituere necessum habuere. Græci heic ξ ponebant, quo caruere Gothi, utpote quod gemina littera exprimebant, *ks* nempe vel *hs*, ut patet ex *Arfaksad*, *ahs*, spica, Sueth. *ax*, *wahsjan*, crescere, Sueth. *vāxa*. Tandem quum Gothicæ litteræ *tsk* locus inveniendus esset, atque inter Ebraicas ordine sequerentur צ & ק; id sibi sumserunt Gothi, ut suam, quæ utriusque sonum complectebatur, utriusque vice fungi finerent, & hinc, quod in primis notatu dignum arbitror, evenit, ut arithmetices Gothicæ ceterarumque nationum ratio Ebraicam, quam hactenus presse secutæ fuerant, in tribus sequentibus continue antevertat, ita ut Ebraicum ר tantundem valeat ac Gothicum *s*, Ebr. ש ac Goth. *t*, Ebr. ת ac Goth. *y*, uti tabulam tertiam intuenti patebit.

§. XXVI.

Sed e re est, sigillatim Gothorum litteras contemplari, ut, quod summatim breviterque disseruimus, liquidius patescat.

A respondet Ebr. א, etiamsi hoc, proprio sono carens, eundem ab adiecta vocali mutuetur.

B æquivalet τῷ ב, ut in *Barrabas*, *barn*, infans.

G est apud Gothos, quod in Eberi familia ג, e. g. *Galilaia*, *gods*, bonus. Quod vero hæc littera ante aliud *g*, *k* & *qv* perinde ac apud Græcos *n* sonuerit, in præcedentibus indicatum est. Rationibus vero tum allatis addi poterit, quod pro priori *g* interdnm *n* occurrat, e. g. *inquis*, *Luc.* 19, 31. pro *igquis*, vos. Observamus porro, excipi hinc forte debere, quæ in eadem syllaba *g* habent geminatum, e. g. *glaggvuba*, accurate: Islandi enim *gloggur* eum apellant, qui acutum videt, non *glöngur*. Conf. Anglo Sax. *gleovlice*, clare.

D est Ebr. ד, ut *Daveid*, *dags*, dies.

E apud Gothos est, quod ε Græcorum: substituitur vero Ebraico ה ob rationem, quam superiore paragrapho dedimus. Ceterum observare convenit, *e* Gothorum sæpius exprimere η Græcum, dum contra eorum ε in *codice argenteo* per *ai* efferri assolet, e. g. *Aileisabaith*, Ελισάβετ.

QV

QV videtur ſonum craſſiusculum habuiſſe, Gothis peculiarem, qui inter duplex *v* & *qv* medius fuerit. Auguror id ex harmonia linguarum cognatarum, in quibus modo hic, modo ille ſonus obtinet: e. g. quod apud Mœſogothos eſt *qvithan*, dicere, id Anglo Saxones *cvethan* efferunt, Alemanni *quidan*, Islandi *qwæda*, Latini *quire*, unde *quit* & *inquit* ſuperſunt. A *quens* & *quino*, mulier, eſt Anglo Sax. *cven* & Sueth. *qwinna*. Alibi tamen illius ſonus lenior, & ad Æolicum digamma proxime accedens auditur, e. g. *quivan* eſt latinorum *vivere*, *qvainon*, lamentari, eſt Anglo Sax. *vanjan*, Germ. *weinen*, Isl. *veina*. Immo in monumentis veterum Anglo Saxonum, ut apud *Hickeſium* videre licet, *v* conſonans eandem plane figuram habet ac Gothica hæc littera. Hæc breviter dicta ſatis commonſtrant, credo, non absque ratione in locum τȣ ו eandem acceptam fuiſſe, inprimis quum *v* Moeſogothico in ſequentibus & ad finem alphabeti locus deſtinatus eſſet.

Z fungitur vice Ebr. ז, & quantum coniectura aſſequi valeo, pronuntiatu eadem littera parum vel nil erat durior. Video quippe, hanc cum *ſ* haud infrequenter alternare. Sic promiſcue ſcriptum invenies *this* & *thiz*, huius, *ſaiſlep* & *ſaizlep*, dormiit, Anglo S. *ſlapan*, *ſlæpan*, Aleman. *ſlaffen*, Præcop. *ſlipen*, Germ. *ſchlafen*. Quod ad formam illius attinet, conſpicitur illa talis in C. A. qualem exhibet tabula noſtra tertia. In eo vero exemplo, quo uſus eſt auctor diſſertationis de *lingua & litteris Getarum*, a *Bonaventura Vulcanio* editæ, caudam deorſum verſam habuit, qualem figura poſterior tabulæ tertiæ exhibet. Vid. l. c. pag. 14, quod ſi ceteris a me allatis argumentis addideris, evidenter probat, noſtro codice uſum non fuiſſe hunc auctorem. *)

H eum locum habet, quem fortior Ebræorum adſpiratio ח. Ceterum æquivalet latino *h* & ſpiritui Græcorum aſpero, e. g. *Herodes*, *haban*, habere. Adamabant hanc litteram Mœſogothi, ideoque eam non ſolum more latinorum vocalibus præproſuere, ſed etiam conſonis *l*, *n* & *r*, quem eundem linguæ veteris noſtratium Islandorumque genium fuiſſe, lexicographi docebunt. Immo nec raro adſpirationem litteræ *r* poſtponunt, e. g. *twairhs*, iratus, *thairh*, per, trans, & tum ſonum τȣ̃ *k* geminum illam habuiſſe, veriſimile fit. In vocibus *huhrus*, fames, *gafahrida*, ornavit, litteræ huius ſonum ad *g* proxime acceſſiſſe, arguere videtur cognatio illius cum radice ſua *huggrjan*, eſurire, huius cum *fagrs*, utilis, pulcer. In locum Gothici *h*, Græci η adſcivere, quod probabile eſt, inde ab eo tempore arceſſendum, quo veteres Græci H pro mera adſpiratione uſurpabant, ſcribentes e. g. HEKATON, KHPONOΣ, pro ἕκατον, χρόνος. Coronidis loco obſervo, Longobardos figuram huius litteræ Gothicæ adoptaſſe, & inde eam per reliquam Europam propagatam fuiſſe.

TH apud Gothos eſt, quod ט apud Ebræos: ex. gr. *Thomas*, *thagkjan*, cogitare. Sueth. *tänka*. Runographi noſtri hunc ſonum per þ exprimebant, quæ eadem littera etiam Anglo Saxonibus familiaris fuit. An vero Mœſogothicum hoc elementum eodem ſibilo

 prola-

*) Indidem etiam concludo, *Ant. Morillonium* hujus ſchediaſmatis auctorem non fuiſſe: hunc enim codice Werdinenſi, nunc noſtro, uſum fuiſſe, teſtatur *Goropius*, l. c.

prolatum fuerit, quo Saxonum Islandorumque þ, incertum eſt. *) Priores duplex *th* habuere, alterum, de quo mentio jam facta eſt, alterum *d* Longobardico ſimile, cum linea partem ſuperiorem transverſim ſecante. Illud ſibilans fuiſſe, hoc vero non item, ſunt qui tradant. v. *alphabetum Saxonicum*, præfixum Tom. I. *conciliorum Spelmanni.* Utraque figura Islandis olim nota fuit, ut me docet *Snorronis Sturlæſonii Liodgreinir*, ſeu ultima *Eddæ* pars, quam manuſcriptam ſervat bibliotheca Upſalienſis. Weſtrogothos in Hiſpania Gothica quoque hac littera uſos fuiſſe, ex antiquis numeris evidens eſſe, docet *Nic. Kederus*, in Tr. de *Runis in nummis vetuſtis.*

I exprimens Ebræorum ' & ſimul vocalem cognatam, duplicis apud Mœſogothos generis eſt. Dum enim ſyllabam inchoat, duo ſuperne puncta gerit, ſecus ſi in medio vel fine eius conſpiciatur. Obſervarunt præter *Junium* haud pauci eruditorum, in vetuſtis Græcorum codicibus idem diſcrimen orthographicum occurrere: immo inde fortaſſis eſſe, quod aſſuevimus, punctulo latinum I notare, quod a more veteris Latii alias abhorret. v. *Nouveau Traité de Diplomatique*, T. I. p. 69.

K æquipollet Ebræo כ. e. g. *Kaidron*, *kaurns*, frumentum. Sueth. & Germ. *korn.*

L. M. N. ut in omnibus linguis ſibi conſtant, ita heic exprimunt ל, מ & נ.

J eandem, fallor an, indolem habuit, quam *g* & *j* in lingua Italica, Gallica & Anglica, ut nempe modo inſtar Jod latinorum ſimplici oris apertura prolatum fuerit, modo dentium inter pronuntiandum ſepto indiguerit. Prius inde iudico, quod in ordine grammatico & arithmetico locum tueatur hinc ט inde ξ. *Th. Mareſchallus* quoque in *notis ad evangelia Anglo Saxonica* p. 424, eius ſonum fuiſſe credit, qualis eſt Hiſpani *j* in *hijo*, filius, & inſuper admonet, in eadem lingua Hiſpanica quam plurima eſſe vocabula ab *x* incipientia, quæ per *j* communiter ſcribantur, quod pronuntiationis genus a Gothis, dum ibi rerum potiebantur, proſeminatum arbitratur. Si etiam verum fuerit, quod viro cuidam erudito in mentem venit, illud *gahajo*, quod *Luc.* 1, 6. occurrit, græcum eſſe vocabulum, iisque annumerandum, quæ ex Hellade accita civitate ſua donavit Gothica, facile dixerimus, ἑξῆς & *hajo* vel *gahajo*, ſola cuique linguæ propria terminatione differre. Nil certe penu L. Gothicæ reſiduum habet, quod natales huius vocis *gahajo* illuſtret. Addo *ahjan* in L. Mœſogothica idem eſſe ac exiſtimare, putare. *Matth.* 10, 40. Hoc vero ſi *axjan* pronunties, agnoſces ἀξιόω, quod eandem ſignificationem habet. Hæc utcunque fuerint, certum tamen eſt, *j* Gothicum in multis tantum non ſimplicem illum ſonum habuiſſe, quem damus τῷ jod latino. Oſtendunt id nomina varia propria, nec non terminatio verborum in *jan*, e. g. *ſokjan*, *timrjan*, quæ apud Anglo Saxones in *ian* exeunt: quo accedit, quod *j* cum *i* & *g* frequenter alternet. Ita promiſcue ſcribitur *Iudas* & *Judas*, *ſaurjan*, dolere, & *ſaurgan.* Sed aliquantillum tamen ſemper inter hæc duo interfuiſſe, neſcio, annon inde concludere liceat, quod interdum in eadem ſyllaba iuncta conſpiciantur. *Gajiukan* e. c. ſuum *i* facile omiſiſſet, ſi a præcedentis litteræ *j* ſono nil diſcrepaſſet. Sed conſtanter ita ſcribitur tam in codice Guelpherbytano, quam argenteo.

U

*) Quod vetuſtiſſimi Græcorum Θ cum quodam ſibilo protulerint, exinde ſuſpicari licet, quod ſcripſerint Σεὸς pro Θεὸς, Σεόπομπος pro Θεόπομπος. v. *Nouveau Traité de Diplomatique* Tom I. p. 624. & inſcriptiones Laconicas in *Memoires de l'Academie des inſcriptions &c. Tom. XV.* p. 399.

U ſtationem nactum eſt, ubi ע Ebræorum, ceterorum vero *o*: idque vel quia ſola vocalium fuit, quam Gothi heic collocare poterant, vel quia ab *o* μικρῷ parum ſono diſtabat. Arbitror vero, etiam huius elementi valorem variaſſe, ita ut, quemadmodum apud Anglo S. ubi purum erat, tanquam *u* ſonuerit, e. g. in *du*, ad, &c. impurum vero, h. e. ubi conſona in eadem ſyllaba iungebatur, prope ad omicron acceſſerit. Ita legimus *Juſe* & *Joſe*, *ſpaikulatur*, ſpeculator, *apauſtulus*, ἀπόςολος, *uſta*, ſæpe, Sueth. *oſta*, Germ. *oſte*, &c. Conſtat quoque, Græcorum ὀμικρὸν ſæpe ut *u* pronuntiatum, immo termino technico ȣ̃ appellatum fuiſſe, uti patet ex epitaphio *Thraſymachi* apud *Athenæum*, Lib. 10. *Deipnoſ.* qui idem libro ſequente docet, ab Achaeis vulgo *u* uſurpatum, ubi ſuo tempore *o* ſcribebatur. Idem de veteribus Romanis teſtatur *Velius Longus*, edit. *Putſchianæ* p. 2222. *Apparet*, inquit, *eos aliter ſcripſiſſe, aliter enuntiaſſe: nam quum per* o *ſcriberent*, u *tamen enuntiabant.* Coronidis loco addam, litteram hanc, quæ ſua natura vocalis eſt, ſonum & valorem cognatæ conſonantis ſæpe æmulari, uti in *triu*, arbor, quod in obliquis habet *trivam*, *gaquiunoda*, revixit, a *quivan*, vivere.

TSK littera eſt figura tenus antea nota, ſed de cetero ad hunc usque diem incompertæ poteſtatis, quod nec mirum, quum nuspiam in ipſo contextu *Ulphilano* occurrat, ſed tantummodo in computo capitulorum, a me antea commemorato, invenienda ſit, ubi 90 valet. Audax itaque videri poſſet, tam crepera in luce, clarum videre velle. Sed ubi quid me, ut hoc adeo diſtricte aſſeverem, permoverit, breviter enarravero, iudicio lectori meo lubens permittam. Ruſſi, gens Slavonica & perinde ac nos Scythicæ proſapiæ, id quod verbo antea ſubinnui; litteris ſuis valorem arithmeticum ad exemplum Græcorum Gothorumque tribuit, & a neutris diſcrepat, niſi quod pro *qv* (digamma Gothicum appellare liceat) *S* ſuum ponat. Apud eosdem vero dum inter *p* & *r* littera occurrere cernitur, quæ eandem ac noſtra hæc figuram habet, quæ 90 poteſtate numerali valet, quæque *tſk* vel *tſch* ſonat, de omnibus eum dubitare poſſe dicerem, qui una mecum Mœſogothicum elementum heic non agnoſcat, quique fieri haud poſſe, ultro non confiteatur, quin, dum cetera omnia gemina apud Ruſſos habet, ſonum quoque eundem habuerit. Ruſſi litteram hanc *tſkerw* nuncupant, & frequentiſſimo uſu hodieque inter ſcribendum uſurpant.

Subſiſtere heic lectorem paullulum iubebo, atque obſervare, heic idem eveniſſe, quod ſupra monui circa digamma Gothicum, quorum amba Græcorum ori quamlibet rotundo ἀνεκφώνητα erant, ut nempe neceſſum habuerit Hellas, ἐπίσημα eorum loco ponere, hoc eſt, litteras in Græca lingua otioſas & mutas, aut, ut accuratius loquar, litteris Gothicis pro ἐπισήμοις uti. Illud nempe, quod heic loci inſerunt Hellenes, κόππη vel rectius σκόπητα appellant veteres eorum Grammatici, idque haud dubie ideo, ut valorem, quem domi ſuæ habuit, pro more, in ceteris litteris, recepto initiali appellationis ſono quadamtenus adumbrarent. Quam diverſa huius ἐπισήμου figura apud Græcos fuerit, annexa Tabula III ob oculos ponit: ſed non fere ambigo, quin genuina & primitiva eadem fuerit, quæ τοῦ *tſk* Mœſogothorum: nec id mera coniectura eſt, ſed variis rationibus ſubnixa veritas. Fidem faciunt nummi varii Græcorum, qui nonagenarium numerum expreſſuri, figuram hanc Gothicam diſerte præ ſe ferunt. In primis frequens illius uſus eſt in numiſmatibus Syro

Macedonum, ubi offendimus ΕΠΙ ΒϘΡ, ΕΠΙ ΓϘΡ, ΕΠΙ ΔϘΡ, hoc eſt anno 192, 193, 194 (invertunt enim ſæpe litterarum numeralium ordinem nummi Græcorum præſertim Phœnicum). Accurate hoc obſervat *F. Henricus Noris*, Veronenſis, in erudito ſchediasmate de *annis & epochis Syro Macedonum*, cuius verba p. 249 afferre non pigebit. *Notanda vero*, inquit, *eſt nota numeralis*, *qua numerus XC in nummo exprimitur. Nam regnantibus Seleucidis uti minor latinorum quidem numerus formabatur*, *ex pluribus eorundem regum nummis apud V. C. Vaillantium*, *quod etiam ſuperius oſtenſum eſt in nummis Petronii & Caſſi*, *præſidum Syriæ apud Antiochiam percuſſis. At poſtea idem numerus XC*, *uti hæc græca littera* ϙ *vel inverſo modo in nummis ſcalptus eſt*, *ut in nummis Neapolis*, *Gazæ & Aſcalonis ſuo inferius loco mihi demonſtrabitur.* Præterea *Heſychius*, hoc epiſemon deſcripturus, illud formam habuiſſe ait Ρ ἀπεστραμμένω, inverſi Ρ, h. e. Ϙ, qua deſcriptione appoſita magis absque calamo vel penicillo vix dari potuit, utpote quæ eo tantum a figura Gothica diſcrepat, quod circulus ſuperne claudat, quum hiatum relinquat elementum Gothicum. Verba eius hæc ſunt. Κοππατίας ἵππος κεκαυμένος, ἐντετυπωμένον ἔχων σημεῖον τὸ κόππα, ὅ ἐστιν ἀπεστραμμένον Ρ καὶ C. h. e. Koppatias eſt equus inuſtus, inditum habens ſignum Koppa, quod eſt inverſum Ρ & Sigma. *) Notari meretur, huic ἐπισήμῳ C adiungi, id quod ex ea ratione factum interpretor, quod tempore *Heſychii* idem illud ἐπίσημον latinorum τῷ *q* æquivalere indicaretur, utpote quod pariter inter *p* & *r* locum nactum eſt, cui dum C præfigebatur, ſonus hic barbarus quadamtenus adumbrabatur, & σκ, quod initium eſt τοῦ σκόπτω, emerſit. Confer *Scholiaſten Ariſtophanis* Νεφελ. p. m. 90. ubi ſimiliter κόππα deſcribit per Σ & Κ, etiamſi locum varie refingant critici noſtri. Ex eadem ratione factum opinor, ut *Marius Victorinus* contendat, *q* litteram inter Græcas olim inventam fuiſſe. Verba eius ſunt p. m. 2459. *Sed nec* g *nec* q *latinus ſermo introduxit. Ex quibus* q *& fuiſſe apud Græcos*, *& quare deſierit fungi vice litteræ*, *cognoſcere poteſtis*, *ſi pontificum libros legeritis; nunc enim apud Græcos juxta* π *eſt poſita.* Alio loco notat, *q nonaginta ſignificare.* Quod vero *q* littera genuina & domeſtica in uſu communiori caruerint Græci, quam certiſſimum eſt, unde etiam quum Romanorum nomina propria *Quintius*, *Quintilius*, *Tarquinius* expreſſuri erant, ſcripſere Κόντιος, Κυΐντιος, Κυντίλιος, Ταρκυίνιος, &c. Dedita opera communiori uſu hanc litteram inter Græcos receptam eſſe, negavi: nam aliquando illam uſurpatam fuiſſe, infra §. XXXVIII. monſtrabitur. Epimetri loco addam, in veteri alphabeto Græco, quod ex *Hickeſio* deſcripſimus, ἐπίσημον, quod heic inſeritur, litteræ noſtræ Gothicæ adeo germanum eſſe, ut ne ovum quidem ovo ſimilius eſſe poſſit, cui geminum plane eſt illud, quod ex *Caroli* magni ævo adfert *Carolus Morton*, in *orbis eruditi litteratura Bernardiana*, novis ſupplementis aucta. Immo quod etiam Copti figuram hanc Gothicam ſuam fecerint ad indicandum numerum

*) Eruditiſſ. *Bouhierius*, auctor diſſert. de *litteris Græcorum latinorumque*, ſubiunctæ Palæogr. *Montfauconii* pro penultima vocula καὶ ſubſtituit ἤ, ut ſit ἀπεστραμμένον Ρ ἤ C, quum ſcilicet hanc formam ἐπίσημον illud non raro aſſumeret. *Mazochius* vero in comment. ad *tabul. Heracl.* p. 122. quum ϙ aliquando figura fuerit τοῦ κόππα, indicare voluiſſe *Heſychium*, credit, Ϙ vel ῥῶ inverſo, ſi addideris Græcum C, hoc modo ϘC extitiſſe κόππα. Sed quid opus fuit, ut de invertendo Ρ tum loqueretur Gloſſographus, quum utrinque eadem figura ſit? vide infra §. XXVIII.

merum nonagenarium, locuples teſtis eſt *Thomas Mareſchallus* in *notis ad evang. Anglo S.* p. 423. aliique. Ceterum ubi in multis codicibus manuſcriptis κόππα hoc inſtar G latinorum pingitur, aliunde id non eveniſſe, arbitror, quam quod pro *tſk* Gothico figura exarata fuerit ad *g* Longobardicum accedens, pro qua demum maiuſcula illa, tanquam æquipollens, inſerta videtur. Alias enim G vice prioris epiſemi Βαῦ ponebatur: quivis vero facile exiſtimabit, abſonum fuiſſe, eandem figuram & 6 & 90 ſignificaſſe. Ita etiam perſpicimus, cur Gothica noſtra littera modo ut inverſum P, modo ut *q* vel *g* nobis ob oculos ponatur. Licentia vero nimia fuit, quæ demto dimidio fulcro, eam ad inſtar Runici ♭ effinxit, & tandem inſtar S latinorum, ut cetera prætercam. Collineant vero illa, quæ a me breviter dicta ſunt, eo præcipue, ut appareat, Gothicam litteram fuiſſe, quam pro ἐπισήμων computus Græcorum uſurpavit.

Ad finem alphabeti *Hickeſiani* occurrunt duo alia epiſema, quæ haud dubie ſignificarunt 900 & 1000, cum adiecta notula, *Signum non litteræ.*

Poſt hæc Ebræi & Gothi, qui iunctis iisdemque calculis hucusque numeraverant, in diverſa abeunt, ita quidem, ut Gothus, unam litteram veluti abſorbens, orientales, quemadmodum antea §. XXV. obſervavimus, continue & ad finem usque præcurrat.

R canum hirritum in omnibus linguis imitatur, æquale Ebr. ר. Exempla ubique proſtant, ut in *Abraham*, *rign*, pluvia, Sueth. *regn.* Germ. *regen.*

S apud Gothos ſonuit quod Σ Gr. & S latinorum. Locum vero occupat Ebræi ש, ut in *Sem* aliisque nominibus propriis videre licet.

T eſt ת Ebræorum: quod ubi diximus, de ſono eius ſatis dictum puto. Occurrit in *taitrarkes*, tetrarcha, *taikns*, ſignum, Sueth. *tekn.*

§. XXVII.

Hucusque, & dum poſiti ad marginem *codicis argentei* numeri nobis pro Ariadnæo filo erant, certis paſſibus inceſſimus: nunc vero de litterarum Gothicarum valore arithmetico, &, quod exinde ſequitur, de illarum ordine genuino non niſi per coniecturam ſententiam ferre poſſumus. Sed ubi tamen in conſilium adhibuerimus linguas, quæ appoſitum ſchema præfert, ſperamus, fore, ut quinque reliquis etiam ſuus vindicetur locus. Poſt T enim V ſequi debet (quod Pythagoricæ etiam litteræ ſonum habuiſſe, mox docebimus) hunc nempe ordinem obſervant tam Græci quam Ruſſi. Excipiet hanc F æquivalens τῷ φ utriusque huius gentis. Proximo loco ſeſe offert *CH*, ut apud eosdem χ, valens 600. Reſtant iam ex 26 Gothorum litteris binæ tantum, ex quibus *O* indicaſſe numerum 800, ceterarum linguarum calculus comprobat: quumque hoc poſito non niſi unicum *QH* ſuperſit, illius locus non poteſt eſſe ambiguus, utpote penultimus, hoc eſt, idem quem tuetur ψ Græcorum. *) Sequitur proinde, hunc eſſe ultimarum litterarum ordinem & valorem arithmeticum:

V	υ	400.
F	φ	500.

Ch

*) Litteram, quæ ψ æquipolleret, non habuiſſe Gothos, liquet ex *Luc.* 20, 40. ubi vox *Pſalmo* diviſim litteris *P* & *S* ſcripta invenitur.

Ch	χ	600.
Qh	ψ	700.
O	ω	800.

Deest nobis nota numeri 900, quæ forte littera duplicata fuit, aut eadem quæ Russorum hodierna, aut alia tandem quæcunque. Universum alphabetum Gothicum, nativo suo ordini ita restitutum, & haud parum ab eo diversum, quod *Bon. Vulcanius*, *Junius*, *Hickesius* ceterique edidere, habes iam lector. Sed e re est, ut antequam ulterius progrediamur, ultimas has litteras, quas nominavimus tantum, sigillatim percenseamus.

U æquipollet latino *v*, ut in *vein*, vinum, *vinds*, ventus, Sueth. *vind*, Germ. *wind*. In vocibus vero peregrinis non raro Græcorum Υ exprimit, ut in *spyreidai*, σπυρίδες, *Tyrus* &c. In hoc vero penitus contrariam rationem habet τῷ Græcorum υ, utpote quod in vernaculis semper *y* sonat, sed in peregrinis exprimit *v*. Ita inscriptiones habent ΣΕΥΗΡΟΣ, ΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ, *Severus*, *Vespasianus*.

CH forma sonoque refert Græcorum χ. Occurrit in vocibus exoticis, ut sunt *Christus*, *Pascha*, pro quo tamen & *paska* scriptum comparet, uti quoque promiscue legitur *Zacharias* & *Zakarias*.

QH. Quamvis hæc littera, ita, ut heic expressa cernitur, a nobis designari soleat, evidens tamen est, illius sonum fuisse, qualem Anglo Saxones per *hw* exprimebant, eorum vero posteri, hodierni Angli, per *wh*; ratio autem cur nos hunc illi valorem adsignaverimus, alia non est, quam ut, dum litteris latinis utimur, cuilibet evidentius indicaremus, hanc & non aliam litteram esse, quæ in *codice argenteo* heic loci adhibeatur, dum alias *hw* gemino elemento, h. e. *h w* scriptum credi posset. Fuit autem hæc, de qua loquimur, littera omnibus fere Scythicæ originis gentibus olim communis & familiaris, licet Mœsogothi soli formam, illi exprimendæ propriam, usurpaverint, & tractu temporis tam apud Danos, quam Germanos Belgasque in desuetudinem venerit. Tradit *Ericus Olavi*, scriptorum nostratium antiquissimus, sub exoticis regibus, Schibboleth, quo peregrinos, genus & nationem mentientes, ab indigenis dignoscebant Sueci, hæc constituisse verba *hwit hæst i korngulf*, ubi prima syllaba præcipue lapis ille Lydius erat, ad quem eorum loquela exigebatur, forsan etiam penultima: remanet enim hodieque in nonnullis Sueciæ partibus solito magis sonora & ex ipso gutture protracta τῦ *l* ad finem syllabæ positi enuntiatio: Runographi etiam veteres littera, de qua sermo est, caruere, unde factum, ut quum hunc sonum expressuri erant, diversimode se expediverint; eadem enim vox, quam heic attingimus, modo *hvit*, modo *hoit*, modo *qvit* & *fit* sculpta in cippis nostris invenitur. Sed ut e diverticulo ad Mœsogothos redeamus, utor observatione *Fr. Junii*, qui in *alphabeto Gothico* docet, litteræ *qh* ad finem syllabæ sonum leniorem fuisse videri, ut in *saqh*, vidit, quod apud Anglo Saxones est *geseah*, apud Alemannos *gesah*.

O exprimit modo Gr. ω, modo etiam ὀμικρὸν: pro utroque Mœsogothi sæpe *au* adhibent, quod tamen, dum inter vivos sermo viguit, aliquantulum a priori discretum fuisse, probabile est. Ex derivatis cernimus, illud fere, perinde ac *au* Islandorum, Suethico *ö* æquipollens fuisse: ita *augo*, *auso*, *aukan*, *aurtigards*, agnoscis in *öga*, oculus, *öra*, auris, *öka*, augere, *örtegård*, hortus.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Vidimus ex illis, quæ breviter allata ſunt, Gothos noſtros Ebræos κατὰ πόδα ſecutos fuiſſe, dum ſequi poterant, quumque illos deſtituere peregrina elementa litterarum, domeſtica ſubſtituiſſe. Nunc ſtrictim cum Gothicis Græcos contendamus, viſuri, quid inter eos conveniat, in quo diſſideant. Docebit vero ſchema noſtrum, ab initio pari eos paſſu ambulare hoc ordine:

a	α
b	β
g	γ
d	δ
e	ε

Sexto loco occurrit digamma Gothicum ſeu *qu*, quo quum Græci non ſolum carerent, ſed etiam illis ἀνεκφώνητον eſſet, huius loco ἐπίσημον ponere, neceſſum habuere, in primis quum qui 27 figuris indigebant, non niſi 24, aucto etiam poſt bellum Troianum litterarum numero, poſſiderent. Hoc autem quale ab initio fuerit, mox disquiremus. Sequitur ergo

qv	ἐπίσημον
z	ζ.

Apud Gothos iam *h* locum habet, quum vero apud Græcos citeriores illud in litterarum numero non eſſet, hinc η vel H repoſuerunt, de quo ea valebunt, quæ §. XXVI ad hanc litteram annotavimus.

h	η
th	θ
i	ι
k	κ
l	λ
m	μ
n	ν

Jam *j* ſibilans apud Gothos ſequitur, pro quo ſuccedaneam Græci litteram duplicem ξ collocarunt, commodiorem alibi ſedem non inventuram.

j	ξ
u	ο
p	π.

Locum, qui ſequitur, apud Gothos tuetur *tſk*, alterum Græcorum offendiculum, unde ut ſemet expedirent, utque Gothorum arithmeticam & litterarum ſeriem ſequi poſſent, eandem adoptarunt:

tſk	ἐπίσημον
r	ϱ
s	σ
t	τ
v	υ

f	φ
ch	χ.

Quum Græci ψ reſiduum haberent, uſu frequentatum, & inter litteras receptum; hinc locum illi, nulla ſoni ratione habita, penultimum aſſignarunt. Et ita ambobus colophon eſt, & diu etiam fuit

o	ω.

§. XXIX.

Etiamſi heic pedem figerem, verbum amplius non addens, credo tamen, lectorem meum per ſe animadverſurum eſſe, eo ordine litteras & arithmetices incunabula ab Ebræis ad ceteras gentes dimanaſſe, ut primi eorum diſcipuli fuerint Scythæ, ab his magiſtris ſua deſumſerint Græci, qui deinde una cum religionis myſteriis litteras calculosque Ruſſis inſtillaverint. *) Qui dubitat, periclitetur, an eadem facilitate ab Ebræis immediate Græcarum litterarum ordinem & valorem deducere valeat, videatque, quomodo rationem reddere queat litteræ poſt ϛ. deficientis in numerandi ratione Græcorum Ruſſorumque. Obſervavi, *Scaligerum* in *animadv.* ad *Euſebii chronicon*, *Bochartum* in *Canaan*, *Bouhierium* in diſſertatione de *litteris græcorum latinorumque*, ſubnexa *palæographiæ Montfauconii*, aliosque, ut defectum hunc supplerent, præter epiſemon σκόπητα vel κόππα inter π & ϡ *ſampi* tanquam ſuccedaneum τῷ ϛ inſerere: ſed nonne abſonum judicari debet, iſtiusmodi litterarum ſeriem exhibere?

Pi	80
Sampi	900
Koppa	90
Rho	100.

Qui ulterius examen inſtituere voluerit, diſpiciat, quemadmodum originem & occaſionem introductorum τῶν ἐπισήμων apud Græcos indagare poſſit. Nos explicuimus, cur in locum ו digamma Gothicum inductum fuerit: quod vero quum Helladi peregrinum eſſet, per ſe patet, cur ſupplemento heic loci inter ſupputandum indiguerit. Illius loco vulgo ϛ poni ſolet, non ut in ceteris ob affinitatem ſoni, ſed quia figura intercalari opus erat. Dixi, Græcos ϛ (*ſtigma*) pro ἐπισήμῳ heic ponere: ſed quamvis vetus ſit hæc figura, valde tamen dubito, an pro genuina haberi debeat, primisque huius doctrinæ magiſtris ſit adſignanda, quippe quæ, dum mille diverſorum hominum doctorum, indoctorum, in Hellade, Aſia, Africa, Græcia magna, Maſſiliæ, verbo, per plurimas orbis regiones pingeretur, facillime, in primis dum peregrina erat, mutari potuit. In animum enim induco, ab initio ipſamet figura Gothica uſos fuiſſe Græcos, uti id in ἐπισήμῳ κόππα uſu veniſſe, nuper probatum eſt. Vocatur hoc fere a grammaticis Græcis Βαῦ, vel, uti *Voſſius* mavult, Fαῦ: iam autem quæ ratio eſſe poterit, cur στ ſcriberent & *bau* vel *vau* pronuntiarent? Mihi vero probabile videtur, litteram Gothicam hoc nominis geſſiſſe, quod una cum figura ad Græcos

*) *Conſtantinus* fuit, philoſophus Græcus, qui ſeculo nono litteris gentes Slavonicas inſtruxit, quumque ille deinde *Cyrilli* nomen aſſumſerit, appellationem ab eo ſortitæ ſunt, *Cyrillicæ* vocatæ. v. *Joh. Leonh. Friſch origo characteris Slavonici.*

cos transferit. Vel si ab Ebræis aut Phœnicibus id derivare malis, semper verum est, figuram & nomen toto cælo iam discrepare. Quod tamen propius ad rem facit, commemorat antea laudatus *Marius Victorinus*, episemon, de quo sermo est, figuram habuisse G latinorum similem. Verba eius sunt p. 246: *Scripseram autem vobis, ex adiectis nostros solum X recepisse. F vero G & Q in Græcis etiam litteris fuisse, & nunc esse, sed G numero VI*, q *nonaginta significare.* Qui vero cum hac littera G digamma Gothicum conferre voluerit, inveniet facile, discrimen utriusque exiguum esse, & in eo unice verti, quod dextrum latini elementi crus iustæ non sit altitudinis. Est etiam, ubi linea illa penitus prætereatur, & episemon hoc ut C Græcorum in inscriptionibus pictum occurrat, ita ut KC notet 26, ceu apud *Scaligerum* l. c. & *Montfauconium*, p. 128 *Palæogr.* videre licet. Sed, inquis, qui fieri potuit, ut Græci, illi soli veterum sapientes habiti, pro ι ponere voluerint ϛ, eamque figuram *vau* nuncupare? Ego, etiamsi Oedipus non sim, nodi tamen huius solutionem periclitabor. Probavi nuper, veram episemi figuram fuisse τῷ G similem, huius vero linea transversaria si paululum dilatetur, figura evadit, quam pro litterarum C & τ compendio tachygraphi facile habuissent (v. Tab. III. figura 8). Et hine factum esse reputo, ut, alio scriptionis compendio, pro maioribus his litteris ϛ deinde reposuerint: quæ eadem ratio forte fuit, cur ϛ eliso, S tantum latinum scripserint alii.

§. XXX.

Non dubito, quin audax, &, si minus absonum, at παράδοξον tamen multis obveniat, quod Scythas Græcorum magistros edamus. Sed quo magis hanc rem in omnem partem verso, eo magis in illa opinione confirmor, eoque plura se offerunt huius rei indicia & documenta. Ut paucis defungar, scire iuvat, institutum hoc per litteras numerandi, in Græciam serius invectum fuisse. Nam, quoad ab initio sedecim suas litteras habuere, fieri vix & ne vix quidem potuit, ut id eis in mentem veniret, quum ad hunc computum necessario 28 vel saltem 27 requirerentur diversæ litterarum figuræ. Sub Trojæ vero ultimis fatis primum a *Palamede* quatuor, & diu postea a *Simonide* *) vel, ut alii docent, ab *Epicharmo*, totidem aliæ Græco alphabeto adiectæ sunt: etiam illæ a Phœnicibus, ut volunt eruditi, mutuatæ: **) evidens itaque est, non nisi post hæc tempora, eum, qui iam conspicitur, ordinem Græcas litteras nancisci, & ad usum arithmeticum adhiberi potuisse. Tum vero per plura iam secula Scytharum gens floruerat, missis quaquaversum coloniis, partisque tropæis late per orbem clara. Deinde si Græci primi modum hunc litteras pro numeris ponendi commenti fuissent, quæro, annon pro more Ebræorum Gothorumque suis sibi propriis litteris usuri fuissent, quoad copia fuit; quum vero ad 24 perventum esset, tum demum figuras alias technicas, undecumque sumtas, adhibituri? Id certe fecere,

 dum

*) *Simoniden* Olympiade 55 hoc est 557 annis ante natum Christum lucem accepisse, tradunt marmora Oxoniensia. Quod vero Η & Ω 700 annis ante æram christianam in usu iam fuerint, invicto inscriptionum argumento probatur. v. Dom. *Fourmont* in *memoires de l'academie des inscriptions & de belles lettres*, Tom. XV. Usque adeo sublestæ fidei sunt, quæ de origine litterarum commemorant grammatici Græcorum. Conf. *nouveau traité de diplomatique*, Tom. I. p. 681.

**) *Harpocrationis* verba notatu digna sunt, ubi ait: τὴν τῶν κδ' στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι.

dum litteris *Homeri* carminum libros notavere, in quibus ω non duodetrecesimum, sed quartum & vicesimum indicat. Ita *Scholiastes Aristophanis* (*Plut.* p. 95.) & *Suidas* in v. ἀλλ' ἐ λάχωσα docent, veteres Athenienses, quum decem iudices lecturi erant, denas sortes numeris ita insignivisse, ut prima A haberet, altera B & decima K, quæ littera alias, intercedente episemo, numeri vicenarii nota est. Ego itaque in hunc modum ratiocinor: Quæ gens ordine collocat litteras, atque illis, ita ordine positis, numerorum notas adaptat, ea alteri viam monstravit: cuius vero ordo hiulcus est, quæque vacua loca peregrinis figuris implere, necessum habuit, illa omnino alterius imitatrix fuit. Monere oblitus fere eram, vetustiores Græcorum aliam plane arithmetices rationem secutos fuisse, ut cum aliunde tum ex *Arundelianis marmoribus* evidens est; illis enim Π (πέντε) 5 erat, Δ (δέκα) 10, H (ἕκατον) 100, X (χίλια) 1000. Quum vero in maioribus numeris hæc calculos ponendi ratio nimis esset operosa, credibile est, consultum duxisse Græcos recentiores, commodiorem illam, quæ inter Pelasgos forte vel Scythas viguit, adoptare.

§. XXXI.

Antequam hoc argumentum penitus missum faciam, lectorem meum observare iubebo illam inconstantiam, quæ in episemorum Græciæ tam figura quam nomenclatura invenitur, quamque peregrinitatis haud fallax indicium arbitror. Dum omnes ubique testantur, alia Græcis litteris nomina non fuisse, quam *alpha*, *beta*, *gamma*, *delta &c.* primum episemon modo Βᾶυ appellatur, modo *sti*, apud *Reginonem senon*: pingitur etiam modis quam plurimis, quorum aliquot Tab. III. ob oculos sistit. Eorum vero primus est Gothicus, ceteri inveniendi apud *Mortonum*, *Montfauconium*, *Sylburgium*, auctores libri *nouveau traité de diplomatique*, pluresque. Alterum episemon appellatur, apud *Varinum* σκόπητα, ab *Hesychio* κάππα, κόππα, κόμπα, in veteribus alphabetis Græcis apud *Sylburgium Copha*, *Koppin*, alias ἀντιῤῥῶ. Tertium a *Varino* vocatur χαρακτῆρα, ab *Aristophanis Scholiaste* aliisque σάμφι vel σάμπι & σάνπι. Quæ huius ultimi forma primigenia sit, sciri non potest, quum facem quærenti non præferat scriptura Mœsogothica: unam autem harum veram, ceteras devias esse, pro axiomate accipi potest. Si iunctim hæc omnia sumantur, plus quam probabile reddunt, peregrina esse tam nomina ipsa quam notarum figuras. Si enim domi natæ essent, aberratio a forma solita in oculos incurrisset, in peregrinis vero, quæ quisque pro lubitu fere fingit atque refingit, maior licentia est. Pro testimonio esse poterunt siphræ nostræ vulgares vel arabicæ, quæ quantopere ante typographiæ natales immutatæ fuerint, nemini ignotum esse potest.

§. XXXII.

Si quid veri hisce, quæ tradidimus, inest, per se patet, falli eos, qui *Ulphilam* Gothorum *Cadmum* faciunt, hoc est, eum litteras invenisse perhibent, quibus sacrum codicem in linguam Scythicam conversum edidit. Nam diutissime & multis seculis ante hunc antistitem, apud Græcos litteras eodem ordine, quo hodie exhibentur, viguisse, tam evidens est, quam quod evidentissimum. Si vero Græci in illis collocandis Gothis magistris usi fuere, sequitur necessario, multo diutius apud Scythas litterarum arcana cognita fuisse.

Nec

Nec mirum, ut antea sumus professi, est, si qui Alexandriæ, in maris mediterranei insulis, aut magis dissitis orbis partibus religionis christianæ historiam tradidere, *Ulphilæ* ut versionis bibliorum, ita & inventionis litterarum, quarum tum primum mentionem fieri forte audiverunt, gloriam assignaverint.

§. XXXIII.

Quæ hactenus de litteris Mœsogothicis allata sunt, ad ordinem in primis & valorem arithmeticum cum Græco collatum spectant. Suadet nunc instituti ratio, ut in earundem originem, quoad fieri possit, & quam brevissime inquiramus. Ex Græcis eas conflatas esse, communis est doctorum opinio. Immo vero, Græcas, latinas Gothicasque sororias esse, quilibet illas vel obiter adspiciens animadvertet. Discrimen autem illud, quod inter singulas observatur, assignandum hinc tempori, quod in omnia, in primis vero in litterarum figuras vim suam exercet, inde diverso linguarum genio, qui alios aliosque sonos requirit, & hinc pro re nata hæc στοιχεῖα amittit, illa adsciscit. Quum porro adeo manifesta similitudo litterarum casui adscribi nequeat, superest, ut dicamus, aut ab una gente ceteras sua hausisse, aut singulas a communi fonte: tertium non datur.

Quod ad latinos attinet, illi ultro ipsimet fatentur, a Pelasgis vel eorum cognatis Arcadibus, litteras in Italiam advectas fuisse. Supersunt itaque Græci Gothique soli, inter quos de inventione litterarum certamen esse possit. Antequam vero, quod probi iudicis est, utramque partem audiamus, lectori meo iudicandum relinquo, annon mirum foret, si, qui hactenus Scythis tantum tribuerant, Græci, qui eorum in litteris ordinem tam presse, quoad poterant, secuti sunt, qui ab iisdem numerorum doctrinam hauserant, ex discipulis mox magistri fierent. Certe antequam somnia esse singula, quæ attulimus, demonstratum fuerit; inclinabit animus, ut secundum Scythas sententiam feramus, & Græcos tam litterarum formam, quam reliquam de earum ordine & valore doctrinam ab illis hausisse, statuamus. Sed veniamus in rem præsentem, & ipsos Hellenas audiamus. Communis doctorum, illaque veterum suffragiis non destituta, opinio est, *Cadmum*, e Phœnicia in Græciam transmittentem, litteras Græcos primum docuisse, cui rei, præter historicorum *Herodoti* aliorumque testimonia, id patrocinari videtur, quod litteræ in genere φοινίκια, φοινίκεια olim ab auctore & loco natali appellatæ fuerint, & ἐκφοινίξαι legere denotet, v. *Chishuli notis ad Diras Tejorum* p. 101. Verum enim vero, quum *Cadmus* non nisi 60 annis bellum Troianum anteverterit, mirum foret, si universa Græcorum natio, iam diu viribus pollens, imperiis firmata, legibus instructa, & commerciis cum aliis non rudibus gentibus mixta, omni tam diu litteratura caruisset; mirum etiam, si ex 22 *Cadmeis*, non nisi sedecim adoptasset, illasque, versus a sinistra ad dextram ducendo, invertisset. Immo vero quod ad primum attinet, contrarium ipsimet Græci docent. *Eustachius*, in *scholiis* ad *Homeri* Ἰλιάδ. B. v. 841, tradit, ante cataclysmum *Deucalionæum*, qui maximam regionis partem inundaverat, & *Cadmi* accessu anterior erat, Pelasgos solos fuisse, qui Græcorum pristinas litteras conservaverint, ὃς καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν σῶσαι τὰ στοιχεῖα μόνους φάσι. Recentior quidem *Eustachius* est, quam ut in adeo remotæ antiquitatis negotio idoneus & satis locuples testis censeri possit: sed narrat id non tam sua ipsius fide, quam

potius aliorum auctoritate, his temporibus haud dubie propiorum. Immo nec antiquorum de re eadem testimonia desunt. *Diodorus* enim *Siculus* idem plane testatur Lib. V. *historiarum*. Verba illius hæc sunt: Ὕστερον δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησι γενομένου κατακλυσμοῦ, καὶ διὰ τὴν ἐπομβρίαν τῶν πλείστων ἀνθρώπων ἀπολομένων, ὁμοίως τούτοις καὶ τὰ διὰ τῶν γραμμάτων ὑπομνήματα συνέβη φθαρῆναι: δι' ἣν αἰτίαν οἱ Αἰγύπτιοι καιρὸν εὔθετον λαβόντες ἐξιδιοποιήσαντο τὰ περὶ τῆς Ἀστρολογίας. Καὶ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν ἄγνοιαν μηκέτι τῶν γραμμάτων ἀντιποιουμένων, ἐνίσχυσαν ὡς αὐτοὶ πρῶτοι τὴν τῶν ἄστρων εὕρεσιν ἐποιήσαντο. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀθηναῖοι κτίσαντες ἐν Αἰγύπτῳ πόλιν τὸν ὀνομαζομένην Σάϊν, τῆς ὁμοίας ἔτυχον ἀγνοίας διὰ τὸν κατακλυσμόν. Δι' ἧς αἰτίας πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς Κάδμος ὁ Ἀγήνορος ἐκ τῆς Φοινίκης πρῶτος ὑπηλήφθη κομίσαι γράμματα εἰς τὴν Ἑλλάδα: i. e. Postea vero facto diluvio apud Græcos, & propter deciduos imbres hominum maxima parte extincta, cum illis & monumenta litterarum periisse. Unde Ægyptii commodam occasionem nacti sibi arrogaverunt astrologiam, &, Græcis ob ignorantiam concedentibus, sibi vindicaverunt astrorum cognitionem. Et similiter Athenienses qui in Ægypto condiderant urbem, nomine Sain, in similem ignorantiam inciderunt ob diluvium. Et eam ob causam post multa secula existimabatur *Cadmus*, *Agenoris* filius, litteras primum ex Phœnicia in Græciam adduxisse. Nil potest hoc testimonio luculentius fieri, utpote quo edocemur, multis ante Phœnicum adventum seculis in usu fuisse litteras, sed pereuntibus per diluvium monumentis laudem inventionis sibi postea tribuisse *Cadmum*. Quum vero Pelasgi, utpote superiora Græciæ loca incolentes, ab hac strage immunes essent, evenisse hinc *Eustachius* addit, ut illi soli veteres litteras conservaverint, a *Cadmeis* diversas, sed ita tamen diversas, ut priorum formas immutaverit tantummodo *Cadmus*, eodem teste *Diodoro*, qui ex commentariis Cretensium tradit, Lib. III. φοίνικας οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὑρεῖν τὰ γράμματα, ἀλλὰ τοὺς τύπους τῶν γραμμάτων μεταθεῖναι μόνον, litteras non primum invenisse, sed earum formas tantum immutasse. *Herodotus* Lib. V. Cap. 58. dum, quid in lingua Græca *Cadmo* sit tribuendum, narrat, his verbis utitur. *Et primæ quidem illæ fuere quibus omnes Phœnices utuntur*, μετὰ δὲ χρόνου προβαίνοντος, ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων, procedente vero tempore una cum sono rhythmum litterarum mutaverunt. Quid hic per ῥυθμὸν intelligat historicus, definitu haud facile est. Latini, quum hanc vocem per numerum fere vertant, si æque admitteret usus L. Græcæ, absonum non foret, statuere, indicasse *Herodotum*, simul cum sono variatum fuisse litterarum valorem numeralem. Sed de hoc iudicent alii.

§. XXXIV.

Extitere itaque, immo non potuere non extitisse litteræ, *Cadmeis* anteriores: sed quænam illæ fuerint qualesque, quæris. Fateor, rem hanc adeo spissis involutam esse tenebris, ut ex illis emergere, perquam difficile sit. Id vero novimus, sæpius a me laudatum *Diodorum*, Lib. III. tradere, litteras illas antiquas varie immutatas, a conservatoribus suis appellatas fuisse Pelasgicas, a quo multum nec differunt, qui easdem Atticas nuncupatas fuisse, commemorant, ut tradit *Suidas*, *Demosthenem* per Ἀττικὰ γράμματα illa indicasse, quæ erant παλαιά, ἐπιχώρια h. e. antiquæ & domesticæ, quorum utrumque intelligendum est in oppositione ad *Cadmeas* recentiores & peregre advectas. Dixi, eodem fere recidere, sive eas Atticas, sive Pelasgicas appelles, quum veteres Attici, *Herodoto* teste

teste Lib. I. Cap. 57. fuerint γένος Πελασγικὸν, immo ante acceptum nomen Atheniensium Pelasgi Cranai & Cecropii appellati fuerint, qui idem historiarum pater tradit, Atticos, postquam ad Hellenas a cognatis Pelasgis defecissent, linguam litterasque pristinas missas fecisse ἅμα τῇ μεταβολῇ, τῇ, inquit, ἐς Ἕλληνας καὶ τὴν γλῶσσαν μεθέμαθε: Unde adeo patet, antea, & dum Pelasgis immisti vivebant, utroque eos ab Hellenibus & Ionibus, recentioribus Græciæ incolis, discrepasse. Quæ adeo in summam collecta comprobant, veterrimas & *Antecadmeas* illas ipsas fuisse, quas Pelasgicas nuncuparunt. Non enim mihi persuaderi patior, Phœnicias has fuisse, & ideo appellatas Pelasgicas, quia Pelasgi easdem vel primi adhibuere, vel, ut alii adhiberent, auctores erant. Res enim ab inventoribus nomen sortiri solent, non vero ab hisce, qui inventis utuntur: immo de Ionibus commemoratur, eorum scripturam *Cadmeæ* affinem fuisse, atque inde evenisse, ut nomen litterarum Ionicarum de iisdem usurparetur. *Diodorus* porro memoriæ prodit, *Linum* his usum fuisse litteris ad consignandum res gestas primi *Bacchi*, easdem etiam adhibuisse *Orphea* & *Pronapiden*, *Homeri* præceptorem, quod utique haud commemoraturus fuisset, nisi diversæ illæ forent ab Ionicis & *Cadmeis*. Probabile etiam est, Iliada suam & cetera carmina *Homerum* litteris mandasse Pelasgicis, quum ratio videri non possit, cur poëta aliis, quam quibus a juventute adsueverat, litteris uteretur. Conf. *Bouhierii diss. de litteris Græcorum & Rom.* subiuncta *Montfauconii Palæographiæ*.

§. XXXV.

Quod Attici una cum scripturæ modo etiam linguam veterem immutaverint, narrantem modo audivimus *Herodotum*. Si vero porro quæramus, quænam fuerit illa lingua, qua ante hanc secessionem usi fuerant Pelasgi Atticique, ego quidem non dubito, quin Scythica fuerit. *Plato* certe in *Cratylo* ultro fatetur, quod in Græco sermone antiquissimum sit, ad barbaros esse referendum, utpote qui Græcis antiquiores sint, hoc est, ante Græcos Hellada tenuerint. Εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι Βάρβαροι: unde est, quod vocabulorum, quæ incompertæ originis sint, alibi quam apud eosdem scaturiginem quærendam neget, v. pag. m. 274. Propius ad rem est, quod habet *Diodorus Siculus*, qui Lib. II. p. m. 92. tradit, Hyperboreos peculiari lingua uti, quæque quam proxime accedat ad eam, qua utebantur Attici & Delienses, idque ex societate & amicitia, quæ inter has gentes olim intercesserat, factum esse. Scythica ergo fuere, quæ locuti sunt veteres Attici, ex quorum sermone id depromtum esse, probabile videtur, quod ἐκ τῆς ἀρχαίας γλώττης identidem citant scriptores Græciæ & Glossographi. Immo vero veteres Græci Pelasgos barbaricæ non solum originis fuisse, perhibent, sed etiam linguam, qua utebantur, barbaram, h. e. Scythicam, ultro fatetur *Herodotus*. Ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. Lib. I. p. 26. Edit. *Wesseling*.

§. XXXVI.

De latinorum litteris traditur ab antiquis, eas a Pelasgis omnium primo inductas fuisse. v. *Plin. hist. N.* Lib. VII. 56. docetque *Tacitus Annal.* Lib. XI. eas *veterrimis Græcorum* similes fuisse. Notatu in primis dignissimus locus est *Dionysii Halicarnassensis*, qui Lib. IV. p. m. 230 commemorat, quemadmodum *Tullus* rex Romanorum

iusserit,

iuſſerit, ut publicæ ſanctiones, fœdera, leges ritusque in columna ærea inciderentur, additque, monumentum hoc ſuo ævo (floruit ſub AUGUSTO) ſuperſtes, litteris exaratum fuiſſe, οἷς τὸ παλαιὸν ἡ Ἑλλὰς ἐχρᾶτο, quibus olim utebatur Hellas. Verba ipſius hiſtorici adferam: Ἵνα δὲ μηδεὶς χρόνος αὐτοὺς ἀφανίσῃ, στήλην κατασκευάσας χαλκῆν, ἔγραψεν ἐν ταύτῃ τάτε δόξαντα τοῖς συνέδροις, καὶ τὰς μετασχούσας τῆς συνόδου πόλεις. Αὕτη διέμεινεν ἡ στήλη μέχρι τῆς ἐμῆς ἡλικίας ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ κειμένη, γραμμάτων ἔχουσα χαρακτῆρας Ἑλληνικῶν, οἷς τὸ παλαιὸν Ἑλλὰς ἐχρᾶτο. ὃ καὶ αὐτὸ ποιήσαιτο ἄν τις οὐ μικρὸν τεκμήριον τοῦ μὴ βαρβάρους εἶναι τοὺς οἰκίσαντας τὴν Ῥώμην. οὐ γὰρ ἂν Ἑλληνικοῖς ἐχρῶντο γράμμασιν, ὄντες βάρβαροι. i. e. ex interpretatione *Sylburgii*, et ne ulla iniuria temporum abolerentur, in ærea columna incidit decreta concilii & civitates eius conventus principes. Ea columna permanſit usque ad noſtram ætatem in Dianæ templo dedicata, inſcripta litterarum characteribus Græcanicis, qualibus olim utebatur Græcia, quod & ipſum non leve argumentum eſt, Romam non eſſe conditam a Barbaris. Nunquam enim uſi fuiſſent Græcis litteris, ſi fuiſſent Barbari. Cuilibet vero iudicandum relinquo, an de litteris *Cadmeis* dici potuerit, illis ſimiles fuiſſe veterrimas Romanorum, & an Romuli nepotes intellecturi fuiſſent illa, quæ columnis hisce inſcripta erant, ſi iisdem characteribus perſcripta fuiſſent, qui conſpiciuntur in nummis Samaritanorum, quosque pro *Cadmeis* habent eruditorum plurimi. Hæc ſi antea a me dictis adiungas, iudicabis facile B. L. litteras Atticas & Pelasgicas, quas Græci παλαιὰς appellarunt, & latini *veterrimas*, forma ad latinas quam proxime acceſſiſſe. Hi nempe Pelasgi, qui Græciæ αὐτόχθονες ſeu aborigines cenſebantur, vel Scythici generis, vel etiam a regionibus Scythiæ conterminis orti fuiſſe cenſentur, v. quæ in huius rei probationem afferunt *Wachterus*, *Pelloutier* aliique: atque adeo minus mirum obvenire debet, ſi dicamus, eos litteras, a Scythis ortas, interque eos frequentatas, Helladi communicaſſe. Quod enim litteras noverint olim Scythæ, dubitari non debet, multis ſaltem probari poſſet: adferam vero unius *Herodoti* teſtimonium, qui tradit, ab Hyperboreis & Scythis ſacra & doctrinam de oraculis Græcos accepiſſe, idque ita, ut illi ea, inſerta calamis triticeis, ad hos transmiſerint, haud dubie, ne arcana hæc dogmata in tertii cuiuspiam manus inciderent: Λέγουσι ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν, ἐξ Ὑπερβορέων φερόμενα ἀπικνέεσθαι ἐς Σκύθας, ἀπὸ δὲ Σκυθέων ἤδη δεχομένους αἰεὶ τοὺς πλησιοχώρους ἑκάστους κομίζειν αὐτὰ πρὸς ἑσπέρης &c.. Senſus eſt, ſacra hæc per Scythas meridiem verſus ſenſim propagata fuiſſe, donec ad Dodonæos & Delios pervenerint. Fieri autem hoc non potuit, niſi litterarum miniſterio, quo itaque uſos fuiſſe Scythas, evidens eſt. Pedetentim eundo huc ideoque demum perventum eſt, ut probabile mihi videri indicem, litteras, quas uſurpabant Græciæ αὐτόχθονες, quasque ab interitu Pelasgi vindicabant ſub diluvio, Græciam inferiorem vaſtante, originis fuiſſe Scythicæ; eas vero eapropter fuiſſe *Ulphilanas*, non auſim affirmare, ſed ſi in ceteris fides mihi parum habeatur, probabilius tamen eſſe, quilibet fatebitur, Græcos litteras a Mœſogothis, Iſtri accolis, utpote finitimis mutuas ſumſiſſe, quam a toto diviſis oceano Phœnicibus. Contra ea, quæ heic attuli, non me fugit, argumentum inde deſumi poſſe, quod memoriæ prodit *Ælianus*, *hiſt.* Lib. VIII. Cap. 6. Θρακῶν μηδένα ἐπίστασθαι γράμματα, Thracum neminem litteras noviſſe. Sed iam dudum obſervarunt eruditi, valere id forte de Thracibus Aſiaticis, non item de Europæis, utpote quos non ſolum *Pauſanias*, in *Bœoticis*, Macedonibus δεξιωτέρους fuiſſe docet, ſed etiam quibus, ſpeciatim *Orpheo*, *Muſeo* & *Thamyri*, *Strabo* Lib. X. muſices inventionem attribuit.

buit. Immo vero si adeo ἄσμυσοι Thraces fuissent, musarum sedes in eorum regione non collocassent, quas tamen Libethrides appellaverunt, a Libethris, Thraciæ urbe.

§. XXXVII.

Fide latinorum auctorum nuper tradidi, litteras suas Romanos a Pelasgis accepisse, inque antecedentibus probatum dedi, litterarum elementa Græca, quæ *antiqua* vocabantur, Pelasgica fuisse. Secundum nostram argumentandi seriem sponte sua quisque adeo videt, unde ortum ducat illa affinitas, quæ observatur in scriptura trium adeo dissitarum gentium, Gothicæ, Græcæ & Romanæ, inde nempe, quod Scythæ fuerunt tam Græcorum quam Romanorum ludimagistri. Addam nunc unicum, quod singulari attentione ego dignum censeo. Alphabetum Gothicum si examinaveris, invenies, plurima eius elementa cum Græcis concinere, nonnulla Gothis propria esse, & propriæ pronuntiationis, aliqua vero cum latinis communia, ut sunt *f*, *r*, *s*, &c. Unde vero censes hanc mixturam evenisse? & num in animum inducere poteris, Mœsogothos ex tam diversarum gentium scriptura centonem conficere voluisse, aut, repudiatis Græcorum Φ, Ρ & Σ, Italica præoptasse? Illa vero uti absurde dicuntur, ita secundum id, quod ego tradidi, rei ratio facile invenitur. Accepere a Scythis vel Pelasgis suam scribendi rationem tam Hellenes quam latini. In utramque tempus mutationem induxit: quemadmodum vero duarum filiarum utraque matrem aliquot lineamentis referre potest, dum tamen inter se in plurimis dissimiles sunt; ita ex antiqua forma probabile est, Græcos multa retinuisse non modo, sed & varia immutasse, quæ Romani intacta & invariata servaverint, & quæ proinde utrobique eadem sint. Verbo: facilius est existimatu, a Scythica scriptura aliquid retinuisse latinos, aliquid Græcos, quam in animum inducere, Gothos, dum litteras accepturi erant, A verbi gratia ex Græcia, B vero ex Italia mutuari voluisse, si utrobique eadem harum litterarum potestas esset.

§. XXXVIII.

Non leve pondus a me heic dictis inde additur, quod videamus, episema hæc, de quibus sermo fuit, partem aliquando constituisse alphabeti Græcanici, vel, quod idem est, valorem habuisse grammaticum. Confirmant id varia Helladis numismata, in quibus κόππα occurrit pro solito k, demto scilicet Gothico sibilo, Græcis auribus peregrino & nimis sonoro. Adfert ex Gazophylacio Petropolitano nummum Corinthiorum *Theoph. Sigfr. Baierus* Tom. I. *commentariorum acad. Petrop.* p. 372, qui ϘOP præfert, hoc est Κορινθίων, aliumque Mycenæorum, in cuius monogrammate eadem figura conspicitur. Prioris alterum latus tabula nostra III conspiciendum præfert *Alexius* etiam *Symmachus Mazochius* in *commentariis ad tabulas Heracleenses*, Neapoli 1754 impressis, pag. 122. numerum Crotoniatarum commemorat, ubi urbis eorum nomen litteris ϘPO indicatur, quod alias KPO vel K P O T exaratum inveniri solet. Quivis vero facile animadvertit, inter Gothicum q Græcumque hoc κόππα tam parum discriminis interesse, ut alterum alterius locum facile occuparet. Alludit ad hanc illius litteræ formam *Quintilianus*, ubi de eo disputat, denturne in alphabeto Græco litteræ abundantes? Verba eius sunt *Inst.*

 Lib.

Lib. I, 4. *Et Q, cuius ſimilis effectus ſpeciesque, niſi quod paullum a nobis obiquatur,* kóppa *apud Græces, nunc tantum in numeris manet.* Docet heic diſerte *Quintilianus*, Q latinorum ſimile fuiſſe Græco κόππα, ſcilicet quale nummi a me citati præferunt, illiusque uſum olim non infrequentem fuiſſe, licet tum deficerit, tantumque in numeris valuerit: nil autem verius dici poteſt, quam Q latinum tantum in eo a Græco differre, quod fulcrum hic perpendiculare, ibi obliquum ſit.

§. XXXIX.

Hisce ita poſitis, facile comperimus, litteram hanc, Q loquor latinorum, ab epiſemo κόππα, locum, formam & ſonum nactam eſſe, nec alias ſciri poſſe, cur alphabetum latinum, quod Græcum, quoad fieri potuit, preſſe ſequitur, inter *p* & *r* intercularem hanc litteram interſerat. Hoc adeo evidens eſt, ut lector admonitione hic egeat non demonſtratione. Immo vero quod etiam Latium prius illud epiſemon *bau* admiſerit, ſimili argumentandi ratione facile me perſuaſurum, ſpero. Jam modo monui, latinos in ordine litterarum methodum Græcorum, quoad utriusque linguæ genius ferebat, κατὰ πόδα ſequi. Hinc Α Β Γ Δ Ε respondent latinorum *a. b. c. d. e.* (*c* enim *g* olim valuit, unde in columna roſtrata, XII tabulis ceterisque antiquioris Latii monumentis *leciones* ſcribitur pro legiones, *acitat* pro agitat &c.) Sequitur iam epiſemon *vau*, quod nota numeri ſenarii fuit. Æoles vero eius loco, forte ut formæ peregrinitatem vitarent, digamma ſeu geminum Γ, hoc eſt, bis ter poſuerunt, illique formam *F* dedere, quod reapſe duplex Γ eſt: hoc vero digamma ab initio vocum ſonum ad V latinorum proxime accedentem habuiſſe, memoriæ prodit, præter grammaticos veteres, *Dionyſius Halicarnaſſenſis*, cuius in hanc rem notabilis locus eſt libro I. *hiſtoriæ Romanæ*, ubi commemorat, quemadmodum aborigines Romani Pelasgis (genti Scytho-Gothicæ) in ſocietatem adverſus hoſtes ſuos Siculos adſcitis regionem circa lacum ſacrum conceſſerint, quæ a ſitu paludoſo Elia nomen habuit, ſed poſtea, haud dubie ex conſuetudine Pelasgorum, Velia appellata fuit, præpoſito ſcilicet digammate hoc Æolico. Rem ita narrat p. 16. Σπένδονταί γε δὴ πρὸς τὰς Πελασγὰς, καὶ διδόασιν αὐτοῖς χωρία τῆς ἑαυτῶν ἀποδασάμενοι, τὰ περὶ τὴν ἱερὰν λίμνην. ἐν οἷς ἦν τὰ πολλὰ ἑλώδη, ἃ νῦν κατὰ τὸν ἀρχαῖον τῆς διαλέκτου τρόπον, Ουέλια ὀνομάζεται. σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ὡς τὰ πολλὰ, προτιθέναι τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγίνοντο, τὴν ου συλλαβὴν ἑνὶ στοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δε ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, ὡς Fελένη, καὶ Fάναξ, καὶ Fοῖκος, καὶ Fανὴρ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. h. e. Itaque cum Pelasgis fœdus feriunt, & partem agrorum ſuorum eis aſſignant circa ſacrum lacum; quorum pleraque erant paluſtria, dicta nunc priſco linguæ more Velia. Solebant enim priſci Græci nominibus præponere ſyllabam ου ſcriptam uno charactere. Is erat ſimilis Γ duplici ad rectam lineam duabus obliquis additis, ut Fελένη, Fάναξ, Fοῖχος, Fανὴρ & multa ſimilia *). Diſcimus

*) Quod digamma aliquando pro H uſurpatum fuerit, notant Grammatici veteres, adeo ut priſci latini Ⅎircus Ⅎeſtis Ⅎœdus ſcripſerint pro hircus, hoſtis, hœdus. Vide *Jani Laurenbergii antiquarium* p. 167. T vero Claudius, qui, ut in uſum revocaretur, urſit, illi ſonum V aſſignavit, ut inter alia fidem facit inſcriptio, eo imperante erecta, quæ inter Gruterianas eſt conſpicienda. T. CLAUDIUS DRUSI F. CÆSAR AUGUSTUS GERMANICUS PONT. MAX. TRIB. POT. VIII. IMP.

mus hinc, priſcos Græcorum pro littera uſos fuiſſe eadem figura, quæ poſtliminio revocata digamma nuncupabatur, & deinde eundem ſonum illam olim habuiſſe, quem geminata littera ʋ apud recentiores, quæ ex aſſe referebat Ebræum ו, cuius ſuccedaneum erat epiſemon Gothicum. Quum vero V & F cognati valoris litteræ ſint, factum hinc eſt, ut apud latinos epiſemon noſtrum alterum illum ſonum ſenſim adſciverit. His ita poſitis, comperimus 1. cur, quum Græci nomine cognato ſonos litterarum alias exprimere ſoleant, gamma appellaverint, quod V vel F ſonuit. 2. Cur F, quod inter poſtremas litterarum Græcarum locum habet, apud latinos inter primores collocatum cernatur. 3. Cur latini, ubi digamma antiquum & genuinum reducere (in primis id agente *Claudio* imperatore) viſum fuit, ut ab F diſtingueretur, illud inverſum exarare voluerint.

§. XL.

Hæc paucula, variis aliis curis diſtrictus, in chartam coniicere volui: ſi plus otii fuiſſet, ultimis paragraphis iuſtam diſſertationem impendere, operæ pretium duxiſſem. Satis autem mihi fuit, hisce paucis aliorum excitare induſtriam & ſagacitatem. Unicum, quod iam colophonem operi adaptaturo in mentem venit, tantummodo addam. Monui nuper, veteres Græcos litteras φοινίκια appellaſſe a *Cadmo* Phœnice (niſi forte ita vocatæ olim fuerint a palmarum foliis, quibus pro charta utebantur antiquiſſimi mortalium). Quod litteræ ævo *Homeri* nondum γράμματα appellari inceperint, atque adeo nec vocabulum illud apud poëtam inveniatur, iam pridem obſervavit *Euſtachius.* v. *Chishul* ad *Inſcriptionem Sigæam*, n. 52. In mentem mihi inde venit, γράμμα & γράφειν fortaſſis terminos fuiſſe, ſcribendi arti apud Pelasgos proprios. Γράφειν certe Scythica vox eſt, quæque, ut id in transcurſu moneam, quantum ex harmonia linguarum cognatarum iudicare licet, tres habuit ſignificationes. I. Fodere. Occurrit hoc ſenſu apud *Ulphilam graban*, uti de infido œconomo *graban ni mag*, fodere non valeo. Tempus huius verbi perfectum, uti vocant, eſt *grob* vel *grof.* Supereſt vero vox eadem in plerisque dialectis Scythicæ originis. Nos Sueci *grafva*, *gräfva* dicimus, Germani *graben. Heſychius* etiam teſtatur, Græcorum γράφειν idem aliquando eſſe, ac διασκάπτειν, perfodere. v. in γράψαι. Habemus hinc *graf*, quod in genere foveam notat, & ſpeciatim ſepulchrum. Idem *Heſychius*

IMP. XVI. COSS. IV. CENSOR. P. P. AUCTIS POP. ROM. FINIBUS POMOERIUM AMPLIAꟻIT TERMINAꟻITQ.

chius teſtatur, γϱάβα ſignificaſſe βόϑϱον, foveam, quæ vox germana Mœſogothica, *codici argenteo* in *Ulphila illuſtrato* vindicata eſt, *Luc.* 19, 43. Habemus etiam *grop*, quod pariter ſoveam notat. Apud Mœſogothos eadem ſignificatione *grobos* in plurium numero occurrit, a ſingulari *groba*, a quo Romani, ſibilum præponendo, *ſcrobs* fecerunt, cuius voculæ originem in Latio fruſtra quæſiveris. II. *Graban* notat cælando in lapide excavare. De ſepulcro *Chriſti* reperimus *us ſtaina gagraban*, pro quo, vitio amanuenſis, *gadraban* irrepſiſſe, nos ſuſpicari diximus in *annot.* ad *fragmenta Ulph.* p. 166. Confirmamur hac in coniectura inde, quod apud *Otfridum* vox eadem in hiſtoria ſepulturæ S. Salvatoris occurrit *in feliſon irgrabanaz.* III. Uſurpatur de ſculptura, unde apud Anglo-Saxones *græfer*, ſculptor, *græf-sæx*, cælum, *græft*, ſculptile, apud Gallos *graver*, apud Anglos *engrave.* Quumque lapidibus veteres monumenta, quæ ad poſteros transmittenda erant, fere inſculperent, γϱάφειν pro ſcriptura in genere frequentari incepit, unde γϱάμμα, γϱαφεύς, & innumera alia. *) Mœſogothis *gagrefts* ſcriptum notat, & ſpeciatim edictum. *Luc.* 2, 1. Latini hic iterum S præpoſuere, immutata vocali, *ſcribo* dicentes, quorum exemplo nos *ſkriva*, Germ. *ſchreiben*, &c. uſurpamus.

---

*) Quod vocabulum illud γϱαμμα in Græcia aliquid peregrinitatis habuerit, videor mihi inde ſuſpicari poſſe, quod *Diodorus* Lib. III. utatur phraſi τὰ καλύμενα γϱάμματα. Verba eius ſunt: ἔτι δὲ κάδμȣ κομίσαντος ἐκ φοινίκης τὰ καλύμενα γϱάμματα &c.



DISSER-

DISSERTATIO ALTERA,

DE

NOMINIBUS SUBSTANTIVIS ET ADIECTIVIS MOESOGOTHORUM.

PRÆFATIO.

Postquam peculiari dissertatione, annexa fragmentis Ulphilanis, *doctrinam de verborum Mœsogothicorum flexione, luculentiorem, quam antea tradita fuit, sistere, in animum induxi, illosque conatus eruditis penitus non displicuisse, animadverti, similem operam nominibus substantivis & adiectivis non minus utiliter impendi iudicavi, præsertim, quum haud pauca in opere* Hickesiano *inveniantur, quæ partim illustratione, partim etiam emendatione indigeant. Tantum vero abest, ut hoc ipso laudibus, quibus* thesaurus *illius* linguarum septentrionalium *per universum orbem litterarium exceptus est, quidquam detractum velim, ut potius viri perspicacissimi industriam nullis unquam præconiis satis efferri posse, ultro confitear, utpote qui campum ingressus est, quem ut nimis salebrosum reformidarunt singuli, qui ante illum hæc studia tractarunt. Quin immo persuasum habeo, nisi eum turbassent vitiosæ lectiones, quibus scatent exempla* codicis argentei Juniana & Stiernhielmiana, *futurum fuisse, ut certiori pede ingressus esset. Mihi quum & ipsum codicem ubique consulere licuerit, & viam hanc insuper expeditiorem reddiderit industria* Edv. Lye & Lamberti Ten Kate, *minus arduum fuit, illorum inventis aliquid addere. Id unum autem vereor, ne lectori meo videar, schemata flexionum nimio plura, quam satis erat, congessisse. Sed quum id in primis egerim, ut huius linguæ amatoribus quam facillima methodo illius genium ostenderem, satius mihi visum fuit, omnes, quæ in lingua Mœsogothica occurrunt, vocum terminationes adferre, ut ita ostenderem, in quem modum singulæ flectantur, quam, ut brevis essem, uno fasce diversa comprehendere. Quum vero ex* codice argenteo, *adeo exiguæ molis libello, universæ linguæ copiam exspectare non liceat; id mihi sumsi, ut ubi unus alterve in nomine, pro exemplo allato, defuit casus, illum vel ex aliis eiusdem generis & terminationis vocibus, vel ex certa analogia supplerem. In hunc finem cuilibet schemati subiunxi haud pauca eiusdem classis vocabula, ut certius diiudicari possit, quo fundamento a me allata nitantur.*

Tu vero, lector, grammaticales has, quantumvis exsuccas, observationes aliquo in numero habebis, si memineris, absque illis fieri non posse, ut linguæ ipsius indolem cognoscamus, mihique aliquam gratiam forte habendam iudicabis, si compereris, quam difficili indagine mihi opus fuerit, antequam singula, in ordinem, quem vides,

digerere valuerim. Immo vero in animum inducere non debeo, fore quempiam civium meorum, qui operam me perdidisse arguat, dum facem accendo, ad quam per invios hos calles tuto & absque molestia, si collibitum fuerit, ille incedere possit, illamque linguam pro virili illustrem, quæ non modo nostræ sed plurium per Europam cognatarum linguarum aliarum non inficianda mater est. Et quid quæris? Conveniensne existimabunt omnes, ut nos, quibus solis fata benigniora propiorem usum codicis argentei concesserunt, postremi non simus in eodem cum iudicio usurpando? Et hoc dum facimus, reperiemus linguam Mœsogothicam non solum ἐνεργείας plenissimam, sed etiam ubique concinnam, sui per omnia similem, & constantibus regulis adeo constrictam, ut Græcæ Romanæque nihil omnino concedat. Quum vero oratio animi speculum esse soleat, & qui barbaris sunt moribus non nisi incondita fere loquantur *), videtur mihi vel hoc unico testimonio confirmari posse, gentem Getarum, de cuius studiis superba Græcorum natio sibi temperare nequiit, quin honorifice sentiret, inque sapientiæ professione proximum post se locum concederet, nihil minus quam litterarum rudem fuisse. Deprehendet quoque, qui hæc & alia insecuturæ operæ reservanda cum attentione perlustraverit, quantopere lingua nostra, ad Mœsogothicam comparata, a primæva sua perfectione desciverit, utpote in qua eo iam perventum est, ut in nominibus substantivis non solum casuum discrimina (si ab uno genitivo discesseris) obliteraverimus, sed etiam, quod mireris, genera quam plurium ignoremus fere. In adiectivis, quæ vocant Grammatici, formam absolutam a demonstrativa, quarum utramque adeo certis terminationibus per omnes casus distinguit Mæsogothus, nos in plerisque confundimus, &, si sequatur nomen, ἄκλιτον facimus. In verbis numeri rationem habemus sed raro personarum: Modum coniunctivum ab indicativo satis non distinguimus, in primis vero illius tempus imperfectum in paucissimis superstes habemus, participiorum vero flexionem obsolescere jam dudum passi sumus. Et hæc omnia damna sermo noster fecit ab eo maxime tempore, quo reviviscentes litteræ lucem illi & nitorem adferre debuissent. Quo longius enim a tempore reformationis regrederis, eo illibatam magis linguam nostram animadvertes, & eo regularem grammaticalium observantiorem. Et hinc evenit, ut qui linguæ nostræ præcepta tradere hodie aggreditur, nil agere aliud possit, quam significare, quousque vaga consuetudo ad hunc diem progressa sit: medelam vero qui adferre vellet, ipse omnium maxime alia medela se indigere ostenderet. Sed hoc non nobis solis accidit: adi anglos, & videbis illos a Saxonum loquendi ἀκριβείᾳ non minus descivisse: idem de Germanis pronuntiari poterit. Sed eadem hæc exempla simul docent, labem, quæ hisce linguis accidit, nil impedire, quominus pulcre cogitata eleganter efferre valeant singulæ.

§. I.

*) Qualis homo ipse esset, talem eius esse orationem: orationi autem facta, factis vitam, differebat Socrates. Cicero Tuscul. Quæst. V, 16.

§. I.

Nomina Mœſogothica ſunt generis vel maſculini vel Feminini vel etiam neutrius.

Nota. Vocabula, quæ neutrius generis eſſe dicimus, commodius, & ad genium linguæ Mœſogothicæ aptius, communia appellari poſſe, alia occaſione uberius docebitur.

§. II.

Nomina Mœſogothica numerum habent ſingularem & pluralem.

Not. 1. Numerus dualis, qui in verbis & pronominibus occurrit, in nominibus ſubſtantivis & adiectivis exemplo caret.

Not. 2. Voces nonnullæ ſolummodo in plurium numero occurrunt, retenta ſignificatione ſingulari, e. g. *bokos*, liber, litteræ, *fragiftins*, deſponſatio, *brufts*, pectus.

§. III.

Caſus habent quinque, nominativum, genitivum, dativum, accuſativum & vocativum.

Not. 1. Addunt grammatici ablativum; ſed quum is a dativo nihil diſcrepans inveniatur, non video, cur numerum fruſtra multiplicemus.

Not. 2. Vocativus rarior occurrit, & id ita, ut a nominativo fere differat, eliſo *s* finali, e. p. *leikeis*, *leikei*, medice, *laiſaris*, *laiſari*, doctor, *ſiponeis*, *ſiponi*, diſcipule: in ceteris nominativo ſimilis ſit, ut *ahma*, ſpiritus. Eſt tamen, ubi tam in nominibus ſubſtantivis, quam adiectivis *s* finale retineatur, vel potius ubi nominativus caſus pro vocativo ponatur, e. g. *Hails Thiudans iudaje*, ſalve rex Iudæorum. *Joh.* 19, 3. *Ahma thu unrodjands jah hauths*, ſpiritus mute & ſurde. Cfr. *Marc.* 15, 34. Utuntur eadem licentia latini ſcriptores. *Perſius*: *Vos o patritius ſanguis.* *Virgilius*: *Proiice tela manu ſanguis meus.* Et hoc de vocativo caſu ſemel dixiſſe ſufficiat, ne ex coniectura eum ubique ſuppleamus.

§. IV.

Declinationes vel flexionis modi in lingua Mœſogothica diverſi ſunt: alii regulares, alii irregulares: hos deinceps ſumus tradituri, de illis quid tenendum ſit, paucis dicemus.

§. V.

G. Hickeſius declinationum ſchemata quindecim exhibet, ſed illa non manca ſolum &, prout ſeſe calamo obtulere, absque ordine diſpoſita, ſed etiam nulla generis nominum habita ratione, quod tamen qui negligit, ſolamque vocum terminationem reſpicit, non poteſt non ubique impingere. Rem unico exemplo illuſtrabo. *Staua* apud Mœſogothos geminam ſignificationem habet: denotat enim iudicem & etiam iudicium: utrobique eadem eſt terminatio, ſed ubi iudicem notat maſculinum eſt, & proinde hoc modo flectitur.

Sing.		Plur.	
Nom.	*Staua.*	Nom.	*Stauans.*
Gen.	*Stauins.*	Gen.	*Stauane.*
Dat.	*Stauin.*	Dat.	*Stauam.*
Accuſ.	*Stauan.*	Accuſ.	*Stauans.*

Aſt

Aſt ubi iudicium vox eadem ſignificat, generis eſt feminini, & proinde declina tu

Sing.		Plur.	
Nom.	*Staua.*	Nom.	*Stauos.*
Gen.	*Stauos.*	Gen.	*Stauo.*
Dat.	*Stauai.*	Dat.	*Stauom.*
Accuſ.	*Staua.*	Accuſ.	*Stauos.*

Accidit ſcilicet heic idem, quod in lingua latina, ubi licet e. g. dominus, virtus, pecus iisdem litteris terminentur; generis tamen differentia flexionis diſcrimen parit. Vidit hoc vir doctiſſimus *Edv. Lye*, & proinde declinationes pro ratione generis in *grammatica Mœſogothica*, præfixa editioni *evangeliorum Gothicorum Benzelianæ*, deſcripſit: ſed dum earum non niſi quinque ponit, nec ſingularum notas characteriſticas edit, rem parum iuvit, & lectorem incertum reliquit, ad quamnam harum voces, de quibus dubium oboriri poteſt, ſint referendæ. Utroque accuratior eſt modo laudatus *Lambertus Ten Kate*, qui in libello, lingua Belgica Amſtelodami 1710 in 4to edito, titulumque gerente *Gemenſchap tuſſen de Gottiſche Spraeke en de Nederduytſche* h. e. harmonia L. Gothicæ & Belgicæ, vocabula Mœſogothica omnia in 12 claſſes diviſit, quarum 4 maſculini generis eſſe ait, deſinentia nempe 1) in *a*, ut *atta*, pater. 2) in *s*, ut *dags*, dies. 3) in *eis*, ut *hairdeis*, paſtor. 4) in *us*, ut *ſunus*, filius. Feminini generis enumerat 1) exeuntia in *a*, ut *paida*, tunica. 2) in *s*, ut *ſauhts*, morbus. 3) in *o*, ut *azgo*, cinis. 4) in *ei*, ut *liutei*, hypocriſis. 5) in *us*, ut *handus*, manus. Neutrius generis ſequentia ponit: 1) quæ in *i* exeunt, ut *badi*, lectus. 2) in conſonam, ut *jer* annus. 3) in *o*, e. g. *hairto*, cor. Quum hic liber rarius in noſtra regione reperiatur, non niſi poſtquam hæc ſchemata mea concinnaveram, in illum incidi. Lætabar vero tum ſtatim ſuffragio viri huius eruditi: ſed ita tamen, ut mihi viderer, ab incepto deſiſtere non debere, præſertim quum inſtituta collatione facile cuivis pateat, varias terminationes a *Kateno* omiſſas fuiſſe, & deinde id præcipui noſtram methodum habere, quod omnes ſingulasque vocum terminationes uno obtutu conſpiciendas offerat, easque diſtinctius proponendo, quas variationes ſingulæ in caſibus obliquis ſubeant, oſtendat. Expertus ipſe ſum, quoties inter evolvendum evangelia Gothica mihi aqua hæſerit, & quam ægre, antequam in ordinem hæc qualiacunque redegeram, me expedierim. Et idem viris eruditis, qui in hoc campo decurrerunt, etiam eveniſſe video. Ut uno alterove exemplo defungar, legimus in *codice arg. Matth.* 27, 1. *At maurgin than waurthanana*, mane facto; reverendiſſimus vero *Benzelius*, in ſua editione lectionem hanc vitioſam reputans, pro *maurgin*, *maurgan* repoſuit, quum ſequens *waurthanana* quarti caſus maſculini generis ſit, cui ut nomen præcedens reſpondeat, *maurgan* ponendum cenſuit, non *maurgin*, quippe quod pro dativo caſu habuit, aſſuetus huic terminationi in aliis vocibus maſculini generis e. g. *ahma*, ſpiritus, cuius dativus eſt *ahmin*, accuſativus vero *ahman*. Sed ſi evolvas ſchema vocabulorum in *ins* exeuntium, videbis, nihil heic immutandum eſſe. Occurrunt offendicula eiusmodi haud pauca alia, quæ niſi ſedulo vitentur, lapſus facilis eſt. Oſtendent ſchemata ſequentia, vocabula neutra in *i* exeuntia, in dativo terminationem *ja* amare, e. g. *gavairthi*, pax, *gavairthja*; ſed in femininis eadem terminatio accuſativum format, e. g. *thiu-*

thiudangardi, *thiudangardja.* In eundem modum *managei* dativum habet *managein*, dum *galaubein* accuſativus eſt a *galaubeins.*

Not. 1. Ut cognito caſu recto naturam obliquorum his poſitis fundamentis noſſe datur; ita viciſſim ubi in C. A. caſus quiſpiam obliquus occurrit, quæ vocis invariatæ forma ſit, perſpicere licet. Sic dum *leikeis* ſecundi caſus ſing. invenio *Matth.* 9, 12. & *leikjans* quarti caſus plur. certum mihi eſt, falli gloſſographos noſtros, qui medicum *leik* Gothice nominari tradunt: id enim ſi foret, pro *leikeis*, *leikis* inventuri fuiſſemus, & pro *leikjans*, *leikan.* Tu itaque certum habe, verum medici nomen eſſe *leikeis.* Porro, dum iidem gloſſographi ſuo ordine collocant *banſta*, horreum, *garunſa*, forum, *gaqvumtha*, conventus, facile invenio, errare eos, quum *gaqvumthim*, *garunſim*, *banſtim*, quæ in *codice argenteo* occurrunt, *a* finale reſpuant, utpote quod ſi haberent, aut tanquam maſculina *banſtans* &c. præferrent, aut tanquam feminina *banſtos.* Porro dum iidem agrum Gothice *haithjo*, & veſtem *vaſtjo* dici tradiderunt, permovere *Hickeſium*, ut ab utraque hac voce peculiarem declinationem formaret. Sed vera eorum forma eſt ſive *haithi*, *vaſti*, ſive *haithja*, *vaſtja;* utroque enim modo flexa terminationem *os* habere poterunt in accuſativo caſu pl.

Not. 2. Ut naturam declinationis vocum Gothicarum diſtinctius noſcamus, obſervare iuvat, flexionum regularium aliam formam eſſe communiorem, alias peculiaribus terminationibus proprias: ita forma communis eſt, quæ ſequitur.

Maſculinorum.

Sing.		Plur.	
Nom.	*Stains*, lapis.	Nom.	*Stainos.*
Gen.	*Stainis.*	Gen.	*Staine.*
Dat.	*Staina.*	Dat.	*Stainam.*
Acc.	*Stain.*	Acc.	*Stainans.*

Femininorum.

Sing.		Plur.	
Nom.	*Dails*, pars.	Nom.	*Dailos.*
Gen.	*Dailais.*	Gen.	*Dailo.*
Dat.	*Dailai.*	Dat.	*Dailom.*
Acc.	*Dail.*	Acc.	*Dailos.*

Neutrorum.

Sing.		Plur.	
Nom.	*Waurd*, verbum.	Nom.	*Waurda.*
Gen.	*Waurdis.*	Gen.	*Waurde.*
Dat.	*Waurda.*	Dat.	*Waurdam.*
Acc.	*Waurd.*	Acc.	*Waurda.*

Hanc flexionis formam communiſſimam dico, utpote quam plures terminationes ſequuntur: quæ ceterarum ratio ſit, ſchemata mox ſecutura docebunt. Nomina generis neutrius, quæ a forma hac communi abeunt, in C. A. reperiuntur nulla.

§. VI.

His fundamentis positis, declinationes Mœsogothicas in tres classes dispesco, quarum
Prima continet voces simplices.
Altera in vocalem exeuntes.
Tertia voces terminatas aliquo augmento Gothico.

Not. 1. Voces simplices appello illas, quæ constant solis litteris suis radicalibus e. g. *vair*, vir, *drus*, casus &c. aut etiam adiunctam habent consonam finalem, uti *gards*, domus, *taikns*, signum.

Not. 2. Voces simplices ut plurimum monosyllabicæ sunt; quibus nil impedit, quominus annumeremus illas, quæ in societate habent præfixam particulam vel aliud quodpiam nomen, uti *anda-numfts*, receptio, *un-mahts*, impotentia, *jugga-lauths*, iuventus, quarum pars ultima pro simplici habenda.

Not. 3. In antecessum inobservatum non prætermittam, nomina nonnulla esse, quæ pro varia terminatione varie flectantur. Hæc autem, ne volventem *codicem argenteum* forte turbent, uno fasciculo compingam.

Andi, finis, neutrum. *Luc.* 18, 5. & *andeis*, fem. *Luc.* 1, 33.
Andavaurd, responsum. *Luc.* 20, 26. nec non *andavaurdi*. *Joh.* 19, 9.
Daur, ianua, neutrius generis est. *Matth.* 7, 14. sed quod Gothi etiam *dauro*, feminini generis, usurparint, patet ex accus. pl. *daurons*, *Matth.* 27, 60. qualem nulla alia terminatio admittit, & dat. pl. *daurom*, *Joh.* 18, 16.
Dauravarda, ianitrix, *Joh.* 18, 16. & *dauravardo* versu sequente. Ratio utriusque in eo latet, quod vox hæc adiectivorum naturam induat, & priori loco ponatur simpliciter, posteriori demonstrative cum articulo *so*. *Dauravards* est ianitor, cap. 10, 3. In eundem modum reperitur *taihsva* & *taihsvo*, dextra, *Marc.* 16, 5. *Luc.* 1, 11. *Matth.* 15, 27. Sic *garazna* notat vicinum, & *garazno* vicinam.
Dulths, quotiescunque occurrit, femininum est. v. *Luc.* 2, 42. *Marc.* 15, 6. *Joh.* 7, 2. 8. unico loco excepto *Matth.* 27, 15. ubi legimus *and dulth qharjanoh*, ubi *qharjanoh* est masculini generis. Conf. *Luc.* 16, 5. *Matth.* 10, 33. Nisi credere fas sit, hanc terminationem *o* cum vocibus feminini generis communem esse.
Gards & *Garda*, prius facit genitivum *gardis*. *Luc.* 20, 15. posterius *gardins*. *Marc.* 10, 30. illud accusativum *gard*. *Luc.* 20, 9. hoc *gardan*. *Joh.* 10, 1.
Gudja, Sacerdos. Scribitur *gudji*, *Luc.* 1, 5. nisi vitium insit lectioni: alias unica hæc vox foret masculina, quæ vocali *i* terminetur.
Guths, Deus, masculini generis nomen est. Sed in plurali numero *guda* habet in genere neutro. Hoc autem vel eo nomine observandum, quod etiam in L. Islandica, ubi de vero & uno rerum omnium Domino sermo est, *Gud* in genere masculino usurpetur, sed *god* in genere neutro, ubi de idolo. Exempla attuli in indice ad *fragmenta Ulphilana*. Addo nunc, veri mihi simile videri, Anglo-Saxones eodem idiotismo usos fuisse. *Bensonius* certe habet *gedvol-goda*, idola. *Godas* enim requireret genus masculinum.
Kara, cura, *Marc.* 4, 38. & *kar*, *Joh.* 10, 13.

Kaurn,

Kaurn, granum, *Luc.* 3, 17. & *Kaurno*, *Marc.* 4, 31.

Man, vir, & *manna* Prius quidem in *C. argenteo* non reperitur, ſed arguunt tamen hanc vocis terminationem tam caſus in ſchemate adferendi, quam derivata.

Nahtamats, cœna, & item *nahtamatjus*. *Luc.* 17, 8. Et hac ratione lectio *codicis argentei* erroris abſolvitur, v. *Ulphilas illuſtr.* p. 76.

Runs, fluxus, a *rinnan*, currere, manare, eſt maſculini generis, ut patet ex *Luc.* 8, 44. habetque in obliquis *runis*, *runa*. v. 43. Sic *urruns*, quod modo exitum, modo latrinam, modo etiam orientem notat, in dat. caſu *urrunſa* habet. *Marc.* 7, 19. & *Matth.* 8, 11. in accuſativo *urruns*. v. *Ulphil. illuſtr.* p. 27. Idem vero femin. agnoſcitur *Luc.* 9, 31. Valet hoc etiam de cognato *garuns*, forum, quod in tertio caſu *garunſai* habet. *Luc.* 7, 32. *In garunſai ſitandam*, in foro ſedentibus, dat. pl. *garunſim*. *Matth.* 6, 2.

Stain, lapis, *Matth.* 27, 60. & alibi ſæpius. Infrequentius vero eſt *ſtaina* feminini generis, quod invenitur *Joh.* 11, 38. *Staina ufarlagida vas ufaro*, lapis impoſitus erat ſuper. *Edv. Lye*, in addendis ad *edit. Benzelianam*, ut hoc heteracliton evitet, vertendum cenſet, & lapidi ſuperimpoſita erat. Sed turbat id ſenſum.

Sunno, ſol, duobus modis in C. A. inflectitur, ut femininum *ſunno*, *ſunnons*, & ut neutrum *ſunno*, *ſunnins*. Prioris exemplum habemus *Matth.* 5, 45. *Unte ſunnon ſeina urranneith*, quia ſolem ſuum oriri facit: Poſterioris *Marc.* 4, 6. *At ſunnin than urrinnandin*, ſole autem oriente. Cfr. Cap. 16, 2.

Thiudangardi & *Thiudangard*. Prius habet C. A. poſterius Guelpherbytanus.

Unhultha & *unhultho*, diabolus. Occurrit utroque modo, ſed illo cum diſcrimine, ut hoc feminini generis fere ſit, illud maſculini e. g. *Unhulthons managos*, dæmonia multa, *Marc.* 1, 34. *Sa unhultha*, *Luc.* 4, 35. *Fram thamma unhulthin*, c. 8, 29. Sed negligitur id tamen diſcriminis *Matth.* 9, 33. *Usdribans varth unhultho*, eiectum fuit dæmonium, ubi *usdribans* generis eſt maſculini.

Vilja, voluntas, ſæpius occurrit. Sed *viljan* apud *Johannem*, cap. 6, 40. niſi forte id tribuendum vitio amanuenſis, uti veri videtur ſimile, terminationem hanc ex verſu proxime præcedente retinentis.

Not. 4. Neſcio, an huc referri debeat *mitads* & *mitadjo*, menſura, *vaip* & *vipja* corona, nec non peregrina, quorum varietatem non tam uſui, quam inconſtantiæ metaphraſtæ in vocabulis civitate non donatis aſſignes. *Edv. Lye* numerum hunc auget voce *laiſeins*, doctrina, quam etiam *laiſeino* appellari tradit. Locus, ubi ſub poſteriore forma occurrit, eſt *Marc.* 1, 27. *Qho ſo laiſeino ſo niujo*. Verum enimvero eſt *laiſeino* revera genitivus pluralis, ſed qui duplici Gothismo heic involvitur. Prior eſt, quod nomen inſequens in genitivo plurali ponatur, uti *qho mizdono*, quæ merces. *Matth* 5, 46. *All bagme*, *Luc.* 3, 9. omnis arbor. *In ſuma haimo*, *Luc.* 17, 12. in aliqua regione: alter, quod abundet pronomen *ſo*. Paria exempla vide *Marc.* 3, 28. *Luc.* 4, 6.

Not. 5. Indeclinabile eſt *fadrein*, parentes, cuius eiusdem generis forte ſunt *quinein*, femineus, & *gumein*, maſculus.

Not. 6. *Hora*, adulter, ſub terminatione feminea maſculinum genus indicat. *Luc.* 18, 11. ubi in Græco eſt *μοιχοί*.

Schema I. Maſcul. Simplicium.

Sing.		Plur.	
N. Vigs.	Joh. 14, 6.	N. Vigos.	Rom. 11, 33.
G. Vigis.	Joh. 6, 34.	G. Vige.	
D. Viga.	Matth. 5, 25.	D. Vigam.	Luc. 3, 5.
A. Vig.	Marc. 4, 4.	A. Vigans.	Luc. 1, 76.

Exempla.

Aſlets, remiſſio. *Fralets*, id.
Aiths, ius iurandum.
Andbahts, ſervus.
Auhns, furnus.
Bagms, arbor.
Dags, dies.
Drus, caſus.
Figgrs, digitus.
Fisks, piſcis.
Frumbaurs, primogenitus.
Fugls, avis.
Guths, Deus.
Hlaifs, panis.
Hunds, canis.
Ligrs, lectus.
Saggqs, occidens.
Sitls, ſedes.
Skalks, ſervus.
Skatts, nummus.
Stains, lapis.
Stikls, calix.
Stols, ſella.
Tains, ramus.
Thiubs, fur.
Vair, vir.
Vegs, fluctus.
Vinds, ventus.
Vulfs, lupus.

Not. 1. *Vegs*, fluctus, in nom. pl. habet *vegos*, *Marc.* 4, 37. dat. *vegim*, *Matth.* 8, 24.

Not. 2. *Reiks*, princeps, in nom. pl. etiam *reiks* habet. *Joh.* 7, 26. *Rom.* 13, 3.

II. Schema Maſc. Simplicium II.

Sing.		Plur.	
N. Gards.	Marc. 3, 25.	N. Gardeis.	
G. Gardis.	Luc. 20, 15.	G. Garde.	
D. Garda.	Luc. 20, 15.	D. Gardim.	Matth. 11, 8.
A. Gard.	Luc. 20, 9.	A. Gardins.	Luc. 16, 4.

Exempla.

Aiviſtr, ovile.
Ans, trabs.
Arms, brachium.
Balgs, follis, uter.
Bansts, horreum.
Barms, gremium.
Bruthfaths, ſponſus.
Gadrauhts, miles.

Gaſts,

Gasts, peregrinus.
Juggalauths, iuvenis.
Mats, cibus.
Naus, mortuus.
Slah, verber, morbus.
Staths, ſtatio, locus.
Stiks, punctum.
Thusundafaths, chiliarcha.

Not. 1. *Naus* genitivum format *navis* & ſic deinceps.

Not. 2. Nuper monui, reperiri in *codice argenteo* genit. ſing. *gardins* & accuſ. *gardan*. Neſcio, an ſimilis ſit accuſativus *usfilhan*, *Matth.* 27, 7. ab *usfilh*, ſepultura. Sed præfixa particula *du* requirit dativum caſum, qui occurrit *Marc.* 14, 8. *du usfilha*. Satius eſt credere, *n* finale amanuenſis incuriæ acceptum referri debere.

III. Femin. Simpl. Schema I.

Sing.	Plur.
N. Drauhsn.	N. Drauhsnos.
G. Drauhsnais.	G. Drauhsno. Luc. 16, 21.
D. Drauhsnai.	D. Drauhsnom. Marc. 7, 13.
A. Drauhsn.	A. Drauhsnos. Joh. 6, 12.

Exempla.

Afstass, diſcidium.
Ansts, amor, gratia.
Dails, portio. *Luc.* 15, 12.
Haim, vicus. *Luc.* 10, 56.
Marks, limes.
Quens, uxor.

Not. *Lyius* putat *haim* poni pro *haima*: ſed rationem non video. Huius dat. plur. *haimon* pro *haimom* legitur *Marc.* 1, 38. in codicibus editis, ſed refragante C. A. v. *Ulph. illuſtr.*

IV. Fem. Simpl. Schema II.

Sing.	Plur.
N. Taikns. Luc. 2, 12.	N. Taikneis.
G. Taiknais.	G. Taikne. Marc. 8, 12.
D. Taiknai. Luc. 2, 34.	D. Taiknim.
A. Taikn. Marc. 8, 11.	A. Taiknins. Joh. 9, 19.

Exempla.

Fragiht, deſponſatio.
Gaqvumth, concilium.
Garuns, forum.
Sauhts, morbus.
Urruns, exitus, *Luc.* 9, 31. in accuſativo ſingulari *s* finale retinet. v. *Ulph. illuſtr.* p. 66 & ſupra p. 227.

V. Femin. Simpl. Schema III.

Sing.	Plur.
N. Fravaurhts.	N. Fravaurhteis. Matth. 9, 2.

G. Fravaurhtais.	JOH. 9, 41.	G. Fravaurhte.	MARC. 1, 4.
D. Fravaurhtai.	JOH. 8, 21.	D. Fravaurhtim.	JOH. 8, 24.
A. Fravaurht.	JOH. 8, 34.	A. Fravaurhtins.	MATTH. 9, 6.

Exempla.

Anahusns, præceptum.
Andanumfts, assumtio.
Dauht, epulæ. *Luc.* 5. 29.
Gabaurth, nativitas.
Gaskaft, creatio.
Mahts, potentia.
Missadeds, peccatum.
Sauht, morbus.
Siuns, visio.
Usthrusts, aspretum.
Vaihts, aliquid.

Not. *Ten Kate* in paradigmate II femininorum dativum ponit *sauhtim* & *sauhtaim*, accusativum *sauhtins* & *sauhteins*: sed nescio, unde posteriora hæc habeat.

VI. Femin. Simpl. Schema. IV.

Sing.		Plur.	
N. Baurgs.	MARC. 1, 33.	N. Baurgs.	
G. Baurgs.	LUC. 7, 12.	G. Baurge.	LUC. 10, 8.
D. Baurg.	MARC. 6, 11.	D. Baurgim.	LUC. 5, 43.
A. Baurg.	MARC. 1, 45.	A. Baurgs.	MATTH. 11, 23.

Exempla.

Alh, tempus.
Brusts, pectus.
Nahts, nox.

Not. 1. Videmus ex hoc schemate, errare *Hickesium* & *Lyium*, qui in *naht*, dativi casus, *Luc.* 17, 34. *a* excidisse putant: *Urreisit naht jah daga*, surgit noctu dieque. Similiter *alh* in dativo occurrit *Luc.* 2, 27. Nec video, cur *Benzelius* ad *Marc.* 15, 37. hanc posteriorem vocem inter irregulares numeret.

Not. 2. *Runolphus Jonæ* in *gramm. Isl.* schema adfert declinationis vocis Isl. *borg*, quam, ut harmonia utriusque L. appareat, adfero.

Sing.	Plur.
N. *Borg.*	N. *Borger.*
G. *Borgar.*	G. *Borga.*
D. *Borg.*	D. *Borgum.*
A. *Borg.*	A. *Borger.*

Not. 3. Credo, huc pertinere *afar*, ἐφημερία, *Luc.* 1, 5. Nuspiam enim alias dativus casus absque addita terminatione in L. Gothica comparet.

Not. 4. *Nahts* in dat. pl. habet *nahtam*. *Luc.* 2, 37. pro *nahtim*.

VII.

VII. Neutr. Simpl. Schema.

Sing.			Plur.		
N.	Waurd.	Matth. 5, 37.	N.	Waurda.	Joh. 6, 63.
G.	Waurdis.	Luc. 1, 2.	G.	Waurde.	Marc. 2, 2.
D.	Waurda.	Luc. 2, 22.	D.	Waurdam.	Luc. 1, 20.
A.	Waurd.	Luc. 2, 15.	A.	Waurda.	Luc. 2, 53.

Exempla.

Ahs, ſpica.
Aibr, munus.
Auhſn, bos.
Barn, liberi, infans.
Bloth, ſanguis.
Daur, ianua.
Eiſarn, ferrum.
Gathraſk, area horrei.
Haurn, ſiliqua.
Hrot, tectum.
Hund, centum.
Hunſl, ſacrificium.
Huzd, theſaurus.
Juk, iugum.
Jer, annus.
Kas, vas.
Kelikn, turris.
Lamb, agnus.
Land, tellus.
Leik, corpus.
Lukarn, lucerna.
Maurthr, cædes.
Mel, tempus, ſcriptura.
Mes, patina, menſa.
Raus, arundo.
Razn, domus.
Run, myſterium.
Salt, ſal.
Slah, ictus.
Skip, navis.
Skohſl, dæmon.
Sves, facultates, divitiæ.
Tagl, capillus.
Uſmes, lacus.
Veihs, vicus.
Vein, vinum.
Vis, malacia.

VIII. In A Maſculina.

Sing.			Plur.		
N.	Ahma.	Joh. 6, 63.	N.	Ahmans.	Marc. 5, 13.
G.	Ahmins.	Luc. 9, 55.	G.	Ahmane.	Marc. 6, 7.
D.	Ahmin.	Luc. 1, 3.	D.	Ahmam.	Marc. 1, 27.
A.	Ahman.	Matth. 27, 50.	A.	Ahmans.	
V.	Ahma.	Marc. 1, 25.			

Exempla.

Aba, maritus, vir.
Aldoma, ſenectus.
Aleva, oleum.
Amſa, humerus.
Andaſtava, adverſarius.
Atta, pater.

Bi-

Bidagva, mendicus.
Bloma, flos.
Brunna, fons.
Dulgaſkula, debitor.
Dwala, ſtultus.
Fana, pannus.
Faſkja, ſudarium.
Frauja, dominus.
Fula, pullus, equinus.
Gadaila, conſors.
Galga, patibulum.
Gamunja, memoria.
Gataura, fiſſura.
Gibla, cacumen.
Guma, vir.
Haiza, fax.
Hana, gallus.
Hiuma, turba, multitudo.
Hlija, tabernaculum.
Hliuma, auris.
Hoha, aratrum.
Iddalja, deſcenſus.
Liuta, hypocrita.
Loſa, vola.
Lukarnaſtatha, candelabrum.
Manleika, imago.
Mela, modius.
Midja, medium, *Luc.* 15, 10.
Milhma, nubes.
Mulda, pulvis.
Nota, puppis.
Nuta, piſcator.
Saggva, cantor, *Luc.* 15, 25.
Skeima, laterna.
Skula, debitor.
Smakka, ficus.
Snaga, pannus.
Sparva, paſſer.
Stava, iudex.
Svaihra, ſocer.
Uslitha, paralyticus.
Uzeta, præſepe.
Waihsta, angulus.
Wilja, voluntas.

Not. 1. Ad hanc claſſem pertinent illa nomina maſculina, quæ *ja* finale habent, & qualitatem perſonæ fere indicant, uti ſunt

Afetja, edax, vorax.
Aljakunja, alienigena.
Arbinumja, heres.
Arbja, idem.
Asnja, ſervus.
Aurtja, hortulanus, agricola.
Bandja, captivus.
Baurgja, civis.
Birekja, procellis agitatus.
Duliahaitja, creditor.
Faurgaggja, præfectus.
Ferja, inſidiator.
Fiſkja, piſcator.
Ganithja, cognatus.
Gaſinthja, itineris comes.
Gauja, villicus, regionis incola. *Luc.* 8, 34.
Gudja, ſacerdos.
Haurnja, tibicen.
Heivafrauja, paterfamilias.
Kaſja, figulus.
Liugnja, mendax.
Mannamaurthrja, homicida.
Neqhundja, vicinus, proximus.
Nithja, conſanguineus.
Silbaſjunja, αὐτόπτης.
Skattja, nummularius.
Sviglja, tibicen.
Timrja, faber lignarius.
Vaidedja, maleficus.
Vardja, cuſtos.
Vaurſtvja, operarius.
Veindrugkja, helluo.

Not.

Not. 2. Ad hunc cenſum non pertinent adiectiva vel adiective uſurpata, e. g. *framathja*, peregrinus, quæ more adiectivorum flectuntur, v. *Joh.* 10, 14. *Luc.* 16, 12. 20, 12.

Not. 3. Eximi hinc etiam debent nomina feminini generis a maſculinis formata e. g. *friondja*, amica, *ganithja*, cognata.

IX. In A. Feminina.

Sing.		Plur.	
N. Staua.	Joh. 8, 16.	N. Stauos.	Rom. 11, 33.
G. Stauos.	Luc. 10, 14.	G. Stauo.	
D. Stauai.	Joh. 9, 39.	D. Stauom.	
A. Staua.	Joh. 16. 8.	A. Stauos.	

Exempla.

Airtha, terra.
Alleina, ulna.
Aqha, aqua.
Arka, arca.
Aurahja, ſepulchrum.
Authida, deſertum.
Bida, preces.
Brunna, fons.
Fairina, crimen.
Fairzna, calx.
Fatha, ſeptum.
Gairda, cingulum.
Gahugda, cogitatio.
Gataura, ruptura.
Giba, donum.
Giltha, falx.
Groba, ſcrobs.
Hairda, grex.
Hanſa, cohors.
Hleithra, tabernaculum.
Hrugga, baculus.
Idreiga, pœnitentia.
Junda, iuventus.
Kalkja, meretrix.
Karkara, carcer.
Ludja, facies.
Matha, vermis.
Mena, luna.
Motha, telonium.
Mulda, pulvis.
Nethla, acus.
Paida, tunica.
Plappja, platea.
Qheila, hora, tempus.
Raſta, ſtudium.
Razda, vox.
Saivala, anima.
Salithva, conclave.
Saurga, dolor.
Skalja, tegula.
Skura, imber.
Staiga, ſemita.
Stibna, vox.
Sulja, ſolea.
Sunja, veritas.
Svibla, ſulphur.
Thiuda, gens.
Triggva, pactum.
Uhizva, atrium.
Wamba, venter.
Vippja, corona.
Vrakja, perſecutio.

 Not.

Not. Huc etiam pertinent omnia definentia in *itha*, ut *armahairtitha*, misericordia, *daubitha*, ftupor, *diupitha*, profundum, *garaihtitha*, iuftitia, *gauritha*, mœftitia, *hauhitha*, altitudo, *inniujitha*, encænia, *invinditha*, iniquitas, *meritha*, fama, *qrammitha*, humor, *fvegnitha*, gaudium, *veithvoditha*, teftimonium, *wargitha*, damnatio.

X. In I Feminina.

Sing.	Plur.
N. Thiudangardi.	N. Thiudangardjos.
G. Thiudangardjos. Luc. 18, 29.	G. Thiudangardjo.
D. Thiudangardjai. Matth. 5, 19.	D. Thiudangardjom. Luc. 1, 25.
A. Thiudangardja. Luc. 9, 2.	A. Thiudangardjos.

Exempla.

Aiqhatundi, rubus.
Aqviza, fecuris.
Bandi, vinculum.
Bani, vulnus.
Fauradauri, atrium, plat .a.
Fulnsni, latebra.
Hali, mors.
Haili, falus.
Haithi, ager.
Hauri, focus.
Lauhmoni, lumen, fulgur.
Mavi, puella.
Manvi, fumtus.
Qvilftri, feretrum.
Thivi, ancilla.
Thiudangardi, regnum.
Thufundi, mille.
Vafti, veftis.
Vethi, ovile.

Not. 1. Pertinent huc definentia in *ubni* vel *ufni*, *faftubni*, ieiunium, *fraiftubni*, tentatio, *wundufni*, vulnus. Aft *waldufni*, poteftas, & *vitubni*, fcientia, neutra funt. *Matth.* 6, 13. *Rom.* 11, 33. *Luc.* 4, 32. *Marc.* 3, 15.

Not. 2. *Manvi Luc.* 14, 28. feminini generis effe, arguere videtur fequens *tho*, fed forte fatius eft, hoc pro accufat. neut. plur. habere, ut ordo verborum fit, *rahneith habaiu manvi du uftiuhan tho*, computat, an habeat opes, ad perficiendum illa. Immo fi fem. generis effet *manvi*, requireret in quarto cafu *manvja*.

XI. In I Neutra.

Sing.	Plur.
N. Gavairthi. Luc. 10, 6.	N. Gavairthja.
G. Gavairthjis. Luc. 14, 32.	G. Gavairthje.
D. Gavairthja. Luc. 8, 48.	D. Gavairthjam.
A. Gavairthi. Luc. 7, 50.	A. Gavairthja.

Exempla.

Andanahti, vefper.
Andavaurdi, refponfum.
Andi, finis.
Andawairthi, pretium.

And-

Andvairthi, facies.
Athathni, annus.
Aurali, orale.
Aurki, urceus, orca.
Badi, lectus.
Barniſki, infantia.
Biuhti, mos.
Fairguni, mons.
Fani, lutum.
Fauradauri, atrium, platea.
Fauragaggi, præfectura.
Fauratani, portentum.
Filegri, latibulum.
Frathi, ſapientia, mens.
Fulhsni, latibulum.
Garuni, concilium.
Gaui, regio.
Harji, exercitus.
Havi, fœnum.
Kuni, genus, proſapia.
Kunthi, cognitio.
Nati, rete.
Reiki, poteſtas.
Tavi, opus, in plur. *toja*.
Thiubi, furtum.
Ufarmeli, inſcriptio.
Unhaili, morbus.
Vaggari, culcita.
Veinabaſi, uva.

XII. In O Feminina.

Sing.			Plur.		
N.	Gajuko.	Luc. 8, 9.	N.	Gajukons.	
G.	Gajukons.	Marc. 4, 10.	G.	Gajukono.	Joh. 16, 29.
D.	Gajukon.	Marc. 4, 11.	D.	Gajukom.	Marc. 3, 23.
A.	Gajukon.	Marc. 12, 12.	A.	Gajukons.	Marc. 4, 13.

Exempla.

Aglo, moleſtia.
Aihtro, mendicatio.
Anddriuſo, curſus præceps.
Anno, annona.
Armajo, eleemoſyna.
Azgo, cinis.
Bandvo, ſignum.
Brinno, febris.
Fauho, vulpes.
Fullo, ſupplementum.
Garunjo, flumen, inundatio.
Heito, febris.
Hethjo, conclave.
Hraivadubo, turtur.
Inilo, excuſatio.
Juggo, pullus.
Junjo, turba.
Mitadjo, menſura.
Mizdō, merces.
Nethlo, acus.
Qhato, ſpuma.
Qvino, mulier.
Rathjo, ratio.
Reiro, motus.
Rinno, torrens.
Stairno, ſtella.
Suaihro, ſocrus.
Sunno, ſol.
Tainjo, corbis.
Teiqho, tonitru.
Tuggo, lingua.
Uhtvo, diluculum.

Vahtvo, exubiæ.
Varilo, labrum.
Vidovo, vidua.
Viko, ordo.
Vinthiſkauro, ventilabrum.

Not. 1. *Sabbato* maſculinum eſt, *Marc.* 2, 27. habetque in genitivo, *ſabbataus*, *Luc.* 18, 12 & *ſabbato*, cap. 4, 16. in dat. *ſabbato*, *Marc.* 2, 28. & *ſabbate*, *Marc.* 16, 2. in dat. plur. *ſabbatim*, cap. 2, 24. Similem inconſtantiam in peregrinis poſtea annotabo.

Not. 2. Dativus ſing. pro *n* nonnumquam *m* habet, e. g. *heitom*, *Matth.* 8, 14. Quod enim in ſingulari numero uſurpetur, docet verſus ſequens. Idem iudicium eſto de *azgom*, cap. 26, 21. Errat *Ten Kate*, qui in paradigmate dativum ponit *azgin*, quæ terminatio eſt neutrorum in *O*.

XIII. In O Neutra.

Sing.		Plur.	
N. Hairto.	Matth. 6, 21.	N. Hairtona.	Luc. 16, 15.
G. Hairtins.	Luc. 1, 51.	G. Hairtone.	
D. Hairtin.	Luc. 2, 19.	D. Hairtam.	
A. Hairto.	Marc. 8, 19.	A. Hairtona.	Joh. 12, 40.

Exempla.

Augo, oculus.
Auſo, auris.
Barnilo, infantulus.
Kaurno, granum.
Namo, nomen.
Thairko, foramen.
Vaihſto, angulus.
Vato, aqua.

Not. 1. *Namo* & *vato* craſin amant, faciuntque in plurali *namma*, *vatna*, & hoc in dativo plur. *n* retinet, *vatnam*, *Matth.* 9, 32.

Not. 2. Genitivus pluralis heic ex coniectura additur, quum nullum illius exemplum in C. A. occurrat.

XIV. In U Neutta.

Sing.		Plur.	
N. Kniu.		N. Kniva.	
G. Knivis.		G. Knive.	Rom. 14, 11.
D. Kniva.		D. Knivam.	Marc. 1, 40.
A. Kniu.		A. Kniva.	Marc. 15, 19.

Exempla.

Triu, lignum, arbor.

Not 1. Huc neſcio an referri debeat *faihu*, opes, quod inflectitur in modum nominum in *us* deſinentium, uti conſtat ex tertio caſu *faihau*, *Marc.* 10, 24. Ceterum neutrius generis eſſe, docet *faihu manag*, v. 22. Verſu intermedio ſcribitur *faiho*.

Not.

Not. 2. *Ten Kate* Tom. I. p. 435. nominativum ponit *kniws* aut *kniwo*, ſed utrumque male.

XV. In Ains Feminina.

Sing.

N. Libains. Joh. 14, 6.
G. Libainais. Marc. 4, 19.
D. Libainai. Matth. 7, 14.
A. Libain. Marc. 9, 45.

Exempla.

Atvitains, obſervatio.
Bauains, habitaculum.
Midjaſveipains, diluvium.
Thulains, patientia.

XVI. In Aiv Maſculina.

Sing.		Plur.	
N. Aiv.		N. Aiveis.	
G. Aivis.	Luc. 20, 34.	G. Aive.	
D. Aiva.	Rom. 12, 2.	D. Aivam.	Rom. 11, 36.
A. Aiv.	Luc. 1, 55.	A. Aivins.	Matth. 6, 13.

Exempla.

Saiv, mare.
Mariſaiv, id.

Not. *Fraiv*, ſemen, & *hlaiv*, ſepulcrum, generis ſunt neutrius. Prius in dativo habet *fraiv*, *Luc.* 1, 55. *Du attam unſaraim, Abrahama jah fraiv is und aiv.* De voce *hlaiv* v. *Marc.* 15, 46.

XVII. In An Maſculina.

Sing.	Plur.
N. Man, Manna. Matth. 8, 9.	N. Mans, Mannans. Matth. 7, 12. Marc. 7, 8.
G. Mans. Luc. 7, 34.	G. Manne. Luc. 14, 24.
D. Manna, Man, Mann. Luc. 8, 33. Matth. 8, 4. Marc. 5, 8.	D. Mannam. Marc. 11, 30.
A. Mannan. Matth. 9, 32.	A. Manns. Luc. 7, 31.
V. Manna. Luc. 5, 20.	

Not. Pertinet vox hæc ad claſſem ſimplicium; ſed inſerui illam heic tamen, ut ob oculos ponerem flexionis rationem, v. ſupra §. 6. cfr. *Ulph. illuſtr.* p. 13. ubi obſervatur, *man* non niſi in compoſitis occurrere.

XVIII. In An Neutra.

Sing.		Plur.	
N. Akran.	Luc. 1, 42.	N. Akrana.	
G. Akranis.	Luc. 20, 10.	G. Akrane.	
D. Akrana.	Luc. 6, 44.	D. Akranam.	Matth. 7, 16.
A. Akran.	Luc. 6, 43.	A. Akrana.	Matth. 7, 17.

Exempla.

A*han*, palea. *Saban*, ſindon.

XIX. In Ans Maſculina.

Sing.		Plur.	
N. Thiudans.	Luc. 14, 31.	N. Thiudanos.	Luc. 10, 24.
G. Thiudanis.	Luc. 1, 5.	G. Thiudane.	Matth. 11, 8.
D. Thiudana.	Joh. 6, 15.	D. Thiudanam.	
A. Thiudan.	Joh. 19, 12.	A. Thiudanans.	
V. Thiudan.	Marc. 15, 18.		

XX. In Ans Feminina.

Sing.	
N. Aſans.	Matth. 9, 37.
G. Aſanais.	Luc. 10, 3.
D. Aſanai.	Matrh. 9, 38.
A. Aſan.	ibid.

XXI. In Ar Maſculina.

Sing.		Plur.	
N. Brothar.		N. Brothrjus.	Joh. 7, 3.
G. Brothrs.	Marc. 6, 17.	G. Brothrive.	
D. Brothr.	Matth. 5, 22.	D. Brothrum.	
A. Brothar.	Marc. 1, 19.	A. Brothruns.	Luc. 18, 29.
V. Brothar.	Luc. 6, 42.		

Not. 1. Sequuntur eandem formam feminina *dauhtar*, filia & *ſuiſtar*, ſoror. Occurrit *Marc.* 6, 22. *dauhtar* in dativo, ſed id forte amanuenſis negligentiæ tribuendum.

Not. 2. *Brothar* etiam in nominativo plurali habet *brothrahans*, *Marc.* 12, 20. quod irregulare.

XXII.

XXII. In Ath Feminina.

Sing.		Plur.
N. Magath.		N. Magathos.
G. Magathais.	Luc. 1, 27.	G. Magatho.
D. Magathai.	ibid.	D. Magathom.
A. Magath.		A. Magathos.

Exempla.

Mitaths, menſura.

Not. *Mitath*, *Marc.* 4, 24. in dativo caſu habet *mitath: In thizaei mitath mitith.* Vidimus ſupra ad ſchema VI. dativum nonnumquam terminationem abiicere, & nominativo ſimilem eſſe.

XXIII. In Ath Neutra.

Sing.		Plur.
N. Liuhath.	Matth. 5, 16.	N. Liuhada.
G. Liuhadis.	Joh. 12, 36.	G. Liuhade.
D. Liuhada.	Matth. 10, 27.	D. Liuhadam.
A. Liuhath.	Marc. 13, 24.	A. Liuhada.

Not. Sequitur formam ſimplicium communem.

XXIV. In Ei Feminina.

Sing.		Plur.	
N. Managei.	Marc. 7, 6.	N. Manageins.	Rom. 15, 1,
G. Manageins.	Joh. 7, 31.	G. Manageino.	Luc. 2, 31.
D. Managein.	Luc, 2, 32.	D. Manageim.	Luc. 3, 7.
A. Managein.	Luc. 20, 19.	A. Manageins.	

Exempla.

Aglaitei, laſcivia, protervia.
Aithei, mater.
Analaugnei, occultum.
Andbahtei, ſervitium.
Armahairtei, miſericordia.
Bairgahei, regio montana.
Bairhthei, fulgor, lux.
Dalei, vallis.
Faihufrikei, avaritia.
Fauramarei, regio maritima.
Faurhtei, timor.
Filuvaurdei, multiloquium.
Frodei, ſapientia.
Gabei, divitiæ.
Gaitei, capra.
Galaubei, fides.
Garaihtei, iuſtitia.
Gathrafſtei, conſolatio.
Handugei, ſapientia.
Hauduhairtei, duritia cordis.

Hau-

Hauhairtei, superbia.
Hleidumei, sinistra.
Inmaidei, permutatio.
Kilthei, sinus, uterus.
Liuthei, simulatio.
Magathei, virginitas.
Marei, mare.
Mathlei, sermo.
Mikilei, magnitudo.
Qhaitei, triticum.
Quairnei, calvaria.
Siukei, morbus.
Svinthei, fortitudo.
Thramstei, ἀκρὶς.
Unagei, securitas.
Unfrodei, stultitia.
Unmahtei, infirmitas.
Unselei, nequitia.
Usfilmei, terror.
Vajamerei, blasphemia.

Not. 1. *Hickesius* nominativum male ponit *manageins*.

Not. 2. *Ten Kate* in paradigmate genitivum habet *liutius*, quod tamen error typographi esse videtur.

Not. 3. *Dalei*, vallis neutrius generis est, *Luc.* 3, 5. nisi aut *a* in *alla* incuria amanuensis excidit, aut *i* potius abundat in *dalei*, pro *dale*, genit. pl.

Not. 4. Genit. sing. interdum *n* excludit, e. g. *andbahteis*, *qhaiteis*, *Luc.* 1, 23. *Joh.* 12, 24. (vide utrobique *Ulph. illustrat.*) interdum *i*, ut *managens Luc.* 1, 10.

Not. 5. *Afetei*, *Luc.* 7, 34. voracem notat, adeoque masculini generis est, sed pro eo *Matth.* 11, 19. legimus *afetja*, quod linguæ genio accommodatius.

XXV. In Eins Feminina.

Sing.			Plur.
N. Galaubeins.	Matth. 9, 22.		N. Galaubeinos.
G. Galaubeinais.	Marc. 9, 24.		G. Galaubeino.
D. Galaubeinai.	Matth. 9, 29.		D. Galaubeinim.
A. Galaubein.	Matth. 8, 10.		A. Galaubeinins.

Exempla.

Aslageins, remissio.
Afmarzeins, scandalum.
Anastodeins, initium.
Andhuleins, revelatio.
Balveins, cruciatus.
Birodeins, disputatio.
Daupeins, baptismus.
Fadreins, familia.
Faurlageins, propositio.
Faurhteins, timor.
Fodeins, cibus, victus.
Gahraineins, purificatio.
Gameleins, scriptura.
Gavaseins, vestimentum.
Gilstrameleins, census.
Goleins, salutatio.
Haubeins, gloria.
Hauseins, auditio.
Hnaiveins, humiliatio.
Hraineins, purificatio.
Laiseins, doctrina.
Naiteins, blasphemia.
Naseins, salus.
Niuhseins, visitatio.

Thras-

Thrafsteins, solatium.
Timreins, ædificatio.
Ufarmeleins, titulus.
Ustaikneins, ostensio.
Usvalteins, eversio.

XXVI. In Eis Masculina.

Sing.		Plur.	
N. Siponeis.	Joh. 18, 15.	N. Siponjos.	Marc. 8, 4.
G. Siponeis.	Matth. 10, 42.	G. Siponje.	Marc. 11, 1.
D. Siponi.	Matth. 10, 25.	D. Siponjam.	Luc. 17, 22.
A. Siponi.		A. Siponjans.	Marc. 8, 27.
V. Siponi.			

Exempla.

Asneis, servus, mercenarius.
Bokareis, litteratus, scriba.
Daimonareis, dæmoniacus.
Fauramathleis, præfectus, *Luc.* 19, 2. in dat. *fauramathlja. Matth.* 10, 34.
Gothblostreis, pius.
Hardeis, pastor.
Leikeis, medicus.
Motareis, publicanus.
Ragineis, consiliarius.
Vitodafasteis, legis peritus.
Vullareis, fullo.

Not. Femininum est *Praufeteis*, prophetissa.

XXVII. In Eths Feminina.

Sing.	
N. Faheths.	Rom. 14, 17.
G. Fahedais.	Rom. 15, 13.
D. Fahedai.	Marc. 4, 16.
A. Fahed & Faheid.	Luc. 2, 10.

Exempla.

Manaseths, mundus.

Not. Rev. *Benzelium* secuto huc referre liceret *fulleith*, plenitudo. *Marc.* 4, 28. Sed credo tertiam esse personam præsentis verbi *fulljan*, passive positi, ut vertendum sit: dein impletur, frumento plenitudo enim *fullei* Gothice dicebatur. v. *Luc.* 6, 45.

XXVIII. In Ins Masculina.

Sing.		Plur.	
N. Himins.	Luc. 3, 21.	N. Himinos.	
G. Himinis.	Luc. 10, 21.	G. Himine.	Matth. 5, 19.
D. Himina.	Luc. 9, 16.	D. Himinam.	Matth. 5, 16.
A. Himin.	Luc. 2, 15.	A. Himinans.	

Exempla.

Aigins, possessio.
Kindins, præses.
Maurgins, tempus matutinum.

Not. 1. Quod *maurgins* in accusativo casu habeat *maurgin*, docetur in notis ad *fragmenta Ulphilana*, p. 108. ubi simul observatur, eandem terminationem occurrere *Marc.* 16, 9. *In maurgin frumin sabbato*; mane primo sabbati; ubi *frumin* omnino est accus. casus, ita ut *frumin* illud respiciat sequens *sabbato*, adeoque explicandum primo sabbato. Fallitur *Edv. Lye*, qui mane *maurga* appellari docet ad *Marc.* 13, 20. vide *Joh.* 18, 28.

Not. 2. *Hickesius*, nominativum gluralem ponens *himinans*, recte emendatur a modo laudato editore evangeliorum Gothicorum.

XXIX. In Is Masculina.

Sing.		Plur.	
N. Laisaris.	Luc. 6, 40. Laisareis. Matth. 10, 25.	N. Laisarjos.	Luc, 5, 17.
G. Laisaris.		G. Laisarje.	
D. Laisarja.	Matth. 10, 24.	D. Laisarjam.	Luc. 2, 16.
A. Laisari.	Luc. 6, 40.	A. Laisarjans.	
V. Laisari.	Marc. 9, 38.		

Exempla.

Andastathis, adversarius.
Berusis, parens.
Fidurraginis, tetrarcha.
Harjis, exercitus, *Luc.* 8, 30.
Nithjis, cognatus.
Silbasiunis, testis oculatus.

XXX. In Is Neutra.

Sing.	
N. Riquiz.	Matth, 6, 23.
G. Riquisis.	
D. Riquisa.	Matth. 10, 26.
A. Riquis.	Matth. 8, 12.

Exempla.

Agis, timor.
Hatiz, ira.

XXXI. In Ith Neutra.

Sing.		Plur.
N. Haubith.	Matth. 11, 30.	N. Haubida.
G. Haubidis.	Marc. 6, 24.	G. Haubide.

D. Haubida. Matth. 5, 36.	D. Haubidam.
A. Haubith. Marc. 6, 25.	A. Haubida. Marc. 5, 29.

Exempla.

Milith, mel.

XXXII. In On Neutra.

Sing.

N. Fon.
G. Funins. Marc 9, 47.
D. Funin. v. 49.
A. Fon. v. 45.

Exempla.

Theiqhon, tonitru.

XXXIII. In Ons Feminina.

Sing.	Plur.
N. Mitons. Luc. 9, 46.	N. Mitoneis. Marc. 7. 21.
G. Mitonais.	G. Mitoneino.
D. Mitonai.	D. Mitonim.
A. Miton. Luc. 9, 47.	A. Mitonins. Luc. 6, 8.

Exempla.

Lathons, vocatio.
Rathjons, ratio.
Salbons, unguentum.

XXXIV. In Oth Neutra.

Sing.	Plur.
N. Witoth. Joh. 7, 23.	N. Witoda.
G. Witodis. Luc. 16, 17.	G. Witode.
D. Witoda. Matth. 5, 18.	D. Witodam.
A. Witoth. Matth. 5, 17.	A. Witoda.

XXXV. In Us Mafculina.

Sing.	Plur.
N. Sunus. Luc. 15, 21.	N. Sunjus. Matth. 5, 45. Sunjos. Luc. 16, 8.

G. Sunaus. Luc. 17, 26.
D. Sunau. Luc. 18, 31.
A. Sunu. Luc. 18, 38.
V. Sunu. Luc. 18, 31. Sunau. v. 39.

G. Sunive. Luc. 1, 16.
D. Sunum. Luc. 5, 10.
A. Sununs. Luc. 15, 11.

Exempla.

Aggilus, angelus.
Airus, nuntius.
Asilus, asinus.
Assarjus, assarium.
Dauthus, mors.
Fairqhus, mundus.
Flodus, flumen.
Fotus, pes.
Gudjinassus, sacerdotium.
Hairus, gladius.
Hliftus, fur.
Horus, adulter.
Huhrus, fames.
Kalkinassus, adulterium.
Kinthus, obolus.
Kumbitus, discubitus.
Leikinassus, medicina.
Lithus, membrum.
Lustus, voluptas.
Maihstus, fimus.
Qvairnus, mola.
Qvithus, uterus.
Sakkus, saccus.
Skadus, umbra.
Stubjus, pulvis.
Thaurnus, rubus, spina.
Thjudinassus, regnum.
Thiumagus, puer.
Thius, id.
Thuntus, dens.
Tigus, decas.
Ufarassus, abundantia.
Ulbandus, camelus.
Vaihstus, statura.
Valus, baculus.
Vintrus, hyems.
Vulthus, gloria.

Not. 1. Dat. pl. interdum definit in *un*, ut *praufetun*, *Luc.* 6, 23. *fotun*, *Marc.* 5, 4.

Not. 2. *Au* & *u* in hac declinationis forma non raro confundi, observat *Lye* p. XLII. ita *dauthus* pro *dauthaus*, Luc. 1, 7.

Not. 3. *Horus*, adulter, in nom. pl. habet *horos*, *Luc.* 18, 11. uti *o* & *u* sæpe alternant.

XXXVI. In Us Feminina.

Sing.
N. Handus.
G. Handaus.
D. Handau. Joh. 10, 28.
A. Handu. Marc 1, 41. Handau. Marc. 7, 23.

Plur.
N. Handjus.
G. Handive.
D. Handum. Marc. 7, 5.
A. Handuns. Marc. 6, 2.

Exem-

Exempla.

Asilus, asina. *Luc.* 19, 30. *Writus*, grex suum, *Luc.* 8, 32.
Kinnus, gena.

Not. 1. *Ten Katen* huc refert *horinassus*, sed quum cetera in *assus* exeuntia masculini generis sint, rationem nescio, cur hæc vox ad hanc classem pertineret.

Not. 2. Unica vox neutrius generis in *us* desinens est *Gudhus*, templum vel ædes Dei, *Joh.* 18, 20.

Not. 3. Pro *handuns* in accus. plur. omnes editi codices præferunt *handans* *Marc.* 14, 46. sed reclamante C. A. v. *Ulphilas illustr.*

§. VII.

Sequitur nunc, ut coronidis loco flectendi modos irregulares attingam. Illa vero anomalia observatur vel in domesticis vocabulis, vel peregrinis. Illo in numero sunt

Hlaivasnos, sepulcra, *Matth.* 17, 51. a singulari *hlaiv*.
Haimotaja, agri, *Marc.* 10, 29. ab *haim*, quod in plur. num. requireret *haimos*. Altera anomalia est, quod *haimotaja* neut. g. sit, sed *haim* fem.
Gabaurjothum, voluptatibus, *Luc.* 8, 14. est dat. pl. exemplo carens, nisi adferre velis *bajothum*, ambobus, de quo mox.

Inter anomala etiam retulero *unsibjana*, iniquitatem, *Marc.* 7, 23. quam terminationem nec nomina nec adiectiva admittunt. Fieri vero potest, ut Gothicæ L. genius aliquando admiserit *na* euphonicum finale, ut invenimus *viganna* pro *vigan*, *Luc.* 14, 31. *utana*, extra, pro *uta*, *hindanna*, retro, pro *hindan*. Anomalis adiunge *bajoths*, ambo, & in dat. pl. *bajothum*, ambobus.

§. VIII.

Inprimis certæ regulæ impatientes sunt voces peregrinæ, quarum speciminis loco nonnulla schemata exhibebo.

Sing.
N. *Johannes.*
Johannis, Marc. 6, 14.
G. *Johannes*, Luc. 7, 24.
Johannis, Luc. 20, 11.
D. *Johannen*, Luc. 7, 18.
Johannem, Luc. 3, 15.
Johanne, Matth. 11, 14.
Johannau, Luc. 9, 9.
A. *Johannen*, Matth. 11, 7.
Johanne, Marc. 1, 19.


Sing.	Plur.
N. *Praufetus.*	N. *Praufeteis.*
Praufetes.	
G. *Praufetaus.*	G. *Praufete.*
Praufetus.	
Praufetis.	
D. *Praufetau.*	D. *Praufetum.*
	Praufetum.
A. *Praufetu.*	A. *Praufetuns.*

Sing.
N. *Israel.*
G. *Israelis*, Matth. 10, 13.
D. *Israela*, Matth. 8, 11.
A. *Israela*, Matth. 9, 33.

Sing.	Plur.
N. *Synagoge.*	
G. *Synagogais*, Luc. 8, 41.	
eis, v. 49.	
D. *Synagogen*, Marc. 1, 29.	
ein, Luc. 4, 28.	
ai, Luc. 4, 38.	D. *Synagogim*, Marc. 1, 39.
ei, Joh. 12, 42.	A. *Synagogein*, Luc. 7, 5.

Sic occurrit *Betsaidan* & *Judaias* in tertio casu, *Luc.* 10, 13. & 6, 17. Alia sciens prætereo.

Inter peregrina suspicari subiit, an non referri debeat *menoths*, mensis, *Luc.* 1, 36. utpote quæ vox, quater occurrens hoc capite, in dativo singulari habet *menoth*, v. 26. in acusativo plurali *menoths*, v. 24. Scilicet verisimile mihi videtur, Gothos exteros non magis quam nostros maiores, ad lunæ cursum tempora sua descripsisse, atque alias eorum dimensiones quam per hiemes & æstates ignorasse. Videt vero quisque, *menoths* non esse dativum Gothicum. Ad peregrina etiam retulero *galiuga-Christjais*, falsi Christi, *Marc.* 13, 22. qualem terminationem, ad tenorem Gothicum, *Christus* non admitteret.



DE

DE

NOMINIBUS ADIECTIVIS.

§. I.

Nomina adiectiva in lingua Mœsogothica sunt vel masculina, vel feminina, vel communia aut neutra.

Nota. Rationem, cur commune genus, quam neutrum appellare malim, inveniet B. L. in iis, quæ supra pag. 189. differui. Videmus scilicet, ubi nomina masculini & feminini generis præcedunt, Mœsogothos adiectiva vel pronomina neutrius, quod vocant, generis illis adiungere. Eundem idiotismum in scriptis Suethicis medii ævi observari, l. c. demonstravi. Nunc addam tantum, hodiernum sermonem nostrum non obscura eiusdem vestigia residua habere, atque inde esse, quod nomina nostra collectiva, h. e. quæ utrunque sexum complectuntur, fere neutrius generis sint: Conf. *Mann*, vir, *Qvinna*, femina, *hjon* commune, *Son* filius, *Doter*, filia, *Barn* comm. *Broder*, frater, *Syster*, soror, *Syskon*, comm. *Oxe*, bos, *Ko*, vacca, *nöt*, *fä*, comm. *Gumse*, aries, *tacka*, ovis, *får*, comm. *Galt*, verres, *sugga*, scrofa, *swin* comm. *Tupp*, gallus, *höna*, gallina, & *höns* comm. longe plurima alia ut reticeam.

In eadem hac observatione causam invenies, cur usu receptum fuerit, ut dum *fjoller* stultum notat, *fjolla*, stultam, & *fjoll* de sexu utroque usurpari possit.

§. II.

Id cum plerisque dialectis Scythicæ originis commune habet lingua Mœsogothica, quod alio modo adiectiva sua inflectat, dum simpliciter ponuntur, alio, ubi cum emphasi & demonstrative.

Not. 1. Uti Ebræi præfixo ה obiectum a similibus aliis distinguunt, Græci per pronomen demonstrativum ὁ, ἡ, τὸ, latini ambagibus opus habent, ubi res emphasin requirit; ita Gothi peculiari inflexione adiectivorum ad hoc utuntur. Sic *blinds* est cæcus: pro exemplo sit locus sequens: *Ibai mag blinds blindana tiuhan:* an cæcus cæcum ducere potest? *Luc.* 6, 39. Sed ubi de certo quodam cæco sermo est, *blinda* usurpetur, e. g. *Sunus Teimaiaus Barteimaiaus blinda sat faur vig. Marc.* 10, 46. Filius T*imæi Bartimæus*, cæcus ille, iuxta viam sedit. Ut in eodem vocabulo maneamus, genitivus simplex habet *blindis*, qui licet in C. A. non occurrat, manifestum tamen reddit analogia: emphaticus *blindins* reperitur *Marc.* 8, 23. *Fairgreipands handu this blindins*, accipiens manum cæci istius. Dativus simplex & absolutus est *blindamma Joh.* 9, 1. *Gaumida mann blindamma*, vidit virum cæcum: emphaticus vero occurrit mox versu sexto: *Gasmait fani thamma blindin*, illevit lutum cæco illi. Accusativi simplicis forma quæ sit, docent verba *Luc.* 6, 39. nuper allata, nempe *blindana*, sed ubi quis digito monstratur, *blindan* invenies, *Marc.* 10, 49 *Jah vopidedun thana blindan*, & appellabant cæcum illum. In plurium nomero casus primus simplex effertur *blindai*, ut *Matth.* 11, 5. *Blindai ussaiqhand*, cæci vident, *blindans* vero hos illosve cæcos indicat. e. g. Cap. 9, 8. *Dua-*

tidd-

tiddjedun imma thai blindans, adierunt eum cæci illi. Casus genitivus simplex est *blindaize*, sed emphaticus *blindane*, quod ex analogia aliorum adiectivorum pariter certum est, licet exempla in C. A. nos deficiant. Dativus numeri pluralis absolutus est *blindaim*. *Luc.* 4, 18. *Merjan blindaim siun*, prædicare cæcis visum; emphaticus vero *blindam*, uti pluribus exemplis demonstratum dedi in *notis* ad *fragmenta Ulphilana* p. Accusativus pl. solus est, qui in utraque forma eandem terminationem habeat, nempe *ans*. *Luc.* 14, 13. *Hait blindans*, voca cæcos.

Not. 2. Id, quod heic tradimus, constanti usu *codicis argentei* confirmatur. Sed observabit tamen, qui eundem evolvit, non unum locum, ubi adiectiva absolute posita occurrunt, quum demonstrativam formam orationis series requirere videretur, & versa vice. Ita *blinda sums* legitur *Luc.* 18, 35. cæcus aliquis. *Berun de imma blindan. Marc.* 8, 22. portabant ad eum cæcum quendam. *Tvai blindai*, duo cæci. *Matth.* 9, 27. Adiungam his nonnulla alia. *Managa leika thize ligandane veihaize*, multa corpora iacentium (in sepulcris) sanctorum, ubi sensus & analogia requireret *veihane*. Sic *Marc.* 5, 13. legimus *ahmans thai unhrainjai*, pro *unhrainjans*. Conf. *Matth.* 9, 27. *Luc.* 1, 22. 9, 43. 18, 11. 20, 13. 36.

Not. 3. Servat hunc idiotismum patrius noster sermo, aut, ut rectius loquar, illius vestigia: plures enim sunt casus, ubi statum emphaticum ab absoluto inter loquendum non distinguimus, nec peculiari flexione emphasis masculinorum a feminini & neutrius generis adiectivis amplius diversa est: id quod luculentissimo indicio est, a prisca & nativa sua puritate sensim sensimque linguam nostram abire. Ceterum habemus in nom. sing. *blinder*, emph. *blinda*, in genitivo *blinds*, emph. *blindas*, in dat. *blind*, antiq. *blindom*, emph. *blinda*. In accus. *blindan*, emph. *blinda*. In plurali numero inter statum absolutum & emphaticum differentia obsolevit, ita tamen, ut lingua Islandica & vetus Gothica pristinæ ἀκριβείας observantior sit, sed quod heic ostendere, per brevitatis studium non licet.

Not. 4. Quod de statu adiectivorum absoluto & emphatico diximus, valet de gradu positivo & superlativo. Intermedius vero hoc discrimine caret, id quod iudico tam exinde, quod exempla desint, quam ex parallelismo dialectorum Scythicarum: ita e. g. nos dicimus *en bättre del*, & *then bättre delen*, & sic in ceteris.

Not. 5. De voce *midja*, medius, observo, illam significationem nominum induere, servata flexione adiectivorum, e. g. *Luc.* 5, 19. *Gasatidedun ina mith thamma badja in midjaim faur Jaisua:* ponebant eum cum lecto in medio ante Jesum. cap. 6, 8. *Urreis jah stand in medjaim*, surge & sta in medio.

§. III.

Comparationis gradus, uti in ceteris Europæ linguis, tres sunt, positivus, comparativus & superlativus. Quæ istius terminationes sint, infra sumus ostensuri, ille in *iza* & *oza* fere terminatur, hic in *ists*.

Not. I. Interdum comparativus circumscribitur per *mais*. e. g. *Goth ist imma mais*. *Marc.* 9, 42. pro *bathizo*, melius. Est vero, ubi *mais* illud abundet, uti *maisve*

athri-

athrizans, præſtantiores. *Matth.* 7, 26. ita etiam *mais vairs*, *) peius. *Marc.* 5, 26. Interdum *thau*, quam, comparationi inſervit. *Marc.* 9, 43. *Goth iſt thau*, &c. cfr. *Luc.* 15, 7.

Not. 2. Comparativum formant non ſolum adiectiva, ſed etiam nomina & adverbia. Prioris exempla habemus in *air*, tempus matutinum, quod comparativum habet *airiza*, anterior, unde *airizans*, priores, maiores. Nam *air* nomen eſſe, patet ex illius genitivo *airis*. Eiusdem cenſus eſt *ſineigs*, ſenex, cuius ſuperlativus eſt *ſiniſtans*, ſeniores vel antiquiſſimi, *aldrs*, ætas, unde *althiza* & *aldroza*, natu maior. Poſterioris exempla habemus, *hindar*, infra, *hindumiſts*, imus. **)

Hickeſius huc refert *aftumiſts*, ultimus, ab *aftra*, poſt: ſed habemus gradum poſitivum *aftuma*, *Marc.* 10, 31. *Vairthand frumans aftumans*, erunt priores poſteriores, ubi obſervamus, utrumque hoc *aftuma* & *fruma*, licet poſitivi gradus, ſignificatione tamen comparativa gaudere, & hinc eſſe, quod *fruma* cum dativo conſtruatur. *Joh.* 15, 18. *Mik frumam izvis fiaida*, me priorem vobis odio habuit, uti etiam comparativorum more flectitur. *Matth.* 27, 64. *Jah iſt ſo ſpeidizei airzitha vairzizei thizai frumein*, & erit poſterior error peior priore. Alias enim linguæ genius requireret *frumon*. Sic *frumin ſabbato*, priore ſabbato, *iftumin daga*, die ſequente, vel poſteriore. Conf. *Marc.* 11, 12. *Joh.* 6, 21. *Marc.* 16, 9.

Not. 3. Verſa vice eſt, ubi more Græcorum Latinorumque, adiectiva comparativi gradus, poſitivorum loco ponantur, e. g. *framaldrozei*, ætate provectior, *Luc.* 1, 18. pro *framaldra*, ſenex.

Not. 4. Singulare & anomalon eſt, quod pro adiectivo *Sunjeins*, verus, nomen *ſunja* ponatur. *Joh.* 17, 3. *Ej kunneina thuk ainana ſunja Goth*, ut cognoſcant te unum verum Deum, ubi analogia linguæ requireret *ſunjeinan*. Conferri poteſt cap. 8, 14. *Sunja iſt ſo veitvoditha meina*, verum eſt teſtimonium meum. Credi quidem poſſet, hæc verba transferenda, veritas eſt teſtimonium meum; ſed quum Græcus textus habeat ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου, nulla apparet ratio, cur a textu originali diſcederet *Ulphilas*. Verſu antecedente occurrit *ſunjeina: veitvoditha theina niſt ſunjeina*, teſtimonium tuum non eſt verum.

Not. 5. Nonnulla adiectiva comparationis gradus irregulares habent. e. g.

Goths, bonus, *batiza*, melior, *batiſts*, optimus.
Ubils, malus, *vairziza*, peior, *vairziſts*, peſſimus.
Mikils, magnus, *maiza*, maior, *maiſts*, maximus.
Litils, parvus, *minniza*, minor, *minniſts*, minimus.
Juggs, iuvenis, *juhiza*, iunior.

Obſer-

---

*) Niſi forte rectius *vairs* pro poſitivo haberi debeat, cuius comparativus ſit *vairſiza*. Ceterum ſupereſt hodieque in L. noſtrate *wärre*, peior. Alem. *wirſer*. v. *Expedit.* CAROLI M. *Hiſp.* p. 77.

**) Islandi ſimiliter comparationem formarunt a *ſider*, poſt, *ſidre*, *ſidaſtur*, inferior, infimus, ab *ofer*, ſuper, *effre*, *efſtur*, ſuperior, ſupremus, a *ned*, *nedre*, *nedſtur*, inferior, infimus.

Obſervabit lector meus, adiectiva hæc Gothica irregularia eadem eſſe, quæ apud Græcos & latinos a communi tramite diſcedunt: eandemque anomaliam in omnibus hodieque vigentibus dialectis Scythicæ originis obtinere. Neſcio, an his addi debeat *hauhs*, altus, cujus ſuperlativus eſt *auhmiſts* & *auhumiſts*. v. *Ulph. illuſtr.* p. 46. nec non *ſpeidumiſt*, ultimus. *Marc.* 12, 22.

Not. 6. Ut tam flexio quam gradus adiectivorum cognoſcatur, ſchema integrum ſubiiciam, idque ita, ut caſus in C. A. occurrentes citatis locis deſignem, quo facilius ſciri poſſit, quinam ſint, quos ex analogia ſuppleverim.

POSITIVUS Maſc. Gen.

	Abſol.	Emphat.
	Sing	
N.	Gods. Matth. 7, 14.	Goda. Matth. 7, 14.
G.	Godis. Luc. 2, 14.	Godins. Matth. 5, 35.
D.	Godamma. Matth. 27, 58.	Godin. Luc. 3, 29.
A.	Godana. *) Luc. 7, 10.	Godan. Marc. 3, 27.
	Plur.	
N.	Godai. **) Matth. 9, 10.	Godans. Marc. 10, 42.
G.	Gadaize. Matth. 7, 17.	Godane. Luc. 9, 26.
D.	Godaim. Marc. 7, 2.	Godam. Marc. 8, 38.
A.	Godans. Matth. 6, 45.	Godans. Marc. 14, 7.

*) Vocativus ſimilis eſt nominativo emphatico *goda*. v. *Marc.* 1, 25. 10, 17. *unſelja*, *Luc.* 19, 22.

**) Nominativus pl. irregularis eſt *invinda. Luc.* 18, 11. qui tamen erroribus amanuenſis erit annumerandus.

POSITIVUS Femin. Gen.

	Abſol.	Emphat.
	Sing.	
N.	Goda. Marc. 14, 59.	Godo. Luc. 6, 6.
G.	Godaizos. Marc. 4, 30.	Godons. Marc. 10, 17.
D.	Godai. Matth. 27, 46.	Godon. Marc. 4, 20.
A.	Goda. *) Marc. 15, 37.	Godon. Luc. 19, 30.
	Plur.	
N.	Godos. Matth. 27, 55.	Godons. Luc. 7, 47.
G.	Godaizo. Marc. 12, 28.	Godono. **)
D.	Godaim. Marc. 5, 4.	Godom. Marc. 13, 17.
A.	Godos. Luc. 1, 3.	Godons.

*) Voca-

*) Vocativus ſimilis eſt nominativo abſoluto. v. *Luc.* 1, 28.

**) Lacunas formæ emphaticæ ſupplet hinc ſchema participiorum paſſivæ coniug. fem. gen. inde nominum fem. in *o* deſinentium.

POSITIVUS Neutr. Gen.

Sing.

Abſol.	Emphat.
N. God & Godata. *) Matth. 7, 19. Marc. 14, 15.	Godo. Luc. 18, 27.
G. Godis. Joh. 10, 33.	Godins. **)
D. Godamma. Matth. 27, 60.	Godin. Matth. 6, 13.
A. God. Joh. 8. 26.	Godo.

Plur.

N. Goda. Matth. 27, 52.	Godona. Marc. 7, 23.
G. Godaize. Matth. 8, 30.	Godone.
D. Godaim.	Godam.
A. Goda.	Godona.

*) Terminatio *ata* mere euphonica eſt, ut patet evolventi *Marc.* 2, 9. 11. *Joh.* 6, 65. & 7, 6, 8. *Matth.* 6, 10. coll. *Joh.* 17, 6.

**) Neutra emphatica ſequuntur flexionem nominum neutrius generis in *o* deſinentium, & inde ſchema hoc ſuppletur.

COMPARATIVUS Maſc. Gen.

Sing.	Plur.
N. Batiza. *) Luc. 7, 28.	N. Batizans. Matth. 7, 26.
G. Batizins. Marc. 15, 40.	G. Batizane. Luc. 9, 8.
D. Batizin.	D. Batizam. Matth. 5, 33.
A. Batizan.	A. Batizans.

*) Sequitur hic comparativus naturam nominum Maſc. in *a* deſinentium.

COMPARATIVUS Fem. Gen.

Sing.	Plur.
N. Batizei. *) Matth. 12, 30.	N. Batizeins.
G. Batizeins.	G. Batizeino.
D. Batizein. Matth. 27, 64.	D. Batizeim.
A. Batizein. Joh. 15, 13.	A. Batizeins. Joh. 7, 31.

*) Confer nomina feminina in *ei* deſinentium. *Mais Matth.* 7, 25. ponitur pro *maizei. Niu ſaivala mais iſt fodeinai*, niſi forte *mais* ibi ſit neutrum, adeoque verti debeat plus: nonne anima plus eſt cibo? Cfr. *Luc.* 7, 26.

COMPARAT. Neut. Gen.

	Sing.		Plur.
N.	Batizo. *) Matth. 9, 14. 5, 37.	N.	Batizona.
G.	Batizins.	G.	Batizone.
D.	Batizin.	D.	Batizam.
A.	Batizo. Matth. 6, 47.	A.	Batizona. Joh. 14, 12.

*) Congruunt nomina neutrius generis in *o* exeuntia.

Not. 1. *Managiza praufetau Matth.* 11, 9. iudicat *Lye* pag. XL. poni pro *managizo*, & ita quoque in C. A. legi, docet *Ulphil. illuſtr.* p. 16. Apud *Lucam* legitur *mais profetu*, quod eodem recidit.

SUPERLATIVA. Maſc. Gen.

	Abſol.	Emphat.
	Sing.	
N.	Batiſts. *) Marc. 9, 34.	Batiſta. Marc. 12, 20.
G.	Batiſtis.	Batiſtins. Marc. 5, 7.
D.	Batiſtamma.	Batiſtin. Marc. 14, 12.
A.	Batiſtana. Marc. 12, 6.	Batiſtan. Luc. 14, 9. **)
	Plur.	
N.	Batiſtai.	Batiſtans. Marc. 14, 55.
G.	Batiſtaize.	Batiſtane. Matth. 11, 42.
D.	Batiſtaim.	Batiſtam. Marc. 6, 22.
A.	Batiſtans.	Batiſtans. Luc. 7, 3.

*) Sequitur forma tam abſoluta quam emphatica flexionem adiectivorum poſitivi gradus.
**) Vocativus *batiſta* occurrit *Luc.* 1, 3.

SUPERLATIVA Femin. Gen.

	Abſol.	Emphat.
	Sing.	
N.	Batiſta. Marc. 12, 22.	Batiſto.
G.	Batiſtaizos.	Batiſtons.
D.	Batiſtai.	Batiſton.
A.	Batiſta.	Batiſton. Luc. 15, 28.

Plur.

		Plur.
N.	Batiſtos.	Batiſtons.
G.	Batiſtaizo.	Batiſtono.
D.	Batiſtom.	Batiſtom. Matth. 11, 20.
A.	Batiſtos.	Batiſtons. Matth. 5, 19.

*) Parallela ſunt, quæ habet gradus poſitivus femininorum.

SUPERLATIVUS Neutrius Gen.

	Abſol.	Sing. Emphat.
N.	Batiſt. Marc. 4, 31.	Batiſto.
G.	Batiſtjis.	Batiſtins.
D.	Batiſtja. Joh. 6, 54.	Batiſtin. Luc. 1, 2.
A.	Batiſt. Marc. 5, 23.	Batiſto. Matth. 8, 12.
		Plur.
N.	Batiſtja.	Batiſtona.
G.	Batiſtje.	Batiſtone.
D.	Baſtiſtjam. Marc. 11, 10.	Batiſtam.
A.	Batiſtja.	Batiſtona.

*) Sequitur forma abſoluta flexionem neutrorum in *i* deſinentium, uti patet ex dativo caſu utriusque numeri, forma vero abſoluta flexionem nominum neutrius generis in *o* terminatorum.

§. IV.

De nominibus adiectivis in genere porro notamus, illa æque ac nomina, in tres claſſes commode digeri, quarum prima eſt ſimplicium, quæ in s exeunt, præcedente conſona alia: altera vocalem in fine habet, tertia terminationes varias. Ad claſſem primam pertinent.

Abrs, validus.
Anfalths, ſimplex.
Alls, omnis.
Andanems, gratus.
Andaſets, abominabilis.
Azets, facilis.
Audahafts, dives.
Bauds, inſulſus.
Baurs, natus.
Biuhts, ſolitus.
Bleiths, mitis.
Blinds, cœcus.
Braids, latus.
Dauths, mortuus.
Dvals, ſtultus.
Diups, profundus.
Dumbs, mutus.
Fagrs, utilis.
Faihufriks, avarus.
Faurhts, timidus.
Filugalaubs, multum fidus.
Framaldrs, ſenex.
Frods, ſapiens.
Fulls, plenus.

Fuls, putris.
Galeiks, ſimilis.
Gamaidis, debilis, membro captus.
Gamains, communis.
Ganohs, multus.
Garaihts, iuſtus.
Gaſkohs, calceatus.
Gatils, opportunus.
Gaurs, triſtis.
Gods, bonus.
Gumakunds, maſculus.
Hails, ſalvus.
Haithns, Ethnicus.
Halbs, dimidius.
Halts, claudus.
Hauhs, altus.
Hrains, purus.
Hulths, propitius.
Ibns, æquus.
Ibuks, retrogradus.
Innakunds, domeſticus.
Invinds, iniuſtus.
Iuggs, iuvenis.
Kalds, frigidus.
Klahs, puſillus.
Laus, inanis.
Lausquithrs, ieiunus.
Leitils, parvus.
Leiks, ſimilis.
Liubs, gratus.
Managfalths, multiplex.
Midums, medius.
Mikils, magnus.
Mikilthukts, arrogans.
Miſſaleiks, varius.
Modags, iratus.
Naqvads, nudus.
Qhalaqharbs, inconſtans.
Qheits, albus.
Raihts, æquus.
Raths, facilis.
Rums, amplus.
Sads, ſatur.
Sildaleiks, mirus.
Silubrs, argenteus.
Siuks, ægrotus.
Slaihts, æquus.
Sleihts, ſævus.
Snutrs, callidus.
Stams, balbutiens.
Svalauds, talis.
Svarts, niger.
Svers, honoratus.
Sves, proprius.
Svinths, fortis.
Suts, facilis.
Tharbs, pauper.
Tharihs, villoſus.
Thrutsfills, leproſus.
Triggvs, fidus.
Tvaihrs, iratus.
Ubils, malus.
Unleds, pauper.
Unſels, malus.
Untals, inobediens.
Unvahs, inculpatus.
Usfilms, timidus.
Vairths, dignus.
Veihs, ſanctus.
Vithravairths, contrarius.
Vods, inſanus.
Vraiqs, obliquus.

Not. 1. Nonnulla horum in flexione j inſerunt e. g. *unſel*, *unſeljis*, *ſleiths*, *ſleidjai*.

Ad

Ad classem alteram pertinent

Desinentia in *a.*

Astuma, posterus.
Ainaha, unicus, in femin. *Ainoho.*
Alevja, olivifer.
Allakja, omnis.
Allatharba, omnium indigus.
Arzja, errans.
Frija, liber.
Favai, pauci.
Framathja, peregrinus.
Fruma, prior.
Hnasqvja, mollis.
Laushandja, manus vacuas habens.
Midja, medius.
Sunja, verus. *Joh.* 17, 3.
Thaisva, dexter.
Unbrukja, inutilis.
Unkarja, incuriosus.
Unsibja, non pacificus.
Ustrudja, segnis.

Hæc modo recensita in femin. genere habent *a* & emphat. *o*, ut *thaisva thaisvo*, in neutro *o.*

Desinentia in *i.*

Fairni, antiquus.
Niuvi, novus. *)
Wilthi, sylvestris, quod occurrit *Marc.* 1, 6. in margine, vid. præf. *Ulphilæ illustr.*

*) Femininum habet *niuja*, neutrum *nivi* & *niujata*, emphat. *niujo.* *Fairni* in neutro habet *fairni*, & emphat. *fairnjo* *Luc.* 5, 39. ubi vide *Ulphil. illustr.* p. 52.

Tertiæ classis sunt

Desinentia in *ags.*

Audags, beatus.
Gredags, esuriens.
Manags, multus.
Modags, iratus.
Vulthags, splendidus, gloriosus.

Desinentia in *ahs.*

Steinahs, lapidosus.
Unbarnahs, ἄτεκνος.

Utraque hæc sequuntur flexionem regularem & ordinariam.

Desinentia in *ohs.*

Ganohs, multus.

Desinentia in *ams.*

Handsams, cui manus altera deest.
Haihams, cocles.

Timide hæc apposui, quum incertus sim, quæ harum vocum vera facies sit. Nisi fallat mea conіectura, *handsamma* positum existimari debet pro *handsamamma* & *haihamma* pro *haihamamma*, ad vitandum recursum eiusdem syllabæ. Certum enim est, in utraque hac voce *amma* pertinere ad formationem dativi casus, atque radicale non esse. Occurrunt hæ voces *Luc.* 9, 43. 47. v. *fragm. Ulph.* ad *Rom.* 14, 14.

Desinentia in *ans.*

Frahuntans, captivus.
Gathaursans, arefactus.
Unsaltans, insulsus.
Unsibjans, iniquus. *Matth.* 7, 23.
Vundans, vulneratus.

Desinentia in *igs.*

Gabigs, dives.

Desi-

Desinentia in *eigs.*

Mahteigs, potens.
Gabeigs, dives.
Gavairtheigs, pacificus.
Sineigs, vetus, senex.
Thiutheigs, bonus.

Desinentia in *eins.*

Aiveins, æternus.
Bairgaheins, montanus.
Barizeins, hordaceus.
Eisarneins, ferreus.
Filleins, pelliceus.
Liuhadeins, lucidus.
Riquizeins, tenebrosus.
Sinteins, perpetuus.
Sunjeins, sanctus.

Not. I. *Bairgahein* dat. sing. femin. occurrit *Luc.* 1, 39. 65. qui nescio an indicio sit, ἄκλιτον hoc esse, ut *Fadrein* v. supra p. 227.

Desinentia in *is.*

Fullatojis, perfectus.
Ubiltojis, maleficus.

Adiectiva hæc esse, ostendit flexio, occurrit enim nomin. plur. *fullatoja. Matth.* 6, 48.

Desinentia in *ins.*

Fulgins, occultus.

Loca, ubi vox hæc occurrit, videri possunt, in *notis* ad *fragmenta Ulphil.* pag. 166.

Desinentia in *isks.*

Haithivisks, sylvestris.
Mannisks, humanus.

Desinentia in *uds.*

Ahtuds, octavus.

Desinentia in *us.*

Aglus, molestus.
Aggvus, arctus.
Manvus, paratus.
Hardus, durus.
Seithus, serus.
Thaursus, aridus.
Thlaqvus, mollis.
Tvalibvintrus, duodecennis.

Irregulare quid hæc forma adiectivorum habet: quantum vero ex coniectura, analogia & collatione vocum huius terminationis elicere potui, hæc fere inflexio erit.

	Masc. Sing.	*Femin.* Sing.	*Neutr.* Sing.
N.	Thaursus.	Thaursus. Luc. 6, 6.	Thaursu. Joh. 6, 60. & Thaursjata. Marc. 14, 15.
G.	Thaursaus.	Thaursaus.	Thaursaus.
D.	Thaursau.	Thaursjai.	Thaursau.
A.	Thaursu.	Thaursja. Luc. 6, 8.	Thaursu.

Thaursjana Marc. 11, 20. & *gautharsana* pertinent ad desinentia in *ans*, vel potius participia passiva sunt, a verbo *thaursan*, *thaursjan*, arescere.

Desinentia in *Unths.*

Svikunths, manifestus.

DE

DE LINGUA CODICIS ARGENTEI,

MDCCLIV.

§. I.

Quum eo iam perventum eſſet, ut propediem publicam lucem foret viſura altera pars Ulphilæ illuſtrati, in animum quidem induxeram, procemium quoddam de lingua codicis argentei eidem diſſertationi præfigere; verum enim vero, quum modum academici ſpeciminis hunc laborem dudum transgreſſum eſſe, animadverterem, committere nolui, ut operoſo prologo inſuper oneraretur. Separata itaque opera in præſentia iis mei inſtituti rationem ero rediturus, qui vitio mihi forte verterint, quod qui iam toties *Ulphilam* nominavi & *linguam Mœſogothicam*, ſatis non indicavi, ambigi adhuc dum, quid linguæ ſit, quo conſcriptus eſt argenteus codex, quemque auctorem agnoſcat, Ulphilamne, an, neſcio, quem ſcriptorem Francicum. Sub examen itaque quam fieri poterit breviſſimum, totam hanc controverſiam vocabo.

§. II.

Poſtquam e Werdinenſis cœnobii latebris, & Pragenſis urbis excidio, in lucem atque ſub eruditorum oculos primum pervenit codex ille membranaceus, qui a characterum colore, argenteus dici conſuevit, communi veluti eruditorum calculo, *Ulphilæ* ſtatim adiudicatus eſt. *Antonius Morillonius*, *) qui omnium primus aliquam huius codicis mentionem fecit, in ſchediasmate, quod poſtea publici iuris fecit *Bonaventura Vulcanius*, ſermonem Gothicum agnovit. Vir harum litterarum peritiſſimus *Franc. Junius*, qui eundem erudita opera illuſtravit, quemadmodum etiam *Thomas Mareſchallus*, qui auctore ſuo digniſſimas ſymbolas Juniano labori addidit, *Ulphilæ* ſe verſionem terere arbitrati ſunt, eamque Gothica ſive Mœſogothica lingua conſcriptam. Taceo diverſarum nationum eruditos alios, qui eadem docuerunt, quosque ſi innumeros eſſe dixero, nihil a veritate alienum narravero. Sed uti numero depugnare, animus non eſt, ita breviter dicam, quid in hanc opinionem eos induxerit.

§. III.

Scilicet apud veteres tam eccleſiaſticæ, quam civilis hiſtoriæ ſcriptores, ſedulo annotari, & tanquam ſingularis & pietatis & laboris opus laudibus ferri, videmus, quod *Ulphilas*, Gothorum in Mœſia habitantium epiſcopus, in gentis huius linguam vernaculam ſacræ ſcripturæ libros converterit. Commemorant id *Socrates*, *Sozomenus*, *Nicephorus Calliſtus*, martyrii Nicetæ ſcriptor apud *Simonem Metaphraſten*, *Philoſtorgius*, *Iſidorus Hiſpa-*

---

*) Creditur ille conſcripſiſſe diſſertationem de lingua & litteris Gothorum. v. *Uſſerii* epiſt. ad *Franciſcum Junium* præmiſſa Gloſſario huius Ulphilano.

Sed ita tamen, ut dubius hæreat ipſe *Vulcanius*, *Morilloniumne* an *Schoonhovium* auctorem agnoſcat. Qui verocunque auctor fuerit huius tractatus, haud ſane absque iniuria illi imputari poteſt, quod habet La *Croze* in epiſtola ad *Chamberlainium*, nihil aliud velle eum, dum Gothicas litteras nominat, quam antiquas & ab hodierna forma recedentes: uti Gallis id loquendi genus, haud infrequens eſt. Avertit vero hanc ſuſpicionem auctor ipſe in ipſo ſtatim opellæ limine. Dum vero hoc ſchediasma nomino, facere non poſſum, quin obſervem, auctorem iam animadvertiſſe, vulgari modo codicem arg. non eſſe exaratum, ita vero ille p. 16. *Littera qua argenteus codex pictus magis eſt, quam ſcriptus.*

Hispalensis, *Jornandes*, auctor historiæ miscellæ, aliique sequioris ævi scriptores. Præter hanc versionem, quum haud videamus commemorari Gothicam aut Theotiscam metaphrasin aliam; probabile eruditis visum, illas, quas habemus, codicis argentei reliquias, Ulphilani laboris monumenta esse, idque eo magis, quum insignis, quæ inter idioma eius linguasque ceteras Scythicæ originis, Alemanicam, Francicam, Anglo Saxonicam, Islandicam, Sueogothicam, ceterasque convenientia est, opinionem hanc, haud parum videatur confirmare.

§. IV.

Hoc licet ita sit, fuere tamen nonnulli eruditorum, qui in alia abierint, & Francicæ nationis hominem fuisse auctorem huius versionis, in animum induxerint. *Georgius Hickesius*, vir in prisca litteratura alemannica & Anglo Saxonica versatissimus, non sibi liquere professus est. *Mathurinus* vero *Veyssiere La Croze*, vir eruditissimus, & bibliothecæ regiæ Berolinensis præfectus celeberrimus, orbem eruditum antiquo errore liberaturus, peculiari dissertatione, quam in modum epistolæ *Joh. Chamberlaynii* orationi dominicæ πολυγλώττῃ præfixit, quæque deinde thesauro epistolico Lacroziano inserta est, hoc argumentum pertractavit, idque eo successu, ut in suas partes non modo litteratissimum *Theophilum Sigefridum Baierum*, ut idem thesaurus fidem facit, sed etiam quam plurimos Germaniæ eruditos pertraxerit, lætantes patrio eorum solo pretiosum hoc antiquitatis monumentum ita adiudicatum iri.

§. V.

Ego vero quum primum *La Crozii* argumenta expendere cœpi, mihi certe temperare non potui, quin mirarer, quam facile fieri possit, ut in luce caligemus, & rationes quantumcunque debiles pro classicis habeamus, ubi vel inventionis gloria nobis blanditur, vel auræ servire lubet. Sed neutrum forte spectabili huic seni imputari debet, a me omnium minime, qui hanc a me ipso suspicionem lubenter averterim, quam nuper incurrisse apud non neminem universum nomen Suigothicum deprehendo, qui, nos ideo Gothice scripsisse Ulphilam contendere, ait, ut nostræ quid lucremur patriæ. Amoliri a me hanc accusationem iam semel iterumque volui, utpote qui liquido professus sum, Gothica quidem esse hæc Ulphilæ, sed non Suigothica, & ita Gothica, ut ad Francos, Batavos, Anglos, pæne æquo iure pertineant, atque ad Suecos Islandosque. Et si imbecillis ingenii merito habetur, in fraudem veritatis amori suo in patriam quidquam dare, altera illa nec forte minor imbecillitas fuerit, immerita probra in universam gentem coniicere.

Sed ut e diverticulo in viam redeam, qua fieri poterit brevitate, Lacroziana argumenta bona fide recensebo, quid singulis inesse roboris credam, candide indicaturus.

§. VI.

Prima illius ratio hæc est, quod in illa orbis parte, quæ Francicæ olim ditionis fuit, codex argenteus inventus sit. Sed in hoc argumento refutando multi non erimus. Nos Suecos merito certe riderent exteri, si Suigothicam linguam codicis huius esse, exinde conclu-

deremus, quod Upsaliæ iam servatur. Quis nescit instabiles librorum sedes? Valeret hoc argumentum si de colossico signo aut equestri statua sermo esset, de modico libro non item.

Altera ratio est, quod nonnulli litterarum Ulphilanarum ductus ad veterem scribendi rationem Francorum, quam exhibent *Boterovius*, & post eum *Mabillonius*, prope accedant. Sed elidi nervos huius argumenti, facile animadvertit, qui cogitaverit, me nec statuere seculo VIto, nec trans Danubium membranas hasce exaratas fuisse, sed citeriori tempore rerum summam in Italia tenentibus Ostrogothis. An mirum igitur, gentem cognatam & vicinam, litteras, quousque communes fuere, parili figura pinxisse?

Tertium, quod affert, argumentum, suppeditant eædem hæ litteræ latinæ, quæ Gothicis immixtæ sunt. Quærit vero, *Ulphilas, qui inter Græcos degit, & cui nullum fuisse videtur in Mœsia, quam tunc incolebant Gothi, cum latinis commercium*, unde latinas has litteras acceperit? Non satis mirari possum, excidere hæc potuisse viro eruditissimo, qui tamen ignorare non potuit, utramque Mœsiam, superiorem & inferiorem, iam diu Romanam fuisse provinciam, a magistratibus Romanis gubernatam, & Latio vario & amicitiæ & hostilitatis documento cognitissimam. Plena manu afferre possem testimonia historicorum, inscriptionum, numismatum: sed piget in re testatissima oleum meum operamque disperdere.

Quartum vero &, quod palmarium ipse habet argumentum, desumitur a loco *Gregorii Turonensis*, qui commemorat, *Chilpericum* temerario novaturiendi studio, litteris Francicis quatuor novas addidisse. Harum autem tres, quum in alphabeto codicis argentei sibi invenire visus sit, *La Crozius*, coniicit, regnante *Chilperico*, Francorum rege, qui anno Christi 587 esse desiit, membranas hasce scriptas fuisse: quum probabile non sit, diuturnius ævum habuisse litteras hasce vitio creatas. Sed ne quid valoris sui verba Lacroziana amittant, ipsummet loquentem audiamus: „Induxerat, inquit, *Chilpericus*, referente *Gregorio Turonensi*, novas litteras in alphabetum, quod ego de lingua Francica „ semper intelligendum duxi. Quam pervicax enim & inepta fuisset illa barbaries, si in „ linguam Romanorum iam fere mortuam, princeps peregrinus & semibarbarus novas lit- „ teras inferre decrevisset, eo conatu, qui in *Claudio* imperatore, homine Romano & „ erudito, vigente tum & florente lingua latina, contemtu & ludibrio exceptus erat? Præ- „ terea qui *Chilpericus* litteras suas Hispanis, Italis, Afris & aliis gentibus obtrusisset, „ quæ tunc latina litteratura utebantur? Equidem scio, hunc conatum vanitatis nomine ex- „ agitatum fuisse: at stulto quamtumlibet consilio *Chilpericus* usus sit, sunt tamen stulti- „ tiæ sui fines, intra quos consistit, nisi in amentiam & animi impotentiam abeat: nec po- „ tuisset id a rege Francorum tentari, quod nulla ratione perficiendum vel puer ex aula „ docuisset, ne *Gregorium* ipsum dicam, qui libere satis, si quæ ipsi fides Chilperici „ errores arguere solebat. Hoc itaque novarum litterarum commentum Francicas litteras „ spectare tantisper censeo, dum certiora doceantur; interim sententiam meam haud ita „ improbabilem esse, sequentia forte clarius ostendent. Ipsa *Gregorii Turonensis* verba „ hic describere opportunum erit: *addidit autem* (*Chilpericus*) *& litteras literis nostris,* „ *id est ω, sicut Græci habent, ae, the, uui, quarum characteres subscripsimus. Hi* „ *sunt, ω, ψ, Σ, Δ. Et misit epistolas in universas civitates regni sui, ut sic pueri docerentur,*

„ *rentur, ac libri antiquitus scripti planati pumice rescribentur.* Ita quidem has litte-
„ ras descriptas exhibet *Ruinartus* in elegantissima *Gregorii Turonensis* editione, qui de-
„ inde alias harum litterarum formas ex Almoino profert in §. II. appendicis novæ libri
„ sexti de re diplomat. novæ editionis, ita tamen, ut hanc *Gregorii* lectionem esse & vetu-
„ stissimam arbitretur. Hæ autem litteræ in codice argenteo occurrunt, uno ◦ excepto,
„ cuius formam nusquam ibidem observavi. Jam vero ⱷ pro *ae* diphtongo adhibitum
„ fuisse vix credibile est: transpositis ergo elementis *the* primo loco legendum puto, quæ
„ littera in codice argenteo pro *theta* Græco usurpatur: *Z* vero idem codex frequentat,
„ pro qua littera *Ze* in primis *Gregorii* codicibus scriptum fuisse arbitror, secundum or-
„ dine & loco temere motum. Superest nonnihil difficultatis in littera Δ, quam his ele-
„ mentis *uui*, *Gregorii* editio exprimit. Litteram sane, quæ vim habeat huius soni signi-
„ ficandi, argenteus codex habet, quam initio secundæ petitionis orationis dominicæ inve-
„ nies, etsi eam per litteram *Q* perperam, ni fallor, in lectione expressam video. At
„ olim *uinai* lectum fuisse videtur, crasso quidem & adspirato sono, qui sensim in lingua
„ Germanica in *Q* vel *K* immutatus sit, & in lingua Gallica in litteram *G*, ut nomen illud
„ Wilhelmus ostendit, quod Galli modo omnes *Guillielmum* pronunciant. Atqui cum
„ ea littera non nihil ad *D* latinum in illius ævi manuscriptis accedat, facillime ab ama-
„ nuensi imperito in Δ Græcum mutari potuit.„ Hactenus *Lacrozius*. Ego vero dum
severiori lance hanc argumentationem expendo, plane nihil invenio, quod a receptiore sen-
tentia me dimovere possit. Ut autem toti huic rei aliquid lucis fœnerer, ad sequentia mo-
menta B. L. animum attendere iubeo.

§. VII.

1mo. Negari nequit, satis pro imperio verba *Gregorii* refingi. Quatuor heic ad-
sunt litteræ, quarum duæ loco suo moventur, tertia Σ transmutatur in *Z*, quarta ex tri-
quetra semicircularis fit, & sonum, quem in codice revera habuit, (id quod harmonia
linguarum cognatarum aliæque rationes abunde probant, cfr. *Junii* alphabetum Gothicum
præmissum Glossario eius Ulphilano p. II.) amittit.

§. VIII.

2do. Imperitum dicere ausim, quod *Lacroze* alphabetum, sive Francicum sive lati-
num, littera *Z* tanquam nova a *Chilperico* adaugeri potuisse credat. Nam quicquid cri-
minentur historici, adeo domi talpa esse non potuit rex ille, ut ignoraret, in Francico
idiomate nullam esse litteram, quæ in ore & calamo civium eius frequentior fuerit, quam
illa, de qua loquimur, *Z*. Rem me litteraturæ Theotiscæ gnaris notissimam loqui arbi-
tror, sed si quis testem adhibendum velit, dabo locupletem, virum de quo musæ Germa-
nicæ merito glorientur, litteratissimum *Wachterum*, qui in prolegomenis Glossarii Germ.
Sect. III. hæc notatu digna habet: „*Z* Anglo Saxones non utuntur, nisi in vocibus externis,
„ quales sunt Zacharias & Elizabeth; Gothi vero, Franci & Alamanni in domesticis; illi
„ parcius, hi intemperantius. Ubi tamen observandum, quod Gothi hoc elemento nun-
„ quam utantur in iisdem vocibus ut Franci & Alamanni, sed plerumque in aliis, & a

„ Francico & Alamannico idiomate alienis: quales ſunt *izwis* vos, *hazjan* laudare, *marzjan* ſcandalizare, *razn* domus, *huzd* theſaurus, &c. Et quod Franci & Alamanni Gothorum & Saxonum *T* continuo convertant in *Z*, id quod cuivis vel librum aperienti manifeſtum eſſe poteſt. HÆC UNA LITTERA, SI NULLA PRÆTEREA ARGUMENTA SUPERESSENT (SUPERSUNT AUTEM QUAM PLURIMA), SATIS OSTENDERET, CONIECTURAM EORUM, QUI INTERPRETEM CODICIS ARGENTEI HOMINEM FRANCICUM FUISSE VOLUNT, MINIME OPINABILEM ESSE.„ *)

3tio. Quantumcunque deinde largi ſimus, reſtare non poſſunt niſi duæ litterarum novitiarum: iam autem lubens ſcire velim, hocne argumentum auctori remittere poſſim, atque adeo quærere, ſi regnante *Chilperico* hic codex ſcriptus eſſet, cur duarum litterarum excludendarum licentiam ſibi permiſerit ſcriptor codicis argentei?

§. IX.

4to. Sed hiſce omnibus tanto magis ſuperſedere potuiſſem, quanto mihi certius eſt, non de Francicis, ſed de latinis litteris a *Gregorio* verba fieri, & has adeo eſſe, quas locupletare voluit *Chilpericus.* Notatur enim ab hiſtorico noſtro, mandatum hoc univerſis regni Francici civitatibus datum fuiſſe; aſt illarum omnes Theotiſco ſermone non utebantur; ſed erant adhuc, qui latini ſermonis fæculas retinerent, erant qui Celtice loquerentur. Quod inſuper vel inde evidentiſſime mihi probari videtur; quod inſtitutum hocce ad eiusmodi linguam ſpectet, in qua *librorum antiquitus ſcriptorum* copia fuerit. Francorum vero res litteraria quo in ſtatu hoc tempore fuerit, locus ille *Otfridi*, quem allegat *Lacrozius*, nimium evidenter comprobat. *Lingua hæc*, inquit, *veluti agreſtis habetur, dum a propriis nec ſcriptura nec arte aliqua ullis eſt temporibus expolita.* Conatur quidem hunc ictum eludere *Lacrozius*, arbitratus, *Gregorium* tantum ſignificare, *a propriis* excultam non fuiſſe L. Francicam, ſed id non impedire, quo minus exteri eadem ſcribere potuerint. Sed quid quæſo eſſet, quod peregrinos permoveret, ut Francice diſcerent, immo etiam libros hac L. conficerent? & ſi hoc eſſet, ſique peregrinos cultores allicere poſſet, non certe agreſtis haberetur. Verum enimvero ſi *Otfridi* verba effugiis locum relinquere poſſint, longe omnium evidentiſſimum arbitror illud teſtimonium, quod dicere videmus ſcriptorem Theotiſcum, qui ſub *Ludovico* Pio imperatore (Germanicum alii credunt) præfationem ſcripſit in translationem metricam vet. atque novi Teſtamenti Saxonicam. Inſerta legitur hæc præfatio collectioni ſcriptorum Franc. *du Chesnii*, repetita in nuperæ collectionis Pariſ. Tom. VI. p. 256. inter alia vero hæc habet notatu ſane digniſſima. „Cum divinorum librorum ſolummodo litterati atque eruditi prius notitiam „ haberent, eius (*Ludovici*) ſtudio atque imperii tempore, ſed Dei omnipotentia atque „ inchoantia mirabiliter actum eſt nuper, ut cunctus populus ſuæ ditioni ſubditus, Theotiſca loquens lingua eiusdem divinæ lectionis nihilo minus notionem acceperit. Præcepit namque cuidam uno de gente Saxonum, ut vetus ac novum Teſtamentum in Germanicam

*) Addo teſtimonium *Otfridi*, ſcriptoris Francici, in dedic. ad *Luitbertum* p. II. edit. Schilt. *K & Z ſæpius lingua Francica extra uſum latinitatis utitur*, &c.

„ manicam L. poëtice transferre ſtuderet &c. „ Diſcimus hinc certe, in Theotiſcum ſermonem nunquam antea translata fuiſſe S. oracula, quod ſalva veritate dici non poſſet, ſi quarto iam ſeculo, aut etiam prius, ſi *Hickeſium* audimus, in Francicum idioma per cod. arg. converſa fuiſſent divina oracula. Quum proinde, ut id hoc loco moneam, omnes antiqui ſcriptores Gothicam metaphraſin laudent, Germanicam vero non taceant ſolum, ſed & expreſſe factam negent, neſcio, qui in mentem eruditis venire poſſit, ut veritati adeo evidenti ſigna ſua obvertant.

§. X.

Fuere adeo ſcripta latinæ linguæ, quæ hanc mutationem ſubierunt: ſed qualis illa cenſenda ſit, aut in quo conſtiterit, dictu difficile eſſe, fateor. Sed quum tamen rei diplomaticæ illuſtrandæ hic locus inſerviat, aliquam illi lucem affundere conabor. Id autem omnium primo mihi haud gravate concedi, arbitratus fuero, in tanto latinam explicationem inter & quatuor Græcarum litterarum valorem diſſidio, perexiguam harum rationem eſſe habendam. Notum eſt illud medii ævi: *Græca ſunt, non leguntur. Gregorii* proinde ſcriptum, poſtquam per aliquot ſecula inductis ſcribarum manibus deformatum fuerat, mirum non eſt, ſi Græcæ litteræ nihil ſinceri retinuerint: ſola vero latina interpretatio ſi nobis pro cynoſura fuerit, inveniemus ſtatim, ubi pedem figamus: Ex indicio nempe *Gregorii* civitate donare voluit *Chilpericus* litteras e Græcia mutuatas, quæ *o* longum ſonarent, *æ*, *the* & *uui*, quibus, niſi fallor, nil aliud ſignificandum habuit, quam omiſſis aut forte ignoratis Græcis nominibus, *omega*, *æta*, *theta* & *phi*, quarum priores duæ vocales longæ vel compoſitæ eadem quidem figura, florente quoque Latio, pingebantur ac ſimplices brevesve, ſed diverſiſſimi tamen ſoni fuere. Poſterioribus duabus conſonis etiam caruit Latium, idque ita, ut per ambages illas ſignificare, habuerit neceſſum, ut notum cuivis eſt, θ & φ per *t* & *p* cum addita aſpiratione exprimens. Non itaque adeo ineptus fuit *Chilpericus*, qui hæc comminiſcebatur, licet eventu fruſtratus fuerit, & ad id imperium extenderit, quod omnium difficillime leges accipit. Non eſt, quod moneam, *phi* per *uui* efferri, quo lapſu nullus Germanicæ nationis homini facilior eſſe poterat. *)

Videant iam, qui tantopere contendunt, codicem argenteum Francica L. conſcriptum eſſe, quibus armis adverſus nos pugnent. Ego quidem is non ſum, qui cuiquam præfracte obluctari velim, ſed dandam mihi veniam iure poſtulavero, ſi antequam a ſententia tot eruditorum calculis confirmata receſſero, certiores rationes poſtulavero. Interea quum iam in hac arena ſimus, relictis aliorum coniecturis, tanquam de integro rem cognitioni noſtræ ſubiiciamus, viſuri, aliquidne ex ipſo linguæ genio, quod ad rei declarationem faciat, indagare liceat. Illuſtrandæ huic controverſiæ ſequentia momenta aliquam forte faculam prætulerint.

§. XI.

*) In *Mabillonii* muſeo Ital. p. 141: inſcriptio eſt latina ſequioris ævi, ubi præter ω videmus quoque Θ & Φ in Theophila: ut adeo illa formata videri poſſit ſecundum præcepta *Chilperici*, non vero codex noſter argenteus.

§. XI.

5. Quo ſolicitius codicem argenteum cum monumentis Francicis, quæ in Schilteriano opere inveniuntur, contendo, eo evidentius inter ambas has linguas diſcrimen invenio. Magnum mihi mare navigandum foret, ſi huic tractationi cymbulam meam immitterem. Sed loquor non inobſervata aliis. Celeberrimum *Wachterum*, qui peculiare ſchediasma de lingua codicis argentei edidit, nunc iterum teſtem apello, & illo antiquiorem *Georg. Caſp. Kirchmaierum* in diſſ. Wittebergæ habita de lingua Scytho Celtica & Gothica p. 47. qui ambo a verbis auxiliaribus Francis familiariſſimis, codici vero argent. peregrinis, idem demonſtraverunt. Ego quoque uti Ulphilam non ſemel nec incurioſa manu volutavi, nec minus ſtudioſe Francicos ſcriptores conſuli, ita inveniſſe mihi videor, duas has linguas, etiamſi facile appareat matre eadem ambas eſſe prognatas, maiori tamen differentia quam ullas cognatarum inter ſe diſtingui. Sumamus exempli loco prima Gloſſarii Ulphilani verba, & cum Francicis contendamus.

Abin. caſ. obl. maritum notat. Vox hæc, quantum mihi conſtat, Francis penitus peregrina eſt. Utuntur eius loco *gomman* &c.

Abraba valde. Vox Francice ignorata, niſi illud *bora Otfridi* huc referre volueris. At certe terminatio illa adverbiorum in *aba*, Gothis peculiaris eſt, de qua in ſpecimine Ulph. I. haud pauca.

Abrs magnus. Vox pariter Theotiſcæ linguæ ignota. Terminatio adiectivorum Gothica heic cernitur; quæ fere in *ſ* exeunt: ut *riks* dives, *gaurs* triſtis, *audags* beatus. Inſolentius vero hoc Francis ſcio, utpote quorum adiectiva vario alio modo terminantur.

Sed reprimo me, inque medio curſu ſuſtineo; obſervationem enim inſtituo, non librum.

§. XII.

6to. Dum uno obtutu univerſæ L. Gothicæ, quod reſtat, contemplor, invenio ibi præter Gothica & Scythica, de quibus mox plura, ſane quam multa græca & latina, & id ita, ut *Franciſcus Junius* vir, ſi quisquam alius, utriusque L. peritiſſimus, græcam gothicamque L. non niſi dialecto differre, iudicet. Et ſane græcismum ſapiunt non modo orthographia Gothica (uti dum e. g. *g* ante alterum *g* & *k* pro *n* ponit. Ulphil. illuſtrat. pag. 26. quo accedit, quod græco more latinum *I* longum per *ει* exprimat, & *E* longum per *ai*. v. *Stiernhielmii* præf. ad Gloſſ. Ulph. Gothicum) ſed etiam idiotismi Gr. L. quam plurimi, & voces mere Græcæ in Mœſiam traductæ e. g.

air, ἦρ, diluculum,	*gagrefts*, γραφὴ, edictum,
afſtaſſais, ἀποστασίυ, repudii,	*hliftus*, κλέπτης, fur,
ams, ὦμος, humerus,	*Spyreidans*, σπυρίδας, ſportas,

& alia longe plurima.

Præter hæc non exigua ibi invenitur farrago vocum latinarum e. g.

Kumbjan	cumbere, obſolet.
Anakumbjan	accumbere.
Faſkja	Faſcia

Aurki

Aurki	Urceus.
Sineigs	Senex.
Auralia	Orale vel orarium, i. e. Sudarium.

Taceo alia, quorum ingentem numerum affere possem. Jam vero etsi indubium sit, eadem matre usas fuisse has tres linguas, idque ita, ut Gothica L. sororibus suis sæpiuscule lucem præferat, *) quum tamen L. Ulphilana hisce græcismis & latinismis multo magis quam ulla reliquarum dialectorum Gothicarum aut Theotiscarum scateat, verisimile mihi videtur, loci situi & imperii societati, hoc maximam partem esse assignandum. Vidimus enim, Mœsiam Romanis fascibus diu paruisse. Græcia vero contermina fuit, & multo haud dubie commercio vicinis Gothis familiaris, ut adeo facilius eam cognationem, quam antiquitus cum L. Græca habuit, hæc nostra servare potuerit. Quo etiam facit, quod in Ponticis regionibus integras urbes fuisse Græco sermone utentes, testetur *Ovidius:*

In paucis remanent Grajæ vestigia linguæ.
Hæc quoque jam Gothico barbara facta sono.

Quibus verbis nescio an aliquid accuratius L. Mœsogothicam depingere possit.

§. XIII.

7mo. Inter vocabula latinæ originis refert quoque *Wachterus* illud *Kintu*, quod Matth. V, 26. occurrit. *Amen quitha thus, ni usgaggis jainthro, unte usgibis thanna minnistan kintu* i. e. Amen dico tibi, non exibis inde, usque dum reddas minimum nummulum. Haud ulli peperci labori, ut indagarem, ubinam gentium monetæ species esset, quæ hoc nomen gereret. Id enim si rescire daretur, haud dubie valido indicio patria interpretis proderetur. Sed mihi nondum constitit, Romanos, qui quadrantes & sextarios habuere, a quinario numero monetam quandam nuncupasse. Eruditis itaque ulterius inquirendum linquo, an huius monetæ vestigia alicubi offendantur. Probabile interea est, quum minima æris mensura ut plurimum apud antiquos pensilis esset, nec signata, id quod de nostratium *penningar*, speciali sensu ita dictis, certum est, minimum ponderis genus *quintin* inde nomen suum in borea accepisse.

Monere fortassis debeo, nec linguam Francicam latinorum vocabulorum immunem esse; sed videbit, quicunque ad ea animum attenderit, theologica hæc fere esse, aut etiam artium vocabula, quæ clerici, ut transferendi laborem vitarent, retinuerint, & adeo Germanica civitate donaverint.

§. XIV.

In numero exoticarum vocum linguæ M. G. ponuntur quoque a *Wachtero* in diss. de lingua codicis argentei, inserta miscell. Berolin. T. 2. aliæ, quas barbaricas appellat. Has autem ut uno fasce collectas videre possit B. L. catalogum Wachterianum heic subiiciam, observationes nonnullas eidem infra subiuncturus.

Abo,

*) Ostendimus id in præf. prioris partis Ulph. illustr. nec non procemiis speciminibus II. & III. Ulphilanis præmissis.

Abo, vir.
Abraba, valde.
Abrs, magnus.
Aglo, tribulatio.
Aibrs, munus.
Awiliudon, gratias agere.
Baujan, verere, in compoſitis *ushaujan*, everrere.
Bigitan, invenire.
Bimamindam, deridere.
Anza, trabs.
Atiſk, ſata.
Azetizo, facilius.
Aurahjo, (monumenta. (ſepulchra.
Ei, ſi, ut.
Fairgunje, mons.
Fairhwus, mundus.
Gadaban, evenire.
Gaurs, triſtis.
Gauritha, triſtitia.
Gawrisquand, fructum ferunt.
Glaggwuba, diligenter.
Gramſta, feſtuca.
Hlaiw, monumentum ſepulchrale.
Hleidumei, ſiniſtra.
Hunjan, confidere.
Inilo, excuſatio.
Kas, vas.
Kasjins, figuli.
Latio, conſolatio, redemtio.
Manvi, ſumtus.
Manwjan, parare, præparare.
Maudeith, ſuggeret.
Naitein, blaſphemia.
Nanthiands, *Anananthjands*, audens.
Nanthida, *Gananthida*, ceſſavit.
Nidwa, ærugo.
Not, puppis.
Paida, tunica.
Birekjai waurthun, periclitabantur.
Biſunjane, circumiacentes.
Biuthi, conſuetudo.
Dufriſahtai, exemplum.
Plapjo, plateæ.
Plinsjan, ſaltare.
Razn, domus.
Riquiz, tenebræ.
Rohsna, atrium.
Saitqua, occaſus.
Saudim, ſacrificiis.
Seithu, veſpera.
Sifaida, exultavit.
Siponeis, diſcipulus.
Slawan, tacere.
Sprauto, cito.
Suns, *Sunſaiw*, confeſtim.
Swinthai, validi, fortes, robuſti.
Tahjan, diſcerpere.
Theihwon, tonitru.
Tramſtein, locuſta.
Tuzwerjan, hæſitare.
Uſagajan, ſuggillare.
Usdauda, ſollicite.
Usfilmei, ſtupor.
Waihſta, angulus.
Waip, corona.
Waluns, virgas.
Wis, tranquillitas.

§. XV.

Hæc vero, & quæ plura haud exiguo numero addi poſſent, uti Scythicæ L. haud dubie propagines ſunt, ita ratio facillime reddi poteſt, cur in L. Mœſogothicam ſeſe inſinuaverint. Mœſia enim inferior & Pontica regio a Scythia & Thracia hinc Iſtro tantum flumine, inde Hæmi iugo ſeparabatur, ut adeo non potuerint non inter hos populos continuæ eſſe

ad pag. 267.

esse consortiones & mutua commercia. Tribuat B. L. huic argumento quantum libuerit: ego etsi eidem soli fidere nollem, nihilo minus videor mihi, pari iure hoc geographico argumento uti posse, ac post aliquot secula deperditis litterarum monumentis, vel obscuriore reddita migrationum historia, ubi quæstio orietur, utrum ex America in Britanniam, an vero hinc eo sermo Anglicanus traductus fuerit, quum utrobique in usu sit: Europæus e Britannia primam eius originem ex ea ratione deduceret, quod scateret vocibus latinis, Gallicis, Gothicis, Danicis, Batavisque, doceretque insulam hanc diu Romanam fuisse provinciam, & de cætero omnibus his regnis vicinam & frequentatam, dum ab Americanis toto oceano distet.

§. XVI.

Sed ne diutius quempiam suspensum teneam, rem hanc totamque controversiam evidentissime dirimunt tabulæ illæ venditionis, in Italia haud dudum repertæ, quasque ex *Donii* inscriptionibus ab *Antonio Francisco Gorio* Florentiæ 1731. editis affert *Edv. Lye*, in præfat. ad Ulphilam pag. 35. Quæ quum secundum Ulphilæ versionem unicum sint, quod adhuc cognovimus L. Mœsogothicæ λείψανον, facere non potui, quin illud æri incisum heic B. L. videndum offeram, quum editio illa Benzeliana in paucorum adhuc manibus sit. mutilum vero hocce monumenta ita interpretari conatur modo laudatus *Edv. Lye*. EGO GUDILUBUS DIACONUS HÆC VENDIDI, LIBELLUM FECIT FRA - - - TVE DIACONUS - - - - - - QUATUOR UNCIAS N. HUG. - - - KABBALARIÆ ET KILLI - - - - ANEUS - - - - RENUNTIAVIT ET SUBSCRIPSIT. Nihil videt, qui heic eandem omnino linguam non agnoscit, quam præfert codex argenteus: Si quis interea dubitet, glossaria in consilium adhibere poterit circa voces *ik* ego, *frabauhta* vendidi, *gavaurhta* fecit, *fidvor* quatuor, *ufmelida* subscripsit, ab *uf* sub & *meljan* scribere. Aureum sane hoc est, & auro pretiosius monumentum, utpote ex quo haud pauca porismata scitu utilia deduci possunt: ut autem cætera missa faciam, id tantum observo, brevi hacce schedula illam, quæ iam sub incude est, quæstionem penitus extra dubitationis aleam poni. Scilicet notissimum est testimonium, perhibente *Jornande Alano*, aliisque, Ostrogothos, qui & alias Gothi minores appellabantur, in Mœsia suas habuisse sedes, nec minus notum, eosdem hos Ostrogothos, permixtos forte eiusdem nominis Scandinaviæ incolis, in Italiam ascendisse, eamque regionem haud brevi imperio tenuisse. Quum itaque videamus, in Italia eundem Gothicum sermonem, easdem litteras usurpatas fuisse, nescio sane, an quisquam dubitare possit, quo minus Ostrogothica heic sunt omnia, & codex adeo argenteus in eius populi usum descriptus, qui in Italia cum imperio fuit: nam uti uno ore omnis loquitur vetus historia ecclesiastica, eosdem Gothos, qui iam Italiæ domini erant, scripturam S. εἰς τὴν οἰκεῖαν φωνὴν translatam habuisse, veri non videtur simile, aut interiisse hunc adeo salutarem laborem, aut post *Homerum* alium extitisse, qui Iliada conscribere voluerit. Jam vero quum per has tabulas venditionis evidentissimum sit, alio Ostrogothos sermone usos non fuisse, quam qui in cod. arg. extat, tam de lingua, quam etiam de paraphraste luculentissimum testimonium dicit. Video quidem heic obiici, etiam

Francos aliquando Alpes transiisse, & ibi virtutem suam bellicam expertos fuisse. Sed ex subito aliquo tumultu nihil sane huiusmodi colligi potuerit. Vidit haud ita pridem Germania Russorum cohortes, nec nos ibi rari hospites fuimus, sed nunquam tamen alterutrius sermo civibus imperatus est, nedum in publicas tabulas migravit. Idem, quem modo laudavimus ***Edw. Lye*** ex ***Hieronymo Roman*** affert, ***Turini*** ab eo visum fuisse breviarium aliosque libros singulares eisdem litteris exaratos, quibus usus quondam Ulphilas fuit. Miror sane, qui fieri potuerit, ut in tanta litterarum luce, nullus eruditorum hos manuscriptos codices sua cura dignos iudicaverit, & quomodo diligentiam ***Mabillonii*** aliorumque, qui in has oras litteraria itinera susceperunt, effugere potuerint. Sed deteget hæc forte volvenda dies & curiosior posteritas.

§. XVII.

Subductis itaque omnibus calculis, *ἀπόγραφον* illud versionis Ulphilanæ, quod nomine codicis argentei appellare solemus, in Italia, sub dynastia Ostrogothica, esse exaratum, intrepide affirmo. Coniecturæ meæ favet non solum eximius libri nitor, qui eo tempore haud levi pretio comparandus erat, & cui forte impares Gothorum, dum domi degebant, modicæ facultates fuere; sed etiam harmonia illa singularis, quæ animadvertitur inter veteres versiones latinas, huiusque lectionem sacri textus. Nam etiamsi in Mœsica regione primum Gothice translata fuerint sacra oracula; nihilo minus credibile est, ad typum ecclesiæ latinæ conformata & varie refecta fuisse Gothica Biblia. Observarunt iam dudum eruditi, Cantabrigianum ***Bezæ*** codicem in plurimis nostro concinere, atque id ita, ut dum a vulgari lectione codicum Græcorum abit Ulphilanus, hunc fere auctorem habeat. Et notatu dignissimum reputavi, quod versus ille, quem in præfatione Ulphilæ illustrati post Luc. IX, 50. in codice argenteo intercalarem veluti esse subnotavi, inque nulla versione antiqua extare tradidi, in veteri versione latina inserta evangeliario celeb. ***Blanchini*** Romæ ante paucos annos impresso, cum aliqua tamen variatione reperiatur. *) Debeo hoc indicio eruditorum Gœttingensium, qui dum Ulphilana nostra summa comitate in relationum fasciculo III. recensuere, varia docta sane & quorum eos pœnitere non debet, nostris meditationibus adiunxere. Nos vero si brevi hac opella in diversa ab illis abimus, tam æquo animo nostra accipiant, quam nos illorum crisi, ubi licet, lubentes assurgimus.

§. XVIII.

De industria hucusque intacta omisimus illa argumenta, quibus uti voluit celeberr. ***Hickesius***, in quibus refutandis iam breviores esse possumus, quum per antea dicta eorum nervos satis elisos putemus. Quod enim ad consensum attinet codicum latinorum, quorum

---

*) Codicis argentei versus hunc sensum ex Benzeliana translatione habet: *nec ullus est hominum, qui non faciat miracula in nomine meo:* quæ verba in memorata versione ita plenius efferuntur: *Nemo est enim, qui non faciat virtutem in nomine meo, & poterit male loqui de me.*

rum copiam adeo paratam Gothico homini inque Mœſia habitanti fuiſſe, veriſimile non putat, quum Ulphilas haud dubie Græco Bibliorum exemplo uſurus fuiſſet; vidiſti B. L. nos eodem telo ad noſtram tuendam ſententiam, &, uti arbitramur, certioribus auſpiciis pugnare. De cetero oſtendit Rev. D. Er. *Benzelius* in præfat. ad Ulphilam, manifeſtis indiciis prodi, ex Græco textu quam plurima loca codicis argentei translata fuiſſe. Et bene habet: conſpirant omnia amiciſſime, ſi dicamus ab initio ex Græco textu Gothicam formatam fuiſſe verſionem, ſed in Italia ad tenorem verſionum antiquiorum eandem fuiſſe variatam & interpolatam.

§. XIX.

Vitamus ita quoque illud dubium, quod vir hic doctiſſimus, inde ſumit, quod nulla in hoc codice appareant Arianismi veſtigia, quum tamen huic ſectæ *Ulphilam* addictum fuiſſe, inter antiquos conſtet. Sed ſi hic codex in ſolennem alicuius templi aut principis uſum fuit deſcriptus, qui fieri potuiſſe exiſtimabimus, ut illud fermentum, ſi quod fuit, ſolicite inde non ſit demtum? Si vero, an ulli in hac verſione errores fuerint, dubitare videor, cauſa hæc eſt, quod incertum ſit, ſuumne laborem antequam Ariani dogmata amplexatus fuerat Gothicus hic præſul, iam perfecerit. Aliquamdiu enim orthodoxum fuiſſe Ulphilam, luculenter prodit *Socrates* in hiſtoria eccleſiaſtica Lib. VI. c. 37. Ἀλλὰ γὰρ, inquit, καὶ Οὐλφίλας ὁ παρ᾽ αὐτοῖς τότε ἱερώμενος, τὰ μὲν πρῶτα οὐδὲν διεφέρετο πρὸς τὴν καθόλου ἐκκλησίαν.

§. XX.

Quod vero ad ſimilitudinem litterarum latinarum ab Ulphila adoptarum, earumque quibus alii codices Europæi ſcripti ſunt, attinet, non video quid egregii eadem probet. Illudne mirum, ſi gentes vicinæ eædemque cognatæ, in quibus poterant, & uſus addixit, ſimiles litteras pinxerint? Iterum moneo, intra ſinum Italiæ & ab Oſtrogotho codicem argenteum pictum eſſe, non vero ad littora Ponti Euxini.

§. XXI.

Pedem heic pæne fixiſſem, in primis quum dicendorum non niſi ſumma capita in chartam tumultuaria hac opera coniicere, in animum induxerim, ſed quum tamen videam, immiſceri illi quæſtioni, quam modo attigimus, alteram, quæ cum eadem parum commercii habet, utrum nempe ad Gothicam an Germanicam lingua codicis argentei, quam Oſtrogothicam mihi appellare liceat, propius accedat? nonnullis lineis, quid ego de hac re ſentiam, aperire, non abs re erit. Inter omnes conſtare, arbitratus fuero, linguas Theotiſcas & ſeptentrionales, Francicam puta, Alemannicam, Burgundicam, Angloſaxonicam, Batavicam, Suethicam, Danicam Islandicamque ex uno fonte Scythici ſermonis omnes propullulaſſe. Noſtri ſcriptores ultro de Sueogothica lingua id confitentur, narrantque *Odini* comitatum, victricia ſua arma Scandinaviæ inferentem, victorum conſuetu-

dinem secutum fuisse, novumque illud idioma, quod *Asamal*, seu Asarum sermonem appellant, regioni induxisse. Ante hanc enim epocham credibile est, Lapponum linguam terræ inhabitatoribus vernaculam fuisse. Hos vero aborigines, ubi Asani longius longiusque propulere, subsistere demum ad extremos boreæ terminos, ibique novas sedes quærere passi sunt. Subiit itaque tam qua mores, quam etiam qua sermonem orbis SuioGothicus omnimodam mutationem, ita ut pro pristino illo veterum incolarum idiomate, Asanum illud seu Gothicum introductum fuerit: quod Gothorumne in Mœsia habitantium fuerit, dicere haud pronum est, quum Gothica lingua in varias dialectos abierit, nec satis certum, ubi præcise *Odini* patriæ sedes fuerint. Interea id plus quam probabile est, hos, qui nominis Gothici ex asse heredes erant, sermone ad eos proxime accessisse. Nec linguæ veteres hodiernæve litem hanc dirimunt; nam si illas cum prisca hac Ostrogothica contulerimus, multa invenire licet huius linguæ vocabula, quæ in Anglo Saxonica residua sunt, quæque in nulla alia dialecto usu recepta animadvertuntur, multæ aliæ voces apud Theotiscos superstites sunt, quas Anglo Sax. ignorarunt. Qui vero omnium singulorumque accuratiorem numerum inire voluerit, inventurus facile erit, errasse *Wachterum*, dum in laudata dissertatione de lingua codicis argentei, p. 47. docet, *eam cum nulla minus dialecto convenire, quam cum SuioGothica.* Re enim vera longe secus est. Nam etiamsi id bona nostra venia sibi vindicare possint Germani, quod Ostrogothica lingua *ga* nominibus collectivis, nec non verborum præteritis, supinis immo & infinitivis non raro præfigat, ut hi suum *ge* quod articulum substantivis præmittat, quem nos Sueci postponimus: quod, dum nos passivas verborum formas immediate ex verbis creamus, codex argenteus, more Germanico, ope verborum auxiliarum *wairthan* & *wisan* utatur. Hæc inquam licet omnia vere dici, ultro confiteamur, novimus simul tamen, catalogum longe operosiorem condi posse idiotismorum nostræ linguæ, qui Ostrogothis nobiscum solis communes sint. Sed uti hæc res maius & temporis & chartæ spatium requirit, quam quod nos huic observatiunculæ destinavimus, mittimus hæc tantisper. Ne autem plane nihil dixisse videamur, celeberr. *Wachterum* observare velimus, in illo, quem dedit, & ex eo attulimus, catalogo vocum Scythicarum, *quas ad Germanicam nulla arte referri posse*, ipsemet confitetur, haud pauca genuina Suio Gothiæ vocabula esse. Exempli loco sequentia sunto. *Bigitan*, invenire, Islandum *giæta* est, quod inter alia *invenire* notat, ut in Havam. *vil tu af vin thinum gott giæta*, si vis quod bonum est ab amico tuo invenire: inde *torgiætin*, inventu difficilis: v. Heimskr. T. I. p. 448. *Inilons*, excusatio, ortum est ab *ill* accusatio, quod ab *illa*, litem intentare, accusare. v. Westg. L. Kirk. B. c. 8. *illa bönder at honom*, si eum accusent coloni. cfr. Jord. B. c. 2. Præmittitur *in* vel *inuh* particula negativa, respondens latino *sine*, *absque:* ut adeo *inilons* sit actio alterum absque accusatione sistens, hoc est excusans. *Saudim*, sacrificia, Suethicum est in sensu proprio, quo *pecus* notat, & in specie *oves*. v. *Verel.* & *Gudmundus Andreæ* in lex. Islandicis. Deinde traductum est ad sacrificia, quorum illa materia fuere. *Usfilmei*, stupor, Islandicum est, *felm* stuporem ibi notat, *felmtr* id. *felmsfullur*, stupidus, *felmtra* stupere. *Waluns*, baculos, Suio Gothicum vocabulum & pleno usu adhuc vigens: unde *handval* tribulum, quo frumenta excutiuntur. v. *Verel.* Ind. in *val. Naitheins*, blasphemia, Gothice *nid*, unde *ni-*

dord.

dord. id *nidvisa*, carmen diffamans, alias pasquil. Heimskr. Tom. I. p. 241. *Nanthiands*, *ananthians*, audens, a Sueth. *nænnas*, quod olim audere denotavit, quo sensu aliquoties in *Konunga Styrilse* occurrit, unde *nænne* audacia, *nännogr*, audax. cfr. *nendigi*, audacia, apud Notkerum Psalm. XXLIV, 26. *Razn*, domus, quæ vox eadem & eodem sensu occurrit in leg. Westg. Prætereo alia, quæ eiusdem classis esse, facile monstrare possem: & speciminis tantum loco sequentia Ulphilæ adiungo, quæ an nobis dubia reddere possit Francica vel Theotisca dialectus, scire vellem:

Fraisan, tentare.	Fresta.
Gahweilan, requiescere.	Hwila.
Hwotjan, comminari.	Hota.
Gamaidans, debibes.	Isl. meida, mutilare, meisl, mutilatio.
Ganithjos, cognati.	Nidjar, id. in legg. patriis.
Greitan, flere.	Gråta.
Malm, arena.	Malm, unde Norre Malm.

Si vero quispiam iustum utriusque linguæ, Suio Gothicæ & Ostrogothicæ desideraverit parallelismum, specimen satis amplum videre poterit in appendice posteriore ad *Erici Julii Biörneri* cogitationes etymologicas Holmiæ 1742 in 4to editas. Quum vero libellus iste exteris ad manus ubique non fuerit, nonnullos ex eodem versiculos huc transferemus.

Evangelium Matthæi, CAP. V.

v. 15. Ak ana lukarnastathin, ja liugeith allaim thaim in thamma razna.	Helldur a lukarastadin ja loge allom daim i dann rasne.
v. 16. Sua liuhtjai liuhath izvar in andvairthja manne. Ei gasaihualna izvara vaurstva jah hauhjaina attan izvarana thana in himinam.	Sua loge logit idvart i andvardi manna, at sai idvara goda vaurka, ja hægja atin idvar dan i himnum.

v. 17.

v. 17. Ni hugjaith ei quam gatairan vitoth. aiththau praufetuns. ni quam gagarairan ak usfulljan.

Ne hugith at ek kuamin taira vitotit eda praufetum, ne kuamin taira helldur upfulla.

v. 18. Amen auk quitha izuis. und thatei usle thith himins ja airtha. jota ains aiththau ains ſtriks ni usleithith af vitoda. unte alla gavairthith.

Amen dy kueda idur uns dat utelltiſt himin ja jardin, jota ein eda ain ſtrik ne utslitiſt af vitotit, uns allt vardir.

v. 19. Ith ſaei nu gatairith aina anabusne thizo miniſtono. jah laisjai ſua mans ſah minniſta haitada in thiudangardjai himine. ith ſaei thaujith jah laisjai ſva. ſah mikils haitada in tiundangardjai himine.

En ſa nu tairir ain anbudi diſſa minnſta, ja laiſir ſua mannum, ſa minnſte haitaſt i diodgardi himma. En ſa tairir jah laiſir ſua, ſa mikil haitaſt in diodgardi himna.

TANTUM.



SPECIMEN
GLOSSARII ULPHILANI
MDCCLIII.

A*ba*, maritus; hanc enim nominativi veram formam esse, dum non nisi dativus casus *abin*, & accusat. *aban* in codice argenteo occurrunt, concludo ex analogia vocum similis terminationis. v. schema VIII. ex gr. *ahma*, spiritus. Genitiv. *ahmins*. dativ. *ahmin*. accusativ. *ahman*. Si affinitatem linguæ Ebrææ consulueris, ubi אב patrem notat, Mœsogothica vox patrem familiæ proprie indicabit. Ceterum Fennis *awio*, *awion*, coniugem notare video.

Abrs, validus, fortis, ut sono, ita sensu affine est Ebræo אביר validum, fortem, perinde significanti; *s* vero illud, quod ad finem vocis exstat, non infrequens est adiectivorum in lingua Mœsogothica terminatio, ut in *gaurs*, tristis, *fulls*, plenus, *fuls*, fœtidus, *reiks*, dives. &c. Ortum hinc est adverbium *abraba*, valde, semel iterumve in cod. argenteo occurrens, & circa quod tantum annotare velim, peculiari linguæ Mœsogothicæ genio, adverbia in *ba* terminari, ut:

Andaugiba, palam, *Joh.* 7, 26.
Agluba, difficile, *Luc.* 18, 24.
Analaugniba, occulte, *Joh.* 7, 10.
Armba, caute, *Marc.* 14, 44.
Bairhtaba, manifeste, *Marc.* 8, 25.
Balthaba, audacter, aperte, *Joh.* 7, 13.
Baitraba, acerbe, *Matth.* 26, 75.
Glaggwuba, accurate, *Luc.* 1, 3. & sic forsan cap. 5. v. 8.
Gabaurjaba, libenter, *Marc.* 6, 20.
Gatilaba, opportune, *Marc.* 14, 11.
Frodaba, prudenter, *Marc.* 12, 34.
Harduba, graviter, *Matth.* 8, 6.
Raihtaba, recte, *Luc.* 20, 21.
Swikunthaba, perspicue, *Joh.* 11, 14.
Triggwaba, certo, *Luc.* 20, 6.
Ubilaba, male, *Marc.* 2, 17.

Diligentius hæc annotata esse B L. indigne non feret, qui simul observaverit, etiam hoc in puncto a lingua Francica nostri codicis idioma diversissimum esse, in qua quippe hæc adverbiorum terminatio vix invenietur. Ab eadem hac radice ortum forte ducit *biabridedun*, quod *Matth.* 7, 28. notat obstupuerunt, quum quæ magna & valida sunt, in admirationem animum fere rapiant. Sic mirus & mirificus apud latinos, pro grandi fere usurpatur. An ἁβρὸς apud Græcos in ἁβρὰ βαίνειν validum, magnificumque apud *Euripidem* in *Medea*, alibique, denotet, disquiri videbis apud *H. Steph.* in thes. ling. Græcæ. Apud Suidam ἁβρὸν per καλὸν explicatur. Omnium vero proxime accedit Fr. *bora*, quod apud Otfridum Lib. II. c. III. 25. occurrit *bora lang*, valde diu. cfr. L. II. c. II. 6. Nos Sueci *bra* vel *braf* non absimili loquendi genere dicimus *braf länge*, idem.

Abu, a, particula, a sequenti *af* nulla alia re diversa, nisi quod adscito *u* paragogico, quod Gothi tantopere amarunt, & iam sine adspiratione, iam cum eadem *uh* scripsere. Obser-

Obſervabunt enim linguæ Mœſogothicæ ſtudioſi, affixum hoc omnibus fere orationis partibus adiungi. cfr. *Ed. Lye* in gram. Gothica p. XL. Nos aliquibus in medium afferendis exemplis linguæ huius amatoribus conſulemus: inveniemus nempe in verbis: *quithuh*, *Matth.* 6, 29. pro *quithauh*, *quithiduh*, *Marc.* 16, 7. *quathuh*, *Luc.* 18, 21. 29. cfr. *Joh.* 8, 12. 9, 17. 35, 38. *wiſſuh*, *Joh.* 16, 19. 18, 2. *weſunuh than*, *Marc.* 2, 6. cfr. 8, 9. *Luc.* 15, 1. 18, 3. *iddjuh mith*, *Luc.* 7, 6. *Joh.* 18, 3. *iddjedunuh afar*, *Joh.* 11, 31. *nimuh thata badi*, *Marc.* 2, 11. *wileizuh*, *Luc.* 9, 54. In pronominibus: *thatuh*, *Joh.* 8, 40. *thammuh* pro *thammauh*, *Joh.* 10, 3. *thanuh* pro *thanauh*, *Joh.* 6, 27. *thizuh*, *Luc.* 9, 26. *qhazuh*, *Luc.* 16, 16. *ſaqhazuh*, *Luc.* 7, 23. 9, 48. 18, 14. *qhairjizuh*, *Luc.* 6, 40. 44. 14, 33. 19, 15. *thisqhizuh*, *Marc.* 6, 22. 56. cfr. *Matth.* 8, 19. *Luc.* 9, 57. In adverbiis: *thanuh*, *Luc.* 8, 54. 9, 12. 13. 10, 28. 15, 28. cfr. *Joh.* 7, 3. 8, 28. 11, 14. *thanuh than ſwethauh*, *Joh.* 12, 42. confr. *Marc.* 12, 6. *tharuh*, *Matth.* 9, 3. *Joh.* 7, 6. 8, 25. *Luc.* 10, 26. 15, 29. 31. *nauh thanuh*, *Marc.* 5, 35. cfr. *Luc.* 14, 26. 15, 20. *ninauhthanuh*, *Joh.* 7, 39. *thisqhaduh thadei*, *Luc.* 9, 57. cfr. *Marc.* 6, 10. 14, 9. In præpoſitionibus: *framuh gotha*, *Joh.* 7, 17. 19, 12. *inuh this*, *Marc.* 10, 7. cfr. *Joh.* 7, 32. *Luc.* 7, 21. 10, 21. *uzuh*, *Luc.* 6, 45. *ubuh* (ni fallor pro *ufuh*) *wopida*, *Luc.* 18, 38. In coniunctionibus: *ſwethauh*, *Matth.* 7, 15. cfr. *Marc.* 9, 12. 10, 39. *Luc.* 6, 35. 10, 14. 20. 19, 27.

Af, ab. v. *Junius.*

Afaikan, negare. Vox de cuius origine *Junio*, viro ſagaciſſimo, nec coniecturarum parco, nihil erat, quod ſtatueret, niſi quod lectori iudicandum relinquat, annon cum verbo *aigan*, poſſidere, aliquid forte affinitatis habere poſſit. *Stiernhielmius* vero a particula affirmativa *ja*, unde poſtmodum *jaka*, *jata*, *jäta*, pullularunt, vocabulum hoc deducit. Ego uti multum hinc non abludo, ita obſervo tantum, *afaikan* hinc antea prognatum non eſſe, quam eandem tranſpoſitionem litterarum ſubiit ac latinorum *ajo*, quod ad noſtrum proxime accedit. Crediderim itaque ab *ajo*, vel potius cognato Mœſogothico, addita terminatione Gothorum frequentativa, factum eſſe *aikan*, dicere, & *afaikan*, negare, abnegare, eadem ratione ac a Mœſogothico *quithan* (*quäda*) loqui, fit *afquithan*, *Luc.* 14, 33. abnegare, renunciare. Græci a φημι, dico, habent ἀποφημι, nego, ἀπόφασις, negatio. Nos a *ſäga* dicere, derivatum habemus *affäga*, renunciare. Calculum hinc noſtræ coniecturæ, audaciori multis fortaſſis viſæ, facilius addiderit, qui conſideraverit notabilem illam harmoniam, quæ inter utramque linguam, Gothicam loquor & latinam, intercedit, cuiusque ſpecimina nonnulla in præfatione ad Ulphilam illuſtratum dedimus, plura propediem ſingulari opera prolaturi.

Afairzjan, decipere, ἀποπλανᾶν, a ſimplici *airzjan*, quod mox ſequetur.

Afar, poſt, unde habemus compoſita *afariddjedun*, ſequuti ſunt, *afarlaiſtjan*, ſequi, *afardaga*, dies ſequentes. De voce *afargaggan*, quam codices editi habent *Matth.* 5, 37. in Ulphila illuſtrato obſervatum videbis, per errorem illam irrepſiſſe pro vera *afgaggan*. v. pag. 16.

Afar alio ſenſu occurrit *Luc.* 1, 5. ubi *us afar abijins* communiter vertitur *de vice Abiæ.* Cum vero in linguis cognatis vox eadem *progeniem*, *poſteritatem* denotet, credibile eſt, *afar* heic eodem ſenſu ſumi. Scilicet *afora*, *eafora*, Anglo Saxonice, & *abar*, *abara* vel *auara* Francice, *filium* vel *prolem* ſignificat, ab *afaran* exire, emigrare. cfr. *Hickeſ.* theſ. in gram. Anglo S. p. 132. *Jun.* in voce, & *Lye* ad *Luc.* 1, 5.

Afdailjan, cum aliquo partiri, *afdela.* vide infra *dails*, pars.

Afdauidai, languidi, viribus defecti, originem refert non ad *dö*, ut putavit *Junius*, ſed ad *daujan*, quod ſtupere ſignificaſſe, ex linguis cognatis concludo. Islandis quippe *da*, teſte *Verelio* notat animi deliquium, *ligga i dai*, deliquium pati. Swet. *dăna.* *Daſæ*, auctore Gudmundo Andreæ, ſtuporem denotat. v. lex. Isl. p. 51. *doſā* ſecundum eundem, eſt ſtupor membrorum, *doſin*, ſtupefactus, dicitur etiam de membro torpente. Pari modo in lingua Sueogothica manus, quæ præ rigore, aut alias ſenſum amiſit, dicitur *doſna*, *duſwen*, languida, inepta; *döſ*, auribus captus, ſurdus. *Dălig* animo debilis, ineptus, quocum apprime conſpirat vetus illud Oſcorum *dalivus*, quod fatuum notavit. Ang. *dolly.* Hibern. *duilig*, idem. Island. *dauſlig*, cfr. Heims Kr. Tom. I. p. 297. *var fatt manna a bönom: thotti honom dauſligt*, erant pauci in vico reſidui: id illi triſte videbatur. cfr. Græcorum δειλαιος. Niſi hypotheſi nimis inſervire viderer, ad eandem familiam latinorum *debilis* referrem, cuius ultima pars *ilis* ad terminationem pertinet, a nobis explicatam in citata præfatione, pari ratione ac ab *ago* fit *agilis*, a *facio*, *facilis*, &c. Hoc autem quod dixi vocabulum *debilis*, idem plane eſt ac Islandicum *dof*, *doſin*, ac uſurpatur de membro ad obeunda miniſteria ſua inepto: ſic debilis pedibus, manibusque dicitur latine, cui membra hæc ſtupent. *Daubs* quoque ut ad Mœſogothica redeam, quod occurrit *Marc.* 8, 17. uſurpatur de cordibus πεπωρωμένοις, h. e. ſenſu carentibus, & ad recipiendam divinam gratiam ineptis. cfr. *daubitha*, induratio. *Marc.* 3, 5. & *gadaubida*, induravit. *Joh.* 12, 40 & 16, 6.

Afdauthjan, mori, interficere. Svet. dö, döda cfr. *dauths.*

Afdobn, obmuteſce, quod *Marc.* 4 39. ſcribitur *afdumbn*, cfr. ſuperius *doſna*, quod & *domna* dicitur, ex qua adeo voce diverſimode prolata, perque diverſos ductus, profluxere noſtra *döf*, ſurdus, & *dum*, mutus, quorum ambo *ſenſu debilem* notant.

Afdomjan, condemnare, maledicere, refer ad *domjan*, *döma.*

Afdrausjan, præcipitare. v. *drausjan.* id.

Afetan, voracem eſſe, *Luc.* 7, 34. a particula intenſiva *af* vel *ăf* (apud Anglo Saxones plenius exprimi ſolita *ofter*) & *äta*, edere. Svet. *ofäta*, *Kon. Styrilſe* p. 84. *hwilkin Kunungr älla Höfdinge ſik göme eij för ofäta ok ofdrikko, han warder otäkkr af allom godom ok witrom mannom.* i. e. interprete *Bureo*, rex qui non cavet ſibi a cibo & potu nimio, fit inamabilis omnibus probis & ſapientibus. Anglo-Sax. eodem ſenſu dixerunt *oferät*, & *oferdrinean.* De particula illa *of*, *ofter* in transcurſu monere liceat, illam Græcorum ὑπὲρ per omnia exprimere, utpote quæ adiectivis verbisque præmiſſa exceſſum in re ſignificat, ut ὑπεράγαθος, nimium bonus, ὑπεραλγέω, acriter doleo, ὑπερβίη, vis modum excedens. &c.

Affalht, abſcondiſti, v. in *fulgin.*

Af-

Afgaggandans, recedentes, *afgängandes*. v. *gaggan*.
Afgrunditha, abyſſus, afgrund, a *grunds*, quod ſupereſt in voce *grunduwaddjau*, *Luc.* 6, 48. fundamentum. De quo vocabulo nos infra uberius.
Afhrisjan, excutere: a veteri Gothico *riſa*, cuius frequentativum ſupereſt *riſta*, quatere, excutere.
Afholon, auferre. v. ſimplex *holon*.
Afiddja, diſceſſit, ab *af* & verbo *iddja*, tempore irregulari verbi *gaggan*, quod v. in *iddja*.
Aflagjan, deponere, *aflägga*, recurrit in ſimplici *lagjan*, ponere.
Aflailot, emiſit, reliquit. Tempus eſt præteritum verbi *afletan*; occurrit heic augmentum ſyllabicum: *aflailot* pro *aflot*, ut a *tekan*, *taitok*, a *ſaian*, *ſaiſo*, quod tamen male in editionibus *Junii* & *Stiernhielmii* diviſim *ſai ſo* exprimi, ſuo loco annotabimus. cfr. *Hickeſ.* theſ. in Gr. Mæſogoth. p. 46. nec non *Lye* gram. Gothica p. XLIX.
Aflaith, diſceſſit ab *afleithan*, quod a ſimplici *leithan*, *galeithan*, eiusdem familiæ voce ac Islandorum *leita*, quam in ſignificatu eundi, abeundi occurrere, allatis in medium exemplis, probatur in Ulphila illuſtrato ad *Matth.* 7, 13. cfr. Svet. *lida* in *tiden lider*, hora ruit, quod eodem ſenſu occurrit *Jerem.* 49, 30. *läter lida eder thädan.* i. e. inde abite.
Afletan, remittere, dimittere, omittere: Svet. *aflåta.* vid. *Stiernh.* in voce: hinc *afleta*, remiſſio. Svet. *aflat*.
Aflifnan, reſtare, ſupereſſe. cfr. *Jun.* & *Stiernh.* quorum poſtremus obſervat harmoniam Gothicæ linguæ in *öfwerlefwor*, *igenlefd*, & communem originem in græcismo, ubi λείπειν idem eſt.
Aflinnith, ceſſat, recedit. Una hæc eſt vocum, quas Dom. Er. Sotbergii perſpicacia Ulphilæ reſtituit in textu antea non lecto *Luc.* 9, 39. *jah ſai ahma nimith ina unhrains jah anaks hropith jah tahjith ina mith qhaton jah haliſaiw aflinnith af imma*; i. e. et ecce ſpiritus immundus prehendit eum, & ſtatim clamat & lacerat eum cum ſpuma, & ægre recedit ab illo. Radix vocis haud dubie eſt *linnan*, de qua, quum ſileant Gloſſaria *Junii* & *Stiernhielmii*, pauca differam. Gothi noſtrates eandem habent, &, ni fallor, hodieque ruri ſervant. Dicunt enim Uplandi, *regnet linnar* h. e ceſſat pluvia. Et occurrit vox eadem in leg. Gotl. *Dailur ſkulu lendas i ſamma tridjungi*, i. e. lites in eodem territorio finientur p. 52., & mox, *wardr ai thar thaun deila lent.* Si ibi lis eorum finita non fuerit. Anglo Saxones *alinnan* & *blinnan* quaſi *bilinnan* habent, & utroque *ceſſare* ſignificant, *blinnend* ceſſans, *blinneſſe* ceſſatio. cfr. *Wachterus* in v. *blind* cæcus, quam vocem ab hac noſtra derivat. Alemannis *bilinnan*, *pilinnan* ceſſare pariter notat. Iſidorus cap. 5, 6. *endi dhuo bilunnun dhui bloſtar*, i. e. & tunc ceſſarunt ſacrificia. *Kero* in regula Benedicti pag. 25. edit. *Schilt.* *ſcula pilinan*, debet ceſſare. cfr. omnino *Palthenius*, in *annot.* ad *Tatianum* p. 343. *Scherzius* ad Otfr. L. IV. c. 36. v. 1. & *Schilterus* in Gloſſario voc. bilinnan. Modo laudatus *Palthenius* credit, *bilinnan* hoc radicem agnoſcere Suethicum *bila*, quod loci atque temporis quamlibet intercapedinem ſignificat, ſed emendat ipſe ſe poſtea, & recte animadvertit, *bi* particulam eſſe, radici præpoſitam. Quod ab hoc *linna*, Suethicum vocabulum, *linda* vel

 rectius

rectius *linna*, quod *agrum ceſſantem*, *requietum* denotat, vel talem, qui vomere exerceri deſiit, alibi docebitur.

Afmaitan, ſecare, abſcindere. Suet. *mă*. Græc. ἀμᾶν, unde ἄμητος, meſſis, lat. *meto*. v. infra in *maitan*.

Afmairzjan, ſcandaliſare, offendere, reciſa præpoſitione *af*, reſtat ſimplex *mairzjan*, quod vide. *afmairzeins gabeins*, *Marc.* 4, 19. notat deceptionem divitiarum.

Afniman, auferre, *afnäma*. v. ſimplex *niman*.

Afqhapjan, vel ut in codice argenteo conſtanter emendatum legitur, *afqhaujan*. v. Ulphil. illuſtrat. ad *Marc.* 4, 19. manifeſtam affinitatem ſervat cum noſtrate *qwäfwa*, ſuffocare; *förqwäfwa*, idem, *qwäfna*, ſuffocari. lex Goth. l. c. XVIII. § 5. *cufnar barn i thrangi*, i. e. infans in anguſtia ſuffocetur.

Afquithan, renunciare, occurrit *Luc.* 14, 33. Confer *Junii* & *Stiernhielmii* Gloſſaria. Simplex *quithan* occurret ſuo loco.

Afſatjan, dimittere, *afſätta*. v. in *ſatjan*.

Afskaidan, ſeparare, *afſkeda*. De origine & cognatione vocis cfr. *Jun.* & *Stiernh.* utrumque in Gloſſariis ſub voce radicali *ſkaidan*.

Afslahan, duo ſignificat, *amputare*, ut cum de Petro ſermo eſt amputante auriculam ſervi, *Marc.* 14, 47. deinde *occidere*. Manifeſtam linguarum Gothicarum cum Ulphilana harmoniam nemo non videt: nos, ut illa miſſa faciamus, quæ in voce *ſlahan* adferunt modo laudati viri; notamus tantum, hinc reſiduum eſſe non ſolum *ſlă* in L. Suecica ferire; ſed etiam *ſlagta*, occidere, mactare, frequentativum obſoleti *ſlaga*. *G* autem & *h* in lingua Mœſogothica ſæpiſſime alternare, & antea ſubmonuimus, & ulterius quoque probatum dabimus in voce *gafahrida*.

Afslauthnodedun, mirati ſunt, obſtupuerunt. Negotium hoc vocabulum faceſſivit celeberrimo *Junio*, qui illud iam ad Mœſogothicum *ſlawan*, tacere, refert: iam ad Anglo Saxonicum *ſlavan*, otiari; ambo hæc ut nimium longe petita mihi videntur, ita lectoris mei iudicio ſubmitto, annon commodius referatur ad *ſlahan*, percutere, ſimili ratione, ac in linguis latina, Græca, & antiquiori Suio Gothica, *ſtupor* quilibet, tanquam animi quædam gravior commotio, ab ictu fere nomen ſortitur: ſic Græci ἐκπλήσσω dicunt ſtupefacio, ἔκπληξις ſtupor, a πλήσσω percutio; latinorum *percello* non tantum *percutere*, verum etiam *obſtupefacere* notat, ut omnibus conſtat. Biblia Islandica *Luc.* 4, 36. notabili parallelismo ad reddendum Ulphilæ *afſlauthnan* voce *ſlă* utuntur: *og otta ſlo yfer tha alla*, i. e. timor omnes perculit. cfr. Hrolf. Krakes hiſtoria p. 78. *ſlo thi miklum otta yfer hirdmennina*, i. e. multus tunc timor inceſſit aulicos. Ortum hinc ducit *otta ſleigin*, timidus, quod in ſcriptis Islandicis ſæpiſſime occurrit ad denotandum *ingenti terrore perculſum*. v. *Verelii* Index in voce. *Harmſlagen*, ira percitus. Konunga Styr. p. 75.

Afſtandan, recedere, a ſimplici *ſtandan*, Svet. *ſtă*, *ſtända*, quod ſuo loco occurret.

Afſteigan, deſcendere, *afſtiga*, radicem habet *ſteigan* infra explicandam.

Afſtaſſais Bokos, libellus repudii. Vox eſt Græco-Gothica; ἀποςάσιον enim repudium Græce dici, norunt omnes, ab ἀφίστημι, abeo, recedo, deſero, Svet. *afſtă*. Miror hoc

nec

nec *Junio*, in originibus græcis quærendis tam ſagaci, nec *Stiernhielmio* obſervatum fuiſſe. cfr. interim *Wachter*. Gloſſar. in voce *ſcheidebrief*, & Ulphil. illuſtr. ad *Matth.* 5, 31.

Aftana, retro, ad formam *utana*, extra *t*. *Marc.* 8, 23.

Aftaro, idem. Isl. *aptur*, *eptir*.

Aftaro, idem. Isl. *aptur eptir*. Su. efter, notat quoque iterum, rurſus. Alem. *avur*, *auur*, *aber*. Nos hodie aliqua vocis immutatione dicimus *åter*. Inde orta ſunt.

Aftrahaitan, rurſus invitate, ab *haitan* vocare.

Aftumans, noviſſimi.

Aftumiſts, noviſſimus. Angloſaxonice *æftemeſt*. In linguis nempe borealibus ſæpenumero *mer* & *meſt* gradus adiectivorum conſtituunt.

Aftaurnid, rumpit. v. infra in *tairan*.

Afthliuhit aufugit, a ſimplici *thliuhan* fugere.

Aftiuhan, abducere, ſimplex *tiuhan* ducere, occurret ſuo loco.

Afthvoh, lavit, *afthvahan* lavare, a ſimplici *thvahan* id. unde *tvoh*, lava. *Matth.* VI, 17. quod, neſcio, quo caſu vertitur *facies* in indice Stiernhielmii. Svethice *Twă* dicimus, olim *Twaga*, Germ. *Zwagen*. Alemann. *Tuuahān*, quam vocem *Wachterus* in Gloſſ. p. 1984. eandem eſſe putat ac Alemannicum *Uuasgan*, Germ. *waſchen*, ortamque eſſe ab antiquo *iſca* aqua. Sed procul dubio poſterius originem ducit a Svethico *wăt*, quod præfixo v. & ablata terminatione us, idem eſt ac lat. udus, quocum confer Islandorum *udur*, quod undam notat, *ude* pluvia. Gr. ὑετὸς v. *Gudmundus Andr.* lex Island. p. 251.

Afvairpan, lapidare, a *vairpan* iacere, mittere, quod vide.

Afvalvjan, revolvere, a *valvjan* volvere. Lingua Islandica radicem vocis apud latinos amiſſam, fideli cura retinet *Hvel* enim ſphæram notat & rotam. Angl. *wheel*, unde *welfwa*, in orbem agere, ut a σφαῖρα eſt σφαιρεῖν.

Aggilus, angelus. Græcæ originis vox. Obſervo tantum, pronuntiationem Gothis extra patriam cum Græcis, ut multa alia, communem fuiſſe, dum prius *g* inſtar *n* adulterini, ut grammatici id appellant, pronuntiarunt. Commemorat *Varro* lib. I. de lingua lat. nec non *Victorinus* de Orthographia, *Attium* poëtam ſimili modo ſcripſiſſe *aggulum*, *agguillam*, *agguem*.

Aggvu daur, anguſta porta. Conf. ſi operæ pretium eſt, ea, quæ in præfatione huic ſpecimini præmiſſa annotavimus.

Agiſk, vox, quam Ulphilæ tribuit *Stiernhielmius*, & extare ait *Luc.* VI, 1. Sed legitur ibi non *agiſk*, ſed *atiſk*, quo ſatum, non vero ſpicam intelligit interpres Gothicus.

Agis, timor ab *ogan* timere *Luc.* XVIII, 4 *Goth ni og*, Deum non timeo. *Ogn*. Sveth. terror. Weſtm. L in præf. *Lagh ſkolu gömas ok haldas fattökum til wärnir*, *ſpakum til fridh r*, *än uſpakum til neſſt ok oghna*. i. e. Leges cuſtodiri debent & ſervari pauperibus, ut ſint præſidio, tranquillis ſecuritati, & turbulentis pœnæ & terrori. Isl. id. *ogurligur* terribilis, *ogan* correctio. Apud Heſychium Ἄγη explicatur θάμβος, ἔκπληξις. Al. *Ekiſa*. Anglo Sax *Egeſa*. Cambro Brit. *Ojn* metus, timor, apud Boxhornium. Sveticum *Aga* proprie etiam timorem notat, ut in Chron. Rhythmico p. 277.

För

För marſken hade han mycken aga,
A Mareſchallo multum timuit.

Sequiori ævo, pro caſtigatione & diſciplina ſumitur, perinde ac Alem. *egi*, *eki*. v. *Keronis* regula Benedicti, p. 21. Edit. *Schilt.* Huic voci *Agis*, præter modo nominatum *ogan*, affinia ſunt,

Unagein Luc. I, 74. ſine timore.
Uſagidai Marc. IX, 6. exterriti.
Inagida Matth. IX, 30. minatus eſt. Cfr. *Wachteri* Gloſſ. in v. *Scheuslich.*

A*glaitei*, *Marc.* VII, 22. impudicitia: obſervavi antea, *a* more Anglo-Saxonum vocibus Mœſogothicis interdum præfigi, & neſcio, annon idem huic voci acciderit. *Heſychio* γαλιάω eſt incontinens ſum, quod unde deducat, apud ipſummet videbis. Apud *Nonium*, gallare eſt bachari. Præcipue vero huc facit Isl. *giäla* ineſcare, pellicere, *giälur* illecebræ. Quod *agalod* Anglo-Saxones diſſolutum dicant, notat *Stiernhielmius.*

A*glo*, perſecutio, afflictio, in plurali *aglons* perſecutiones. A. S. *Eglan* affligere, moleſtiam creare, *Hvæt eglath the*, quid te angit. Hodie *What aleth jou.* Conf. *Caſaubonus* in Tr. de quatuor linguis, in App. & *Junius* in Etym. Angl. in v. *Aile*, quorum ille confert Gr. ἀλύω, hic ἀλγέω. Ego, quum ἀχλὺς interdum denotet λυπὴν dolorem, illud imprimis noſtro affine dixero. v. *Heſiodi* ſcutum Herculis v. 264. & ibi Scholiaſt. *Tanaqu. Faber* ad *Longinum*, περὶ ὕψυς edit. *Boilav.* p. m. 303. Niſi referre malis ad ὄχλος, quatenus turbam, vexationem notat. Huc pertinent

A*glu* difficile. *Marc.* X, 24.

A*gluba Marc.* X, 23. In editione *Stiernhielmii. Luc.* XVIII, 24. legitur *agauba*, in codice autem *agluba.* Errorem peperit affinitas litterarum *a* & *l* in ling. Mœſogothica. Quod item *Marc.* IV, 17. pro *aglo*, in editionibus *Junii Stiernhielmii*que legatur *algo*, annotatum videbis in Ulphila illuſtrato p. 23.

A*haks*, columba. Nobis *Hök*, Isl. *Hauk*, Fenn. *Hauka* notat capitalem columbarum hoſtem, accipitrem loquor. Sed nemo id mirabitur, adeo diverſis idem datum fuiſſe nomen, qui modo norit, quemadmodoum animalium appellationes in linguis cognatis varie permutentur. Lectu digna ſunt, quæ in hanc rem annotavere *Wachterus* l. c. in v. *Bær. Ludolphus* in comment. ad hiſt. Æthiopicam p. 149. Quod vero *A* vocibus Ulphilanis ſæpe anteponatur, iam aliquoties a me monitum eſt. Fit idem in lingua Anglo-Saxonica, ut in Gloſſario ſuo annotavit *Somnerus.* Exempli loco, inter innumera alia, ſunto A*bacan* pinſere. A*bæran* pati. A*barian* nudare. A*niman* accipere. A*belgan* iraſci. A*bidan* manere.

A*hana*, paleæ. Sveth. A*gnar.* Fenn. A*kana.* Gr. ἄχνα vel ἄχνη gluma, acus. Lat. *achne.* Utraque vox tam latina, quam græca, notat id, quod in genere quolibet eſt leviſſimum. Nos hinc piſciculos, quos pro eſca hamis imponimus, A*gn* dicimus. Vide de voce latina *Cœlium Rodiginum* Lib. XIV, 21. *Wachterus* in Gloſſ. v. *Ecke* radicem vocis eſſe docet Celticum A*wch*, de qua alias plura.

A*hjan*, putare. Sveth. *ackta.* Germ. *achten.* Obſervat *Wachterus J* Mœſogothorum

ſæpe

ſæpe cum *T* aliarum dialectorum permutari: ut *Auhjan*, ὀχλεῖν, tumultuari. Ab hoc *Ahjan* & *akta*, habemus *Akt* ſententia: *uti then akt och mening*, eo animo.

Ahma, ſpiritus, a Gr. ἄημα, quod flatum, ſpiritum notat: pari modo ac lat. anima oritur a Gr. ἄνεμος ventus, unde etiam ſæpe anima pro vento ponitur, ut dum *Horatius animas Thracias* loquitur. Od. 4. 12. 12. Cfr. *Virgil.* Æneidos lib. 7. 403. atque ibi *Taubmannum.*

Ahs, ſpica, Sv. *Ax*. Fenn. *ăkus* apud *Stiernhielmium.* Anglo Sax. *Æchir.* Al. *Æhir.* Germ. *Æhr.* A Celtico illo modo allato *Awch* vel *ec*, *eg*, cuſpis, acies, omnia derivata eſſe credit *Wachterus* in v. *Æhr.*, pari modo, ac ſpica a ſpiculis, quæ eam circumſtant, apud latinos nominatur: qui idem ingenioſiſſimus auctor, ex eodem fonte, infra p. 332. derivat latinorum *acus*, *acumen*, *aculeus*, *acidus*, *occa*, *echinus* &c.

Ahtau, octo, ὀκτώ, A. S. *Eatha.* Precopenſ. *Athe*, Germ. *Acht.* Ortum hinc ducit *Ahutautehund* octoginta.

Aqha, aqua. Anglo-Saxones aquam *Ea* dicunt, unde, aſpiratione interpoſita, ceteras linguas ſuas voces mutuatas erudite, more ſuo, tradit *Wachterus. Heſychius* Αα vocat σύστημα ὑδάτων, nos *Å* appellamus amnem: quo loco facere non poſſum, quin moneam, diſcrimen illud, quod conſtituit *Wachterus* inter *Å* & *Åă* in lingua noſtrate, ita ut illud aquam, hoc fluvium denotet, nullum eſſe; vitium enim ſcribentis eſt, ubi gemina vocali exaratur. Galli multum non recedunt, dum aquam *Eau* appellant, ſed de hac voce in Gloſſario noſtro pluribus diſſeremus.

Aibrs, munus. *Matth.* V, 23. Indicavimus iam in præf. Ulphilæ illuſtrato præmiſſa, nobis videri, erraſſe manum litteras imprimentis, & pro *bairs* ita, ut heic pinximus, vocem formaſſe. Eſt enim, mea quidem opinione, a *Bairan. Marc.* VI, 55. *Atbair giba* offer munus. *Matth.* VIII, 4. Gothice *băring.* In legg. Oſtrog. *altare wăringar* ſcribitur, permutatione litteræ *b* & *w*. i. e. munus altari impoſitum. Conſule *Loccenii* lexicon iuris p. m. 10. Anglo-Sax. *Tiber* ſacrificium eſt a *taberan.* v. cit. Diſſert. Infra ſub littera *g* in indice *Stiernhielmii* ſcribitur *gaibr*, ſed codice arg. non addicente.

Aigan, habere, Isl. *Eiga.* Anglo-Sax. *Agan.* Alem. *Eigan.* Sveth. *Ega.* Gr. ἔχειν. Apud Alemannos verbum hoc, æque ac *Haban*, & noſtrum *hafwa*, formandis præteritis inſervit, ut *Otfr.* I, 25. 21. *Uuir eigun nu giſprochan*, locuti ſumus. Id ſic alias ut II. 7. 88. III. 7. 113.

Aih, habeo, habet: occurrit namque & in prima perſona *Joh.* X, 16. & tertia. *Joh.* VI, 47. Eſt ſine dubio tempus præſens modo allati verbi *Aigan.* Sveci antiquiores pari ratione ab *eiga*, *a* fecerunt, id quod ſexcenties in codice legum occurrit. *Böthe then ſex öre, ſum fæet a*; i. e. Ille ſex oras luat, qui pecoris dominus eſt. legg. Bircenſ. c. 14, 38. Anglo-Saxones parem huius verbi anomaliam habent, ab *agan* enim formant *ah* poſſidet, *aht* habuit. Sveth *ătte.* v. *Twaiteſii* gramm. Anglo-Saxon. & confer de hac voce fuſe diſſerentem *Stiernhielmium* in litteris ad regni ſenatores datis, inſertisque actis litterariis Upſalienſibus anni MDCCXXX. p. 47. Nos, coronidis loco, tantum obſervamus,

mus, heic, ut ſæpe alias, litteras *g* & *h* permutari. Quod enim *Luc.* III, 8. ſcribitur *aigum* habemus, id *aihum* eſt, *Joh.* XIX, 7. *aihta* habeat. *Luc.* XV, 11.

Aigins, poſſeſſio, in ſecundo caſu *aiginis* ad forman *himins*, cœlum, *himinis* in genet. Isl. *Eign.* Sveth. *Egn.*, unde peculiaris titulus in lege Oſtrog. *Egna Salur* de bonorum venditione. *Luc.* XVI, 1. *aigan* poſſeſſionem

Aihtron, *Marc.* X, 46. mendicare, ab αἰτέω peto. Confr. *Junius* ad v. Aihtrons mendicum notat. *Joh.* IX, 8.

Aiqhatundj, rubus. Vox Mœſogothica, vid. *Jun.* & ex eo *Wachterus* in v. *Ecke*, nec non in diſſertatione de lingua codicis argentei p. 42.

Ailida, ſanavit. Vocem illiusque verſionem, eo tantum animo adferimus, ut moneamus B. L eam a *Stiernhielmio* per errorem inſertam fuiſſe. In ipſo textu *Luc.* IV, 40. legimus: *handuns analagjands gahailida ins.* i. e manus imponens, ſanavit illos. *Stiernhielmius* vero legiſſe videtur, *jah ailida ins*, & ſanavit eos, quod tamen præcedens participium non admittit. Ideoque expungi hæc vox debet, referendaque ad *Hailjan*, *Gahailjan*, quæ infra occurrent.

Ainaha, unicus. Al. *einag*, *einag* & *eino* v. *Tatianus* c. 63. 3. Fenn. Ainoa. Anglo-Sax. *Æna*. *Marc.* X, 18. *Nis nan mann god buton god ana.* Nemo bonus eſt niſi Deus ſolus, & *Marc.* IV, 10. *And tha he ana wæs* & cum ſolus eſſet. Gothi indigenæ, ſimili modo *æn* uſurparunt; Kon. Styrelſ p. 7. *Nu hawa all wærulzlik diur af ſin naturlik ſkipelle, thet the mago ſik med hylia ok wäria ſiri allo thy them ma ſkada, utan mannen æn.* i. e. Habent omnia mundi animalia, a naturæ ordinatione, quo ſe veſtiant tueanturque, præter hominem ſolum. Weſt. G. Lgg. ſub initium legg. eccleſ. *Händer barn ſiukdomber, ok är kona een inne.* h. e. ſi infanti morbus ſuperveniat, mulierque vel mater ſola intus ſit: quem locum non ſatis intellexerunt interpretes. Sic etiam in hymno eccleſiaſtico N. 124. v. 5. *I then börd äſt tu en, ſom födde* &c. in hoc partu ſola es, quæ peperiſti &c.

Ainfalds, ſimplex *Enfald.* G. *Einfald.* Anglo Sax. A*nfeald.* Facta ſemper credidi hæc omnia, ad exprimendum latinorum ſimplex, quod a *plica* communiter derivatur, ut duplex bis plicatum notet, triplex ter, & ſic deinceps. Quum porro ſimplex illud a grammaticis dici putetur, quaſi *ſineplex*, hoc eſt ſine plica, hinc corrigendum putat *Wachterus* errorem eorum, qui recenſitas voces ab *ein*, *en*, *an* unitatem denotantibus, deducunt, quum potius referendas credat, ad Gothicum *an*, Gr. ἄνευ, Germ. *ohne*, quod *ſine* latinorum exprimit. Sed conſtans tamen, ut vidimus, omnium linguarum uſus alteri opinioni favere videtur. Et ſi *ſimplex* a *ſine* derivandum erit, num etiam ſimplus? aut numne potius affirmandum, *ſin* illud olim unitatis ſignificationem habuiſſe, etſi hodie obſoleverit. Immo vero ſupereſſe eius veſtigia videntur in ſinguli, (quocum confer *Ingulus*, apud Feſtum, i. e ipſo interprete, nemo, nobis *ingen*,) forte & ſemel, ſemita, (ubi non niſi ſinguli ire poſſunt). *Sin* Islandis ſingulum notat, *ſier* ſigillatim. Joh. III. in Bibl. Isl. *ſin man af hwerja ättquiſl*, ſinguli viri a quavis tribu. Simplex ita erit ſemel plicatus, ut ἁπλοῦς ab εἷς. Cfr. Ulphil. *Sundro* ſeorſim, ſolus, Sveth. *Sunder.* Sed ut ad noſtrum Ainfald redeam, tanquam cognata eam attingunt *Managfalth*

falth multiplex, *Fidurfalth* quadruplum, *Taihuntaihundfalth* centuplum, quæ occurrent ſuis locis.

Ainqharjammeh, ſingulis, quibuslibet. Dicimus hodieque *hwarje*, Isl. *einhvor*, vel *einhver*. *Einhverndag* quocunque die, vel etiam aliquo die. v. *Verelii* index.

Ainohun, quenquam, aliquem. A. S. *anig*. Al. *einiger*. Germ. *einig*. Svethicum *någon* huc ſuos referre natales videtur, ſive *n* initiale pertineat ad ipſam vocem, ſive ut in aliis, Anglo-Saxonum more, negationem inferat. Ceterum obſervabit harum litterarum ſtudioſus, *hun* vocibus Mœſogothicis perinde addi, ac latinorum *quam* vel *cunque* in quisquam, quicunque, ut *mannhun*, quisquam, *nimannhun*, nemo, *hvanhun*, unquam.

Ainshun, quisquam, vertit *Stiernhielmius* nemo, ſed hunc ſignificatum demum, addita alia particula negativa, accipit. Præcedens *ainohun* huius accuſativus caſus eſt.

Air, mane. Gr. ἦρ diluculum, matutinum tempus. Anglo-Sax. *ær* eſt ante, prius. Nobis *ar* mane notat, unde *arla* id. Hinc *arildstid* pro tempore anteriori vel vetuſto, addito *old*, *ald* ætas. Edda in Voluſpa 3. *Ar var allda*, initium erat ſeculorum. Ab hoc vero *air* promanarunt

Airizam anterioribus, antiquis.

Airiſthau anterius, olim.

Airtha, terra. Anglo-Sax. *eard*, *eord*. Al. *erda*, *herda*. Germ. *Erde*. Angl. *earth*. Belg. *aard*. Nobis *jord*. Vox hæc ab ipſis generis humani incunabulis uſurpata videtur. Ebræi enim ארץ erez dicunt. Chald. ארעא arta. Syri *arto*. Gr. ἔρα. Explicationi hæc ſervierint verborum Taciti, de moribus Germ. c. 39. *In commune Hertham, id eſt, terram matrem colunt.* Cfr. *Wachterus* in v. *Erde*.

Airus, legatio, nuntius, unde *airuns* nuntios, *airum* nuntiis. Gothice *ara*, unde *Konungs ara*. Legg. Helſ. Kon. B. c. 6. §. 4. & c. 10. miſſus regius, ut olim lat. Barb. appellabatur. Sic, ubi in ſcriptis Islandicis nominatur Konungs *Armadur*, idem notat; etſi non ignorem, *Verelium* interpretari præfectum annonæ. v. annot. ad fragm. Oddonis monachi de *Olavo Trygguaſonio*. Veteribus Germanis *Arimannos* appellatos fuiſſe clientes magnatum, docet *Schilterus* in Gloſſ. ſuo p. 63. ſed qui tamen ab *Ari* vel *Ero*, hoc eſt honore, eos dictos fuiſſe putat. Anglo-Sax. *Arthegn* erat ſervus honorabilis. *Ærnan* currere. Alem. *Eren* negotium expedire. v. *Wachterus*. Habemus nos hodieque *Ærende* negotium, nuntium, A. S. *Ærend*. Aleman. *Arunti*. Cfr. *Hickeſii* diſſertatio epiſtolaris, p. 2. *Schilteri* Gloſſar. l. c. & p. 267. *Palthenius* ad *Iſidorum*, c. 5. 7. Pæne oblitus eram dicere, legatum Fennonibus dici *Airuel* v. lex Jusl.

Airzjan, in errorem pellicere. *Stiernhielmius* ortum credit a Græco αἱρετις. Mihi aliquando in mentem venit, affinitatem potius prodere obſoletam vocem ἀρτέω, de cuius ſenſu teſtatur ἁμαρτέω, & inde ſuperſtes ἁμαρτάνω aberro. Confirmare hanc opinionem videtur, quod Gothi non *airzian* ſolum, ſed & *marzian* dicant, quod vide ſuo loco. Habemus hinc

Airzjands, deceptor.

Airzitha, error. Fennon. *erhetys* vel *ereys* id.

Aiſtan, revereri, honorare. Ab *aſt* Isl. quod amorem notat, vocem derivat *Verelius* in indice Scytho Scandico, quum, ut ait, reverentia absque amore eſſe nequeat. Ceterum multum non abludit Græcorum ἅζω honoro, veneror. Cfr. *Schilteri* præf. ad Gloſſarium Teut. p. 20. qui obſervat Arabicum Azez eiusdem eſſe ſignificatus.

Aith, ius iurandum. Anglo-Sax *Ath*. Alem. & Germ. *Eid*. Isl. *Eidur*. Sveth. *Ed*. Angl. *Oath*. Vox adeo antiqua, ut difficulter illius prima ſcaturigo quæratur: qui vero coniecturas non improbabiles videre cupit, adeat *Wachterum*. in v. *Eid*.

Aithei, mater. Fenn. *Aiti*. Isl. *Edda* aviam vel proaviam notat. v. *Gudmundus Andreæ*, in lex. Isl. p. 57. Confer infra *atta* pater.

Aith:hau, ſive, aut. Isl. *Eda*, *Ætha*. Germ. *Oder*. Gr. ἤτι.

Aiththan, ſed, autem. Sveth. *utan*.

Aiv, ævum, æternitas, unde *aiva dage*, dies æterni, *und aiv* in æternum. Sapit hæc vox Græcam originem, etiam in eo, quod æque ac illa notet non tantum perpetuam durationem, ſed & ſeculum vel mundum hunc. Inde *ſunjus thıs aivis* dicuntur, *Luc*. XX, 34. filii huius ſeculi. Cambr. ſemper *Ew* vel *Eu* dicitur. Anglo-Saxon. *a* vel *aa*, nobis *æ* & *a och æ* Gr. ἀεὶ. v. Chron. Rhythm. p. 122. Heims Kr. p 334. Et cfr. *Wachteri* Gloſſ. p. 399. *Junius* ad Willeram. p. 233. *Hickeſii* Gramm. Franco Theoth. p. 76. Ortum hinc ducunt

Aiveino, æterna. *Joh*. XVII, 3. forte etiam

Ajukduth, æternum. *Joh*. VI, 51. 58.

Aiviskan, vocem ignotæ non ſolum originis, ſed etiam ſignificationis, fatentur ambo lexicographi, *Junius* & *Stiernhielmius*. Occurrit vero *Marc*. XII, 4. *Stainam vairpandans gaaiviskodedun*. i. e. & lapididibus eum petentes, ignominia affecerunt. Lucem tamen accipit a dialecto Anglo-Saxonica, ubi, indicante *Benſonio*, *Æviſk* notat dedecus, *Æviſkberend* impudicum, *Æviſcnyſſe* dedecus. Sed video, non hoc ſolum iam a reverendiſſimo *Benzelio*, in nupera editione, eſſe annotatum, ſed obſervatum quoque, vocem hanc, tanquam variam lectionem, in textum irrepſiſſe, cuiusmodi exempla non infrequentia eſſe monuimus, in præf. noſtra ad Ulphilam illuſtr.

Aiz, pecunia. *Marc*. VI, 8. *Nih in gairdos aiz*, non in crumena æs. Vox eſt, ſi minus latina, at cum Latio tamen communis. Ab eodem *æs*, *æris*, nos deinde nacti ſumus *Eire*, *Eirpenning* nummus, nummus æreus. Hodie *öre*. *Hairus* gladium lingua Mœſogothica ſignificat, neſcio, an a materia; veteres enim, ut canit Heſiodus, Ἔργ. I. v. 150.

χαλκῷ ἐργάζοντο, μέλας δ' ὀυκ ἔσκε σίδηρος. h. e.

ut verbis & interpretatione utar Ovidii:

Æs erat in pretio, Chalybeia maſſa latebat.

cfr. Scholiaſten *Homeri* ad Ιλ. B. 226.

Ak, ſed. Ebr. אַךְ. Alemanni, ſuo more *k* Gothicum in ſibilum convertunt, *oh* dicentes, ut apud *Tatianum* c. 233. 6. *Ni curi uueſan ungiloubſol oh gitruwer*, noli eſſe infidelis, ſed fidelis. Obiter moneo, etiam hanc vocem a *Schiltero* eſſe omiſſam. Pertinet huc

Akei

Akei, idem.

Akeitis, acetum. Nos inde, per metathefin, fecimus *ättika*. Jam modo laudatus *Stiernhielmius* tradit, *eken* nobis acidum fignificare, de quo vocabulo mihi nil conftat.

Akran, fructus: ufurpatur de cuiuscunque generis fructu, arborum, pecorum hominumque. In lingua Anglo-Saxonica, Alemannica & item Islandica, fpeciatim notat glandes, primorum mortalium folennem cibum, unde *akeran*, glandes legere, apud *Schilterum*, p. 17. *Akernin brunnin*, toftæ glandes, in *Volfung*. S. p. 88. Ceterum confer *Stiernhielmium* & *Junium*. Oritur hinc *Akranalaus* fterilis, infructifer. Obfervamus heic eandem terminationem nominum *laus*, quæ apud nos hodieque viget, ubi privationem notamus. Al. *los*. Anglo-Sax. *leas*. Nobis *lös* e. g. *fruktlös*. v. *Wachterus* in v. *los*.

Akrs, ager. Gr. ἀγρὸς. Armor. *Acre*. Anglo Sax. *Æcer*. Alem. *akar*, *accar*, *achra*. *Stiernhielmio* vifa funt hæc omnia derivari debere, vel ab ἄγω ago, vel a noftro *Åka*, i. e. *Köra*, iumenta agere.

Alakio, omnino, componitur cum *all* omnis, eodem modo ac latini dicunt *omnes omnino*. v. *Marc*. XI, 32. *Luc*. IV, 22. XIX, 37. Vox a *Stiernhielmio* prætermiffa. Nos dicimus *alldeles*, antiqui *allaigis*, *allängis*. v. *Dikman*. Antiqu. p. 223. *Allungis* in præf. legg. Ulph.

Ald, progenies, de quo egimus in præf. noftra, huic parti præmiffa.

Alev, oliva, oleum. Gr. ἔλαιον, ab *Ala* ignem fufcitare, vel nutrire. v. l. c. *Alevabagme*, olivetum. *Luc*. XIX, 37.

Alh, templum. *Matth* XXVII, 5. & 51. Anglo-Sax. *Alah*. *fan them alahe* e templo. v. *Hickefii* gramm. Anglo-Sax. p. 110 & 125. Egimus de hac voce, in præf. Ulphilæ illuftrato præmiffa. Illis, quæ ibi diximus, fubiungimus fuffragium *Olavi Rudbeckii*, in Atlantices Tom. I. p. 806. *äfwen få weta de lärde intet, hwar de fkole giöra af ordet Frutin-al, fom Feftus fäger Trojanerna hafwa kallat Hännes Tempel. Al och Hal är tempel, fom wift är af Ulfvila, Edda och wäras Sagor, och war få Frutin-al Fru Difas Tempel.* i. e. Inter voces Troianorum incognitas, numeratur *Frutinal*, quod nomen feftus Veneris templo a Trojanis impofitum fuiffe fcripfit. Nos autem & Ulfilæ & Eddæ & Hiftoricorum noftrorum teftimoniis ufi, in fuperioribus oftendimus, *Al* & *Hal*, in lingua Gothica veteri, templum denotaffe. Unde *Frutinal Dominæ Difæ* h e. Veneris templum erit.

Aljath, peregre, vel alio: ab *Al* vel *El* peregrinus, alius Gr. ἄλλος. Alemanni dicunt *Allafuuara* aliorfum. v. omnino *Wachterum* in v. *El*. Terminatio *ath* motum ad locum denotat, ut apud Isl. *hingath* huc, *thangath* illuc; nos hodie dicimus *hitåt*, *titåt*. Ceterum, cognata huic voci funt

Aljathro, aliunde, ad formam *Allathro* undique, *fairrathro* a longe, procul.
Aljakunja, alienigena.
Alja, alias, nifi.

Alidan Stiur, faginatum vitulum. *Junius* vocem *Alida* derivat ab ἀλοᾶν triturare, quod tamen merito repudiat *Stiernhielmius*. Nos, quid nobis inciderit, l. c. diximus.

Alls, omnis, totus, & fic convenit τῷ ὅλος Græcorum, Suet. *hel.* *Alla fo baurgs*, tota civitas. *All leike*, omnis caro. Exigua cum mutatione, fingulæ dialecti, Gothici idiomatis, confpirant. Defcendunt hinc

Allbrunft, holocauftum.

Allatharba, plane egenus. Ita *All* formando fuperlativo infervit, ut παν in Græcis, παντάλας omnino mifer, παντλήμων, idem. Sic Anglo-Sax. *Ælgrene*, admodum viridis. *Alauuar*, omnino verus, *in alauuar*, omnino vere; unde nos *allwar* formavimus, quod ferio fignificat. Isl. *Allfeigin*, plane lætus; *Alltafr*, valde utilis.

Allathro, undique. v. nuper in *Aljat*.

Allis, omnino: compofitum cum particula negativa idem eft, ac Svethicum *Als intet*. *Matth.* V, 34. *Ni fvaran allis*, non iurare omnino. Cfr. *Luc.* XX, 36. Notat quoque *enim*, ut *Joh.* V, 46. *Luc.* I, 48.

Allata. *Matth.* V, 29. 30. *Ni allata leik thein gadriufai in gaiainnan.* *Stiernhielmius* vertit, ne permittas, corpus tuum iaci in infernum, ut videre licet ex Gloffario eius, p. 9. Sed humani quid vir eruditus heic patitur, nil enim hoc vocabulum cum *lăta* vel *tillăta* habet commune; fed eft omnino præcedens *all* cum *ta* paragogico in fine, quale ufurpant fæpe Mœfogothi, ut in *fvaleikata*. *Matth.* IX, 8. *Juggata* ib. v. 17. Recurrit idem hoc *allata* *Luc.* XIV, 17. *Gaggith unte ju manvu ift allata.* Venite, quia iam parata funt omnia. Cfr. *Luc.* V, 11. Marc. VII, 37.

Alleina, ulna. Confenfum linguarum feptentrionalium v. apud *Stiernhielmium* *Juniumque* tam in Gloffario, quam in Etymologico. Germani curvaturam brachii *ellenboge* dicunt, nos *armboge*. Apud antiquos *Almboge*. v. leg. Bircen. c. 16. §. 11. Isl. *Olnabuga*. Cfr. *Heims* Kr. T. I. p. 3, 9. *Nu orglaft han up vith olnabugu*, iam in cubitum fe erigere annititur. Cfr. *Torft*, *Wikings* S. p. 135. *Eigils* S. p. 32. Gr. eft ὠλένη.

Ams, humerus. Gr. ὦμος.

An, particula interrogandi. *An qhas ift Fan*, ecquis eft Domine. Sic *Luc.* XVIII, 26. Aft *Joh.* XVIII, 37. fcribitur *annuh* cum folenni additamento vocis euphonico *uh*. v. fupra in v. *Abu* fpecim. I. latinis *En* eodem modo ufurpabatur olim, ut in *Maronis* ecl. 7. *En erit unquam ille dies?* i. e. unquamne erit? In antiquis patriæ legibus *æn* fexcenties, tanquam particula dubitativa ufurpatur. Confer inter alia, Weftg. L. Rätt. B. c. 7. 1. Habemus eandem hodieque in *omän*, fi quoque; *faftän* etiamfi Gr. ἐὰν, fi.

Ana, fuper. Cfr. Gr. ἄνω, ἀνὰ. Angl. *on*.

Anaaukan, adaugere, adiicere & cum augmento fyllabico *anaaiauk*. *Luc.* III, 20. Confer. *Aflailot*. De voce ipfa v. infra in *Aukan*.

Anabiudan, præcipere. Sveth. *Biuda*. Germ. *Bieten*. Derivatur hinc *Anabufns* præceptum. v. *Stiernhielmius*.

Anafahl. v. mox in *Anafilhan*.

Ana-Fera. *Marc.* VIII, 10. *Jah quam ana fera Magdalan*, & venit in partes Magdala. Scribitur, tanquam vox una & fingularis, a *Stiernhielmio*, fed rectius refertur ad *ana* par-

particulam & Gr. πέρας, finis, terminus. Uplanei *Wern* dicunt, *Pă mina wernar* i. e. intra meos terminos.

A*nafilhan*, mandare, alicuius custodiæ tradere. In præterito *anafalh* tradidit, locavit. A*nafulhun* tradiderunt. *Wachtero* iudice, ortum ducit a Gr. φυλακή, custodia, ut proprie denotet, custodiæ alicuius tradere. Al. *pifolahan*, hodie *empfehlen*, nobis *anbefalla*.

A*nafotuns*, compedes, alias *Bifotuns* a *fotuns* pedes, quod vide suo loco.

A*nagagga*, introivit. *Marc.* VI, 56. Vocem habet *Stiernhielmius*, sed rectius scribitur *ana gagga*, notatque per plateas. v. *gagg.*

A*nagards*, atrium, aula, manifesta compositionis ratione, ab *ana*, præpositione, *super* denotante, & *gards*, quod pro area & ipsa domo in lingua Mœsogothica usurpatur, uti suo loco dicetur, notat itaque locum *super*, vel *ante* domum.

A*na*, ut. Gr. ἵνα.

Anahaban, habere, possidere. Usurpatur de morbis hominem vexantibus, ut *Luc.* IV, 38. ubi de socru Petri dicitur, *vas anahabaida brinnon mikilai.* i. e. conflictabatur gravi febri: in Græco est συνεχομένη. Isl. *halldenu af mykilte köldu.*

Anahneivands, procumbens, a simplici *hneivan.* Sveth. *niga.*

Anaks, statim, confestim, vox ignotæ stirpis. Scio equidem, Anglis *anon* idem notare, Alemannis *Uuanom* v. *Hickesii* gramm. Theot. p. 76. Sed, an huc pertineant, nescio. v. *Junii* etymologicon in v. *anon.* Si compositum hoc vocabulum sit, ab *ana* & *aks*, forte cognatum foret latino *actutum.* Sed hæc aliis diiudicanda relinquo.

Anakumbjan, est latinum *accumbere*, vel certe communis originis: *m* illud euphonice in utraque lingua apponi, ut sæpissime solet, docent hinc latinorum *cubui*, inde Gothorom *kubituns. Luc.* IX, 14. i. e. κλισίαι.

Analagjands, imponens. v. simplex *Lagjan.* Confer *Analag* apud *Tatianum* c. 54. 8. quod tamen propius pertinet ad *liggan*, ut hoc ad eius factivum *lagjan*, quod, si placet, vide.

Analaugn, occultum, *analaugnei*, id. *in analaugnein*, in occulto. Nos habemus *löna* occultare, *löndom* secretum, a simplici *laugnjan*, *galaugnjan*, quod & latere, celare, inficiari notat. Et sensum, & litterarum affinitatem præ se fert *liugan* mentiri, & nostrum *liuga.*

Anamahtjada, vim patitur. Sveth. *öfwermägtigas.* Quumque qui plus possunt, sæpe viribus suis in aliorum fraudem abutantur, hinc ponitur pro græco ἐπηρεάζειν, συκοφαντεῖν.

Anameljan, describi, a *meljan* scribere. Nobis *măla* pingere notat, uti duæ hæ artes, scribendi pingendique communibus vocabulis sæpe utuntur: e. g. *rita* apud nos, & item *skrifwa*, ut alias demonstrabitur.

Anananthjands, audens, a simplici *nanthjan*, audere. Goth. *nænnas* id. unde *nænne*, audacia, *nænnogr*, audax. Alemannis vocem eandem usurpatam fuisse, docet *Otfridus* L. 3. c. 12. v. 115.

Thaz

Thaz ih thes ginendu
Mih Gottes ſon nennu
i. e.
Quod ego ſuſtineam,
Me Dei filium appellare

Idem L. X, 1. 2, 24.

Uuio firdan er unſih fand,
Tho er ſelbo dothes ginand.
i. e.
Quomodo periens nos invenit,
Quum is ipſam mortem ſubſiſtere audebat.

Apud *Notkerum*, *nendigi* audaciam notat *Pſ.* 34, 26. Alia etiam in lingua Suiogothica voci huic tribuitur ſignificatio, dum animi non tam robur, quam potius curam & ſolicitudinem notat. Ut dum dicimus: *icke nænnas æta*, ſordide avarus depingitur, qui *a ſe non impetrat, ut edat. Jcke nænnas bruka en klædning*, veſtem portare nolle, ne teratur aut deterior fiat. cfr. Eigils S. pag. 14. Ans. S. p. 20.

Ananauthjai, cogat. Suet. *nödga*. In legibus patriis mancipia ſpeciatim *annödog hion*, *annaudir* audiunt, tanquam coacti, *annödug ſtad*, ſervitus, v. *Loccenii* lex. jur. & *Verel.* ind. Ceterum Ulphilano *ananauthjan* vel ſimplici *nauthjan*, reſpondent Isl. *neida*, Angloſax. *nydan*, Alem. *noten*, Germ. *nötigen*.

Anaquam, ſupervenit, a ſimplici *quiman*, venire, quod vide.

Anaſilaida, ceſſavit, quievit. *Marc.* 4, 39. a ſimplici *ſilan*. Convenit cum lat. ſileo: notamus quippe quod in pluribus linguis tacendi quieſcendique ſignificatus iisdem verbis fere exprimantur. Tranſigere vitam *ſilentio*, apud *Salluſtium*, eſt quiete & inertia. Similiter *ſuuigan* apud Alemannos. v. *Tatian* c. 214. 3. *Ints in ſambaz dag* ſuuigetun *after bibote.* Et ſabbatho quidem quieverunt ſecundum mandatum. Ut vero ad noſtrum *anaſilaida* revertar, uſurpatur illud de tempeſtate, iuſſu ſalvatoris noſtri ſileſcente: *jah anaſilaida ſa winds*, & ceſſavit ventus, quod mihi revocat, me accepiſſe, apud borealiores Sueciæ incolas, *Sel* appellari illa inter catarrhactas fluviorum interſtitia, ubi obiectu ſaxorum grandiorum vis aquæ frangitur, & adeo aquæ leniori agmine fluunt. Obſervat id *Ehrenmalm* in hiſtoria itineris ſui ad Norrlandiam.

Anaslavaidedun, ceſſaverunt, quieverunt. *Luc.* 8, 24. cfr. ſimplex *ſlavan*, ſilere, & *gaſlavai*, obmuteſce. *Marc.* 4, 39. Concinit Ebr. שלו, tranquillus. Fennones noſtri, qui concurſum conſonantium vitant, & primam fere abiiciunt, *lewon* appellant quietem, docente *Juslenio*.

Anaſtodeith, incipit, proprie notat *ſurgit*, perinde ac Gothice *uppbof*, Isl. *uphaf*, dicitur ab *hæfva*, tollere. Refertur huc *Anaſtodeins*, initium.

Anaſulhun, vide *Stiernhielmii* indicem, qui errore amanuenſis, hanc vocem adminiſit pro *Anaſulhun*, ut textus ipſe rectius habet, *Matth.* 27, 2. cfr. ſpecimen. Gloſſ. noſtri in voce *anaſilhan*.

Ana-

Anatramp, conculcaret, *Luc.* 5, 1. v. *Junius.*
Anawairtho, futurum. *Joh.* 16, 13. a *wairthan*, fieri. Sueth. *varda.*
And, per, ut *and haimos*, per civitates, *and vigans*, per vias. Ex compofitis patet, hanc particulam refpondiffe latinorum *contra*, ut docebunt exempla modo fecutura. Isl. *and* eiusdem valoris eft, ut *andftreims*, i e. contra fluvium, *andfyls*, contra folem, &c.
Andall, ubique. *Luc.* 9, 6. quafi per omnia, *öfverallt.*
Andanahti, vefper. *Marc.* 2, 19. cfr. cap. 1, 32. ubi occurrit: *andanathja than waurthanamma*, vel præpofita particula: *at andanahtja than waurthanamma*, quemadmodum alias occurrit. v. *Matth.* 8, 16. Compofitum eft ab *and*, contra, & *nahts*, nox, fignificatque initium noctis, pari modo ac nos dicimus *mot natten*, i. e. prima nocte: *mot vinteren*, prima hieme. Isl. propius ad Mœfogothicam dialectum accedunt, qui *andwerdar* vel *onverdar vetur*, pro initio hiemis ponunt, ut *ofanverdur* pro fine. v. Heims Kr. Tom. 2. p. 13. Sic *i ondverdre Fylkingi.* Herv. S. p. 109. & Heim. K. T. 2. p. 316. Sic etiam *ondverd* ponitur pro initio cuiusvis rei, ut in *Hirdfkrä* edit. *Dolmer* p. 187. *Tha jord, er at onverdu bar illgræfi*, terra ea, quæ ab initio protulit zizania. cfr. leg. Gothl. c. 3. p. 2. Notabis ipfe, lector, *andanahtja* vel *at andanathja*, nunquam poni nifi cum verbo *wairthan.* Procul hinc non abludit dictio *Tatiani* in Harm. evangel. Alemannica. c. 236. 1.

Morgane ju tha giuuorthanemo.

Hæc, quæ breviter iam differuimus, fatis declaraverint, non fatis accurate vocem hanc *andanahtja* ab *andet* derivaffe *Junium*, quum non finem, fed initium noctis denotet.
Andanem, gratus, ab *andniman*, accipere: pari ratione ac *acceptus* apud latinos id, quod lubenter accipi folet, denotat: nos olim *annæm* & *annamelig* diximus. v. bibl. Suec. *Rom.* 15, 16. iam ad genium L. Germanicæ, *angenäm* dicere confuevimus.
Andanumtais dagos, affumtionis dies. *Luc.* 9, 51. Vox eft eiusdem ac prior originis, fed diverfæ fignificationis. Nos *mot* quod Mœfogothico *and* refpondet, eodem fenfu adhibemus in *mottaga*: Germani etiam fuum *gegen* & *entgegen.*
Andafet, abominatio. Confenfum linguæ Anglofax. vide apud *Junium.*
Andaftaua, adverfarius, unde in cafu obliquo *andaftauin. Matth.* 5, 25. Refer ad fimplex *Staua*, iudex. *Luc.* 18, 2. & *ftajan*, iudicare.
Andaftaths, id. fed ab alia radice, nempe *ftandan*, pari ratione ac nos dicimus *motftändare*, & latini *refiftere.*
Andaugjo, manifefto, quafi *ad oculum*, ab *augo*, oculus: hinc *audaugiba* id. De vocis terminatione v. p.
Andawairthi, pretium. Anglofax. *vurth, veorth.* Al. *uuerd.* Germ. *wert.* Suet. *wærde.* v. *Jun.* & *Stiernh.*
Andawaurd, refponfum. Isl. *andvaurd.* Germ. *antwort.*
Adawleiz, vultus: ab *and* & *wleiz* vel *wlits* vultus. *Joh.* 2, 44. Videmus hic in utraque voce tam latina, quam gothica, easdem litteras radicales, adeo ut ex eodem fonte utramque pullulaffe, nemo, nifi in ftudio etymologico plane hofpes, dubitare poffit; vocales enim, quæ difcrepant, nemini negotium faceffiverint, quum illas pro fuo genio na-

tio quælibet variare soleat. Dispiciendum iam porro est, utra lingua etymo eorum quærendo commodior sit. Latini quidem *vultum* iam a *volvendo*, iam a *voluntate* derivant; sed utrumque frigide. Gothica vero lingua ultra heic subsidio nobis est, in qua *wlaitan* notat videre, unde *Marc.* 5, 32. *wlaitoda saiqhan tho thata taujandein*, i. e. circumspiciebat, videre eam, quæ hoc fecerat. Anglosaxones eandem vocem *wlitan* habuerunt, teste *Somnero.* Islandi Gothique elisa prima littera, mollioris pronunicationis ergo, *lita* dixerunt: *Marc.* 9. 8 *Their litu kring um sier*, circumspiciebant. Eigils S. p. 53. *Hver sem i that liter*, quicunque in hoc (speculum) inspicit. Et commune quoque est pluribus dialectis, ut a *videndo, faciem* appellent, utpote quæ obtutui nostro in primis se offert. Sic Anglosaxones *ansyu* habent, nos *ansigte*, & quod huc propius facit, illi *andvlite*, nos *anlete*. Alem. *antluzze* vel *antlutte*, Germ. *antliz*, quo etiam referri debere Ulphilanum *andwairthi*, facies, infra docebimus. Suffragatur heic a me dictis celeberr. *Wachterus* in Gloss. v. *antliz*. Mantissæ loco observo, Islandis faciem *Fles* appellari, quod nescio, an a *wleiz* inflexum. v. *Gudmund Andr.* lex. p. 73. b.

Andbahtjan, ministrare. *Marc.* 10, 45.

Andbahts, servus. *Marc.* 9, 35.

Andbahtel, officium. *Luc.* 1, 23.

Coniungo hæc, utpote unius stirpis propagines, quæque inde ab Ulphilæ ævo non tantum perennarunt, sed & per varias Europæ linguas sese diffuderunt. Nos *ambat* habemus, quo denotatur *servus*, vel *serva* potius, honestioris conditionis, auctore *Andrea Sunonis* in versione legg. Scan. L. 13. c. 6. cfr. *Stiernhök* de iure Sueon. vet. p. 207. *Ambatar Sonr*, filius servæ, apud *Verel.* in v. Unde porro *ämbete*, ministerium, Anglosax. *Emaeht*, *embiht*. Alem. *ambahti* &c. cfr. *Wachterus* in v. Quod etiam veteres Galli, hoc est Celtæ, eandem vocem habuerint, testatur præter *Jul. Cæsarem* de B. G. Lib 6. c. 14. *Festus* quoque, scribens: *ambactus apud Ennium lingua Gallica servus dicitur.* Quo magis admirari subit, adeo irasci potuisse *Joseph. Scaligerum* adversus *Goropium Becanum*, qui post renatas litteras, primus, quod sciam, subindicare ausus fuit, vocem hanc non a *circum agendo* vel *ambigendo* ducendam, sed originis Scythicæ aut Cimbricæ esse. Quod facinus adeo audax *Scaligero* videbatur, ut mihi videatur facilius *Goropio* sacrilegium aut parricidium condonare potuisse, quam hunc adeo tetrum errorem: tot certe in eum conviciorum plaustra coniicit, tot maledictis lacessit, ut sciam, cuius me potentissimum misereat. v. *Lev. Torrentii* præfatio ad *Goropii* inedita. Nunc de re illa nemo fere dubitat, & sane si latina L. hac una voce tanquam indigena privata fuerit, in honore nihilo minore ideo fuerit. *Scaligeri* scommata qui videre voluerit, adire poterit eius castigationes in *Festum*, sub voce *Ambactus.*

Andbeitan, castigare, increpare. *Marc.* 8, 32. Quum aliud non adfuerit, tam *Junius* quam *Stiernhielmius* etymon vocis retulerunt ad Suet. *bita*, mordere. Sed illud huc non pertinere, ostendit parallelismus L. Islandicæ, ubi *avita* hodieque notat increpare, *avit*, increpatio, *avitau*, id. Bibl. Islandicis, Syr. c. 33. *Eirn ogudrækur man læturr sig ecki avita*, i. e. homo impius se non finit increpari. cfr. Mœsogoth. *idveitjan*, expro-

exprobrare. Al. *ituizon*, *eduuit.* B *verwiiten.* Suet. *förvita.* Plura dabit **Schilterus** in Gloff. p. 497. & *Wachterus* in v. *verweisen.*

Anddriuso, curfus præceps. Suet. *hufvudstupa.* *Matth.* 8, 32. & *Marc.* 5, 13. Reverendiff. *Benzelius*, qui divifim legit: *and driuson*, vertit ex præcipitio, eodem fenfu. Nefcio autem an particule *and* alicubi *ex* denotet. Radix vocis eft *driusan*, cadere, quam vide.

Andbindan, diffolvere, a fimplici *Bindan*, ligare. Pari modo a *binden*, vincire, Germani *entbinden*, diffolvere fecerunt.

Andeis, fini. *Luc.* 1, 33. Suet. *ände.* Confpirant ceteræ dialecti. Occurrit etiam *andi* eodem fenfu. *Luc.* 18, 5.

Andhafjan, refpondere, quafi vocem ad refpondendum tollere, ab *hafjan*, tollere, elevare.

Andhaitan, confiteri, ab *haitan*, promittere, quod occurrit fuo loco.

Andhausjan, exaudire. Radicem vocis habemus *hausjan*, audire. cfr. quæ diximus p.

Andhuljan, retegere, revelare. Heic, ut fupra in *andbindan*, particula *and* id valet, ut fenfum contrarium verbo afferat, ut *re* latinorum in retego, revelo. *Huljan* enim eft tegere, Suet. *hölja.* Isl. *hela*, Germ. *hüllen*, *verhüllen.* v. *Junius* & *Wachterus.*

Andniman, accipere. Suet. *annama:* ita quippe fcribendum, non *anama* aut *anamma.* Vetant enim, ne quid cum ratione agamus, qui in eiusmodi cafibus origines vocum prætereundas cenfent: quid enim magis confentaneum, quam ut, dum dubia eft orthographia, natales vocis in confilium adhibeamus. Et fane fi aliter effet, Ulphila omnique prifcarum linguarum notitia facile carere poffemus. Sed de hac re alias fortaffe liberius, fi affatim otii fuerit.

Andquithan, indicare, a *quithan* dicere.

Andrunnun, difputabant. *Marc.* 9, 34. Per analogiam referendum videtur ad verbum *rinnan*, currere, difputandique aut differendi fignificatum, eadem ratione acceperit, ac cadens latinitas *discurrere*, *discursus* eodem fenfu dixit. Gall. *discourir*, Ital. *discorrere.* cfr. *Junius* in v. Suiogothicum *Runa* interdum quidem ufurpatum invenitur in fignificatione confabulandi, differendi, e. g. in Chron. Rythm. p. 296,

Ta menar jak ther med them runa, i. e.
Tum cogito ibi cum illis confabulari.

Et in hiftoria Alexandri Mag. rhythmica:

Hærin tok tha mællin sic runa, i. e.
Exercitus tum cœpit inter fe difceptare.

Quod vero obftat, quo minus hanc vocis originem adoptemus, fola eft geminatio litteræ n.

Andsaiqhan, refpicere. Suet. *anse.*

Andsakanai, *Luc.* 2, 34. contradicendo. *Sak* in legibus patriis fæpius litem, actionem forenfem denotat, unde *gifva sak*, actionem intendere, *jæckta*, accufare. Anglof. *Sax.* *Saca* id. Alem. *sache.*

Andstandan, refiftere.

Andſtaurraidedun, fremebant, animi exacerbantur. Germ. *ſter*, *ſtur*, torvum notat. Belg. *Sturs*, inde *ſiorriſch*, auſterus, pervicax. Sueth. *ſturſk*.

And.hahta, cogitavi. *Luc.* 16, 4. Suet. *jag ær betænkt.* Refer ad *Thagkjan* cogitare, *tænka.*

Andwairthi, facies, ab *and* & radice in ceteris dialectis Gothicis ſuperſtite, *wara*, *warda*, quæ videre notat. cfr. *Wachterus* in v. *waren.* Nos inde habemus *warſe*, *bliſva warſe* (Germ. *gewar werden*) *oförwarandes*, quod de ſubitis, quæ nobis non videntibus, vel ex improviſo accidunt. *ungefær* vel rectius *ungewær*, vox Germanoſueca, id. cfr. *Wachterus* p. 1743. Vultum a *videndo* fere nomen ſortiri, nuper monuimus.

Andwairthis, coram.

Andwaſjan, exuere, a ſimplici *waſian*, veſtire. Al. *Uuat*, veſtis, *Uuatten*, veſtire. Quæ referri debent ad Gothicum *vad*, pannus, Belg. *waed*, *gewaed*, Germ. *gewadt* vel *gewandt.* Ab eodem fonte ortum ducit Ulph. *waſti*, indumentum, quocum conferri debet Gr ἐσθὴς, & lat. *veſtis.* Fennon. *wate*, id. unde *wätſæck*, pera. cfr. *Junius* ad *Willeramum.* p. 10.

Andwaurd, vide ſupra in *andavaurd.*

Annom, ſtipendiis. Occurrit *Luc.* 3. v. 14. *waldaith annom izwaraim*, i. e. contenti eſtote ſtipendiis veſtris: uti de ſignificatione nihil eſſe poteſt dubii, ita quid vocis ſit noſtrum hoc *annom*, perincertum eſt philologis. *Junius* in Gloſſario, Ulphilæ adiuncto, vocem latinam ſibi heic agnoſcere videtur. *Stiernhielmius* non quidem adeo abnuit, ſed ita tamen, ut eo potius inclinet, ut a Gothico *niman*, *næma* derivet. Sed non obſervavit forte vir alias ſagaciſſimus *om* finale, terminationem eſſe pluralis numeri, atque radicem vocis non afficere, id quod adiunctum *izwaraim* linguæ peritis manifeſtum reddit. Ego quid mihi in mentem venerit, paucis indicabo. Apud maiores noſtros *anna* merendi ſignificatum habuit, etiamſi vocem hanc lexicographi noſtri prætererierint. Occurrit illa, præter alia loca, in lege Bircenſi c. 19. §. 5. *Tha ær al ſkiplægi annaed.* i. e. tum omne naulum promeritum eſt: & hunc ſenſum vocis verum & genuinum eſſe, luculento teſtimonio confirmant leges communes *Chriſtophori* R. in Skipm. B. c. 15. ubi verba parvulam hanc mutationem ſubeunt, *Tha ær all ſkiplægi fortiænt.* Immo nomen ſubſtantivum *anno*, quod heic apud *Ulphilam* videre eſt, comparet quoque, niſi fallor, in inſtitutione regia; *Konnunga ſtyrilſen* dicta, p. 194. ubi canon ille affertur, *Then hawer* annan, *ſom iwi ſitter* i. e. ille mercedem vel lucrum reportat, qui reliquis potentior eſt. Referendum huc quoque locum in lege Veſtrog. tit. de iure connub. c. 2. §. 3 arbitror. Verba legis hæc ſunt: *Alt thet ſam giffz at hindra daga giäf, ock lyſæs a giſtar qwældi, thet ær fult fang jordar, æn winfærd komber a hindradag eller fyr, ock eigh annat, för æn the komæ undir ena bleo.* i. e. omne donatum poſtridie nuptiarum, & denuntiatum veſpera nuptiali, eſt res ſoli plene acquiſita, ſi mediatoris conciliatio advenerit poſtridie nuptiarum vel ante: ſed non plene acquiſitum erit, antequam in unum lectum venerint. Interpretes heic meras tenebras videre ſolent. cfr. eodem cap. §. I. ubi *intar* ſcribitur, *a* in *i* mutato, adiice Arfd. B. c. 22. §. I. Cum his itaque *anne* merces, lucrum, & *anna* promereri, latinorum *annona*, dum

dum ſtipendium militare ſignificat, affinitatem habere, in animum induxi, quemlibet tamen ſuo abundare ſenſu facile paſſurus.

Annuh, ergo. Extat *Joh.* 18, 37. & h. l. tantum. *Junius* diviſim legendum putat *an* & *nuh*, niſi *uh* euphonice forte adiiciatur ad morem eorum, quæ attulimus ſupra p. 275.

Ansjam, cum mercenariis. Vox hæc legitur apud *Stiernhielmium*, ſed vitio amanuenſium. In ipſo codice enim, impreſſisque exemplis, ſcribitur *Asnjam*, id quod ſuo loco in Gloſſar. *Stiernh.* occurrit.

Anſts, gratia. Alem. *Enſt.* v. Ottfr. L. II. c. 2. v. 74. Sueth. *aſt*, vel *anſt* ab *unna*, bene cupere, quod in præterito *an* habet. Communem radicem *Stiernhielmius* eſſe credit חנן Ebr.

Anſtai audahafta, gratia plena, occurrit in ſalutatione angelica, *Luc.* 1, 28. Compoſitum ab *anſts*, quod modo habuimus, & *audags*, dives, beatus, quod infra occurrit. Ultima pars vocis terminationem conſtituit, etiam hodie in linguis borealibus uſu vigentem: ut in *manhaftig*, virilis. v. *Stiernhielm.*

Anthar, alius, Germ. *Ander*, Angloſ. *other*, Gall. *autre*, Gr. ἕτερος, a qua voce cetera profluxiſſe autumat *Caſaubonus* aliique v. *Wachterus.*

Anza, trabs. Eſt utique idem vocabuli, ac noſtrum *ås* Isl. *as.* Neſcio vero, utrum Gothi exteri *n* addiderint, an noſtri demſerint. Accidit idem voci *gås*, quod alii *gans*, latini *ganſa* efferunt. Fennones hodieque trabem *anſas* dicunt, teſte *Juslenio.*

Apauſtaulus, apoſtolus: Vox Græca.

Aquizi, ſecuris. Hoc inſtrumento ut nulla gens carere potuit, ita nomen forte a primordiis generis humani ei, ſi minus idem, at ſimile tamen manſit, per plerasque linguas Scythicæ originis. Angloſax. *Acaſe*, *acas*, *ex*, Alem. *acus*, *achſe*, Ang. *ax*, Germ. *axt*, Gr. ἀξίνη, Lat. *aſcia*, Gall. *hache*, Suet. *yxa*, Isl. *öx.* cfr. *Hickeſii* gram. Theotiſca. p. 91.

Arans, aquilæ, *Luc.* 17, 37. *Tharei leik jaindre galiſand ſik arans*, i. e. ubi fuerit cadaver, illuc veniunt & aquilæ. Ultimam vocem, quam deſiderant exempla *Ulphilæ* edita, argenteo codici reſtituit Cl. *Sotberg.* Qui linguas boreales callent, norunt, eandem in ſingulis fere uſu viguiſſe. Angloſax. *earn*, Alem. *ar*, *arn*, Belg. *arend*, Isl. *orn.* v. Ans ſaga p. 94. Gothis ant. *arn.* Hiſtoria *Alexandri* M. Rythm. *Han är girug, ſom ſulten arn.* *Gudmundus Andreæ* obſervat, hanc avem apud Eddam *are* dici, illiusque radicem eſſe credit Ebr. ארה diſcerpſit, unde אריה leo, qui inter quadrupedia idem eſt, quod inter volatilia aquila. *Junius* vero cenſet aquilam κατ' ἐξοχὴν ita dici a Gr. ὄρνις avis: cfr. *Wachterus* in v. Ar.

Arbaidjan, laborare, Al. *arbeiten*, Sueth. *arbeta.* Islandi, qui *erfida* dicunt, primam vocis formam ceteris conſtantius mihi videntur retinuiſſe. Nam, ut omittam aliorum coniecturas, quas in unum collectas apud *Wachterum* offendere licet, ego arbitror, compoſitum eſſe vocabulum ab *arf* & *ida*; quorum utrumque ſtrictim explicabo. *Arf*, *erf*, præter alia notat quoque in ſcriptis Islandicis laborem, moleſtiam. *Knytl.* S. p 138. ***Ervitt mun mer that veita, at ganga imot yckr badum:*** difficile id mihi fuerit, ire ad-

 verſum

versum vestrum utrumque. Nec, nisi fallor, Alemannis hic vocis significatus insolens fuit. Docet hoc *Otfridus*, apud quem L. I. c. 5. v. 129. hæc lego.

Ih bin, quad siu, Gothes thiu
Zi erbe giboraniu, i. e.
Ego sum, dixit illa, Dei ancilla
Ad laborem nata.

Schilterus quidem *zi erbe* vertit *domi nata:* sed, ut mihi videtur, parum apposite. Quod vero ad alteram compositi partem attinet, *ida* notat urgere, incumbere, unde *id*, diligentia, *idka* gnaviter in rem aliquam incumbere, *idna*, idem. v. *Kon. Styr.* p. 53. & *Dikman.* Antiq. eccles. p. 225. ita *erfida* erit laborem exercere.

A*rbi*, hereditas. De vocis etymo consuli velim *Wachterum*.

A*rbja*, heres.

A*rbinumja*, id. a priori & *niman* capere.

A*rjan*, arare. Vox plurimis linguis communis. Gr. ἀρῶν, A. Sax. *erian*, *erigan*, Angl. *eare*, Germ. *eren*, Sueth. *ärja*. Referri poterit ad *ar*, quod antiquis tam ipsam terram, quam terræ proventum denotat: utraque significatio huc æque commode applicari potest. cfr. *Vossii* etymolog. latin.

A*rka*, marsupium. Latinis æque ac nostratibus vox hæc *cistam* notat. Lex Vestrog. Tiuf. B. *I lastu kari, ark ælla kistu*, in vase clauso, arca aut cista. Ib. Arfd. B. c. 7. *Modher skal rada arkar lyklum*, i. e. matri potestas erit clavium arcæ. Ortum creditur ab εἴργειν, claudere.

A*rman*, misereri, unde *armai mik*, miserere mei, *Marc.* 10, 48. ab *arm*, miser, simili modo ac apud latinos *misereri* a *misero*. Fenn. *armas*, Anglosax. *ofearmian*, misereri. Vox hæc ultimæ antiquitatis est, utpote cuius vestigia non hic tantum, sed etiam apud A*ugustinum* offendimus Ep. 178. ubi in disceptatione inter hunc patrem & Pascentium, hæc verba occurrunt de termino ὁμοούσιος: „si licet dicere, non solum Barbaris lingua sua, sed etiam Romanis, *si hora armen*, quod interpretatur, *Domine miserere*, cur non liceret in conciliis patrum, in ipsa terra Græcorum, unde ubique destinata est fides, lingua propria ὁμοούσιον confiteri.„ Torserunt eruditorum ingenia paucula hæc Gothica verba, sed ita tamen, ut omnibus in confesso sit, pro ultimo *armen* ad ductum Ulphilæ *armai* esse legendum. Primum *Sigora* legit *Wachterus*, & ab initio præfixo *Fan*, restituendum putat: *Fan sigora* A*rmai*, i. e. Domine victoriarum misereri. Sed offendit me, quod ipse A*ugustinus* ne verbulo quidem victoriam nominet. Accederem itaque lubentius illis, qui *si hora* unam esse vocem autumant, nempe *sir*, *siar*, quod Dominum apud Islandos notare asseverant *Wormius* in lexico Run. in v. & *Gudm.* A*ndr.* in lex. Isl. v. *sira*: nisi forte penitus vitiosa est lectio, veriorque iudicanda illa *Rigaltiani* codicis, quam exhibent editores Glossarii du *Fresne: Fhrota armes*, cuius primam vocem levi mutatione ex *Drot* factam non incommode coniiciunt patres Benedictini, sed quum vox illa, utut ceteris dialectis Gothicis familiarissima, apud *Ulphilam* non compareat, commodius reponi videtur *Frauja*, Domine, proque *armes*, *armai*, h. e. miserere, qua ratione utraque vox genium L. Gothicæ servat. Ceterum,

terum, ex occaſione loci huius Auguſtiniani, obſervatu haud indignum erit, huius doctoris ævo linguam Gothicam usque adeo iam invaluiſſe, ut ipſis etiam Romanis inſtar vernaculæ fuerit

Armahairtei, miſericordia, *barmhertighet:* ab *hairto*, cor.

Armaion, eleemoſyna.

Arms, brachium, *Joh.* 12, 38. *Arms Fanins*, brachium Domini. Angloſax. *earm.* Su. *arm.* Non procul abludit lat. armus, de cuius etymo cfr. *Voſſii* etymol. in v. armilla.

Arniba, caute, ſolicite. Vox a *Stiernhielmio* omiſſa. *Junius arniba* dictum putat quaſi *varniba* a *warna*, cavere, A. Sax. *varnian.* Ceterum Islandis *arna* eſt negotium ſolicite expedire, teſte *Verelio*, qui ſenſus heic percommode locum invenit: ſermo enim eſt de Juda præcipiente militibus, ut Chriſtum ſolicite ducerent. *greipith thana jah tiuhith arniba*, comprehendite eum & ducite ſolicite.

Arujo, gratis. Angloſ. *arvunga*, Alem. *arvum*, id. Conferatur de hac voce *Junius* in addendis ad Gloſſarium p. 418. & *Schilterus* in Gloſſario Alem. p. 62. 65. In transcurſu obſervo, *Stiernhielmium* humani quid paſſum, dum *arujo* Islandice reddi tradit *ad hatre.* Decepit eum ordo vocabulorum verſionis islandicæ, dum Ulphilana: *ei fiaidedun mik arujo*, quia odio me habuerunt fruſtra, explicantur: *aan ſakar höfdu their mig ad hatre*, ubi *aan ſakar* i. e. ſine cauſa, reſpondet noſtro *arujo*; phraſis vero *hafa ad hatre* eſt odiſſe. Ita interdum bono Homero dormitare contingit.

Aſans, meſſis. *aran* vel *arn* Theotiſcis idem eſt, unde apud *Tatianum: Lazet jogiuuedar uuahſan unzan zi arni*, ſinite utraque creſcere usque ad meſſem, hinc *aranmanot* ponitur pro auguſto, menſe. Quod vero litteræ *r* & *s* apud Gothos ſæpiſſime alternent, a me alibi docebitur.

Aſilus, aſinus. Angloſ. *aſal*, *eoſul*, *eſol.* Alem. *eſel.* Ponitur etiam *Marc.* 9, 42. pro mola aſinaria, vel potius ſuperiori lapide molari, ad eundem modum, quo Græce ὄνος dicitur.

Asneis, ſervus, mercenarius. Ad illuſtrationem vocis obſervo tantum, Islandis *asnaſt* notare ſerviliter laboro, & Angloſax. *æsne* ſervum dici, cfr. *Runolphi Jonæ* grammat. Isl. in indice. Præteriri forte hac occaſione non debet, ſervum apud Græcos ἄζον apellatum fuiſſe. *Athenæus* Lib. VI. p. m. 267. καλοῦνται οἱ δοῦλοι, ὡς μὲν Κλείταρχός φησιν, ἐν ταῖς γλώσσαις ἄζοι, καὶ θεράποντες καὶ ἀκόλουθοι. cfr. *Euſtath.* in Iliad. π ad finem, & Iliad. π. 1024. Sunt quidem, qui ἄοζοι vel ἄοξοι legendum volunt, ſed patrocinatur alteri ſcripturæ vox *Ulphilana.* Adde, quæ habet *Spanhemius* ad *Callimachi* fragm. p 299. Quum aſinus animal ſit ſervile, & ad laborandum velut natum factumque, videri poſſet, radicem eius vocis ab allatis *asnaſt* & *æsna* non fuiſſe alienam.

Aſſariau, aſſe. *Matth.* 10, 29. lat. aſſarium vox, uti videtur, peregrina.

Aſtaths, veritas, quaſi firmitas, a ſtando. cfr. *Junius* & *Stiernhielmius.*

Aſts,

Afts, ramus, Alem. *Aft*, Germ. id. Nos vocem duabus litteris præfixis longiorem fecimus: *quift*.

At, ad, apud. Præpofitio. Sed adverbii quoque officio aliquando fungitur, ut in fequenti.

Atandanahtja: verba textus hæc funt, *atandanahtja than waurihananma*, i. e. vefpere igitur facto: quæ divifim legenda exiftimo, ita quidem, ut, per tmefin, *at* non ad *andanahtja*, fed ad *waurthanamma* referatur. Par omnino ratio eft loci, *Marc*. 8, 1. *at filu managai managein wifandein*, i. e. quum valde multa multitudo effet, ubi *at* illud *vifandein*, non vero *filu* refpicit, ut adeo vox illa *atfilu*, quæ in Gloffario *Stiernhielmiano* occurrit, pariter expungi debeat. De *atgarunjan* mox pauca dicemus. Islandi fimili conftructionis genere *at* participiis adiungunt, ut: *at alidnum deigi*. *Norna Gefters* S. p. 1. *at alidnu fumri*, adulta æftate. *Helgæ* S. p. 28. *At giefno theffi leiffi*, hac data venia. *Ol. Trygg*. S. p. 47. ut alia multa omittam. Manifeftum hinc arbitror, divifionem, quam fecit *Stiernhielmius*, *atanda* a *nahtja* feiungentem, locum non habere.

Atandbahtjam, miniftrari. cfr. *Ulphil*. Illuftrat. pag. 32. Præfixum *at* heic ex activa forma paffivam facit. *Sunus mans ni quam atandbahtjam. ak andbahtjan*: filius hominis non venit miniftrari, fed miniftrare. *Marc*. 10, 45. v. diff. de verbis *Mæfog*. p. 151.

Ataugjan, oftendere, *augjan* idem: ab *augo*, oculus. Sueth. *öga*, a quo ortum ducit verbum öga, in fenfu videndi: ut in hift. *Alex*. M. *Therkan ingen oppfore ögja* i. e. nemo eo vifu penetrare poteft: & fimili fenfu infra: *Engin gat theröfver ögt*. Quod apud Græcos αὐγάζομαι videre notet, docebit *Homerus* ιλ. ψ. v. 458. cfr. ibi Scholiaften, & *Jun*. in Gloff. p. 73.

Atbair, offer, a *bairan*, portare, quod vide.

Atdriufandei, procidens, a *driufan*, cadere.



PRÆ-

PRÆFATIONES
SPECIMINI GLOSSARII
PRÆFIXÆ.

PRÆFATIO PRIMA.

Qui in prologo, *Ulphilæ illuſtrato* præmiſſo, indicavi, me horis ſubceſſivis aliquid ſubnotaſſe, quod illuſtrandæ linguæ Mœſogothicæ inſervire poſſet, atque etiam id maximopere me deſiderare profeſſus ſum, ut vel vir de codice argenteo ſingulariter meritus, dominus *Edvardus Lye*, vel cuicunque hanc ſpartam demandare voluerit, nuperæ nitidiſſimæ editioni codicis argentei Oxonienſi, Gloſſarium aliquod ſubiungere velit, mecum conſtitui illas notulas, quas meo Ulphilæ exemplo adiunxi, in iuſtum ordinem colligere, & ita, poſtquam emendatius illi legendo fax prælata fuit, eidem melius intelligendo, vocabulisque ad ſuos fontes reducendis qualemcunque meam commodare operam. Videri quidem poſſemus, poſt Homerum Iliada deſignare, qui, dum in omnium curioſorum manibus verſantur eruditiſſima Gloſſaria *Junii* atque *Stiernhielmii*, nihilominus ſimile quid molimur. Verum enim vero quum priori, in ſcriptis Alemannicis Anglo-Saxonicisque verſatiſſimo, Gothicæ tamen Islandicæque linguæ notitia in tantum deeſſet, in quantum ex *Vormii* laboribus hauriri non poſſet, & alteri, non minus ſagaci viro, quantumvis civi noſtro, atque adeo a ſubſidiis inſtructiori, priſca tamen hæc lingua ſatis non eſſet familiaris, lacunas, quas hic illic inveni, ſupplere conſtitui. Hoc vero dum dico, ne tantorum virorum labores carpere velle videar, fateor lubenter, longe maxima utrumque præſtitiſſe, & præterea in iſtiusmodi linguarum ad ſuos fontes reductione certiſſimum eſſe, multa ideo non ignorari, quod memoriæ ſe tanquam affinia ſtatim non offerant, inprimis poſtquam aliquam elementorum mutationem ſubiere. Quicquid vero eius ſit, vel eo nomine neceſſarium mihi viſum fuit, huiusmodi quid a nobis concinnari, quod poſtquam partim veram lectionem plurimis locis reſtituimus, partim multa loca, aliis non lecta, extricavimus, fieri non potuerit, quin varias voces in prioribus Gloſſariis exſtantes expunxerimus, alias, easque numero plures, reſtituerimus, quarum ratio ut non minus perſpicua eſſet, explicatione, qualem meditamur, indiguerunt.

Huius vero inſtituti mei rationem dum pando, in anteceſſum mihi monendus es, L. B. me Gloſſarium Ulphilanum heic exhibere, non quale editum velim, ſed meam tantum eo ſpectare operam, ut illa edam ſupplementa, quæ ego *Junii Stiernhielmii*que laboribus adſtruere potui. Hinc in ſubſequentibus ſpeciminibus nihil fere eorum allatum invenies, quæ horum induſtria præcepit; atque adeo ubi nihil addendum habui, nudam vocem & interdum illius auctoris nomen citatum invenies, qui de eadem plenius egit. Si vero iuſtam Gloſſarii editionem quispiam meditaretur, illi nihil utique eorum prætermittendum foret, quæ heic brevitatis ergo, & ne aliorum laboribus in tantillo opere uterer, penitus omiſi. Cogitaveram quidem, in præſentia pleniorem de lingua Ulphilana commentationem præmittere, verum, quum operioſior ſit hic labor, quam ut curriculo, quod hac occaſione nobis deſcripſimus, conveniat, ideoque eam operam in aliud, quod Deo viſum fuerit, tempus differimus, introductionis perbrevis loco ſequentia tantum lectoris noſtri iudicio in præſentia ſubmittentes.

Quæ de natura & origine linguarum diſſeruntur, ut obſcuriora ſunt, quam ut ultra coniecturas quisquam progredi poſſit; ita id indubium eſt, ex uno fonte promanaſſe, quot-

quot

quot in orbe ſint, linguas, nec magis veritati huic obſtare, qui auribus accidunt, alieniſſimos ſonos, quam ex facierum diverſo colore, mirificeque variante ſtructura, quispiam concludere auſit, ex eodem uno ſtipite omnes non ſuccreviſſe. Quod ad hanc veritatem proxime accedit, & ex eadem fluit, id eſt, in præterita ſecula quo longius recedimus, eo minus viſum iri id diſcrimen, quod linguas iam ſeparat, atque adeo ante mille annos unius eiusdemque linguæ dialectos fuiſſe, quæ iam diſcretæ ſunt linguæ, ſed cognatæ, & ſi altero millenario altius adſcendamus, ſorores deprehenſum iri illas linguas, quæ iam toto cœlo diſtare animadvertuntur.

Eo hoc ratiocinio iam deducimur, ut inveniamus, linguas quo antiquiores, eo plus primævi ſoni haud dubie ſervare, eoque magis cum æqualibus vicinis, & eodem tempore uſurpatis conſpirare: per ſaltum enim nihil heic fieri credendum eſt, nec aliquam fuiſſe ætatem, quæ aliquid priſcæ loquelæ non immutaverit.

Jam vero in confeſſo crediderim eſſe, illa lingua Mœſogothica λείψανα, quæ in codice argenteo conſervata habemus, omnium, quæ vidit eruditus orbis, monumentorum linguarum viventium antiquiſſima eſſe, ideoque hanc linguam haud dubie plurimum priſcæ ſuæ puritatis retinuiſſe, atque adeo hinc ad ſuos fontes inde ad linguas affines proxime accedere.

Atque hæc ratio ſola & genuina eſt, cur ſingulæ fere antiquioras linguæ ſeptentrionales, Ulphilanam tanquam ſuam & ſibi propriam reſpiciant. Nos Gothi præſulem Gothicum Gothice loquentem a nobis alienum non iudicavimus, & inter veterem noſtratem ſermonem & hunc ſub adeo diſſito ſole uſurpatum, mirificam harmoniam deprehendimus. *) Anglo-Saxonum lingua ab eadem remotior non eſt: teſtor *Junium* ingentemque vocabulorum farraginem, quæ in hac ſola dialecto, iuxta codicem argenteum, ſuperſtes eſt. Germani Francicum huius auctorem fuiſſe, acriter urgent.

Ten Katenus, vir erudititiſſimus, ſingulari tractatu **), quam prope hæc lingua a Belgici ſermonis genio abſit, demonſtratum ivit. Immo non hoc tantum, verum lingua Wallachica adeo Ulphilanæ hodieque ſimilis eſſe dicitur, ut qui huius nationis aureum codicem ſibi prælegi audivit, eum ſine interprete intellexerit, ſi Atlantices auctori fides habenda erit ***).

Inter Græcam & Mœſogothicam tantam affinitatem deprehenderunt illuſtris ***Stiernhielmius*** aliique, ut pro Helleniſtica hanc pæne habuerint, & reapſe experiantur utriusque linguæ periti, verum eſſe, quod ſuos cives docuit Ovidius, Gothici orbis infelix incola, Grajo nempe ſono Gethicam loquelam totam quantam permixtam fuiſſe. Latinum ſermo-

*) *Edidiſſe Er. Jul. Biörnerum parallelismum linguarum Mœſogothicæ & Scando Gothicæ, annexum cogitationibus critico philologicis, novimus, de quo inſtituto eius quid ſentiamus, tradidimus nuper in notis criticis ad vetuſtum catalogum regum Suiogothicorum.*

**) *Titulus libri eſt:* Gemeen-ſchap tuſſen de Gothiſche ſpraeche en de Nederduytſche. Amſtel. 1710. in quarto.

***) *Verba eius Tom III. p. 210. hæc ſunt: äro och månge orter ännu i Wallachiet, ſom bruka vårt Göthiſke ſpråk och Ulfvilæ Runebokſtäfver, det en Wallachiſk Sänningebod hit till Hans K. Majit för några år ſedan berättade, och i min närvaro kunde läſa Ulfilam, det ock nu några Ungrar, ſåſom Johan Galle ifrån Papa, och Mich. Pillarich ifrån Preſſburg &c. mig ſagt hafva.*

nem multum habere Gothici idiomatis, alibi docuimus, & in ſequentibus ulterius obſervaturi ſumus. Quod etiam Etruſcus & veterum latinorum ſermo cum hoc Gothico mirum in modum conſpiraverit, paucæ, quæ ſuperſunt, utriusque linguæ reliquiæ ſatis declarant. Celtica lingua plus Gothici ſermonis habet, quam quisquam hiſce litteris non initiatus, in animum induxerit: idque tanto minus mirum, quum unius eiusdemque linguæ Scythicæ utraque dialectus fuerit. Quod Slavonicæ linguæ, itidem illæ Scythico idiomati non peregrinæ, plurimum Mœſogothici ſermonis retineant, primus, quod ſciam declaratum ivit, vir in hoc ſtudiorum genere nunquam ſine honore nominandus, *Wachterus* in peculiari ſchediasmate, tomo II. miſcellaneorum Berolinenſium inſerto, de *lingua codicis argentei.* Quod tandem in lingua Fennica haud pauca reperiantur ſermoni Mœſogothico affinia, a *Stiernhielmio* in Gloſſario paſſim obſervatum videbis, immo diffiteri non debeo, me poſtquam dictionarium Svethico Fennicum cura beati epiſcopi *Juslenii* haud ita pridem editum, conſulere occepi, longe plura inveniſſe, quæ non per colla & crines, quod aiunt, raptata Gothica facta ſint, ſed manifeſtam cum vetuſto hoc ſermone præ ſe tulerint harmoniam, ita quidem ut mihi gratiſſimum eſſet, ſi quispiam, qui hanc linguam calleat, Mœſogothicæ addiſcendæ atque cum Fennica conferendæ aliquantulum operam impendere vellet: futurum enim tum pæne prævideo, ut numerus verborum Fenno Ulphilanorum inſigniter auctum eatur. Ego quum in præſentia, quæ heic breviſſime indicantur, data opera & in medium afferendis exemplis demonſtrare nequeam, inter plures diſſertationes hanc operam partiar, ipſi etiam Gloſſario, ſuo loco huc facientia paſſim inſerturus. Hæc interea ſi vera eſſe, mihi credideris, quid quæſo aliud inferetur, quam linguam hanc partim in celtica, græca, latina, forſan etiam Slavonica ſororiam cognationem agnoſcere, partim inter ceteras, tanquam munificam matrem, ſuas partitam fuiſſe opes? Et hæc porro ſub examen rite vocata, illuſtrabunt forte illam quæſtionem, quæ de veris linguæ, quam Mœſogothicam appellamus, fontibus agitatur. Nam dum hi eam Francicam eſſe dictiꝛctant, alii Sveogothicam, quæ opinio mihi quoque humaniſſimo iniuriæ genere tribuitur ab auctoribus relationum Gœttingenſium, anni ſuperioris Nro. 82, perinde mihi hoc eſſe videtur, ac ſi quis de eo dimicare vellet, utrum lingua Germanica, Alemannica ſit, an Anglo Saxonica. Scilicet ad neutram referri poteſt, tanquam una eademque futura, ad utramque tantam cognata. Scilicet ab illo tempore, quo floruit Ulphilas, & quo Teutonici ſcriptores hodieque ſuperſtites vixere, plura interceſſere ſecula, plures adeo migrationes gentium, earumque commixtiones, quæ ex uno fonte non potuerunt non plures deducere rivulos. Ex illis, quæ fundamenti loco ſubſtravi, conſequi etiam debet, linguam Mœſogothicam ad Hebræam, multo quam ullam recentiorum linguarum propius accedere debere. Et accidit revera, id quod, dum ceteras linguæ Ulphilanæ cognationes enumeravi, principe loco annotandum fuit. Ut in præſentia aliquid ſaltem probatum dem, exempla paucula, præter illa, quæ a *Stiernhielmio* allata reperire licet, in medium afferam, ſingula uberius ſub curſu operis explicanda.

Abrs, validus, Ebr. אביר de quo mox plura.

Ak, ſed. אךְ *ak*, idem.

Athri-

Athrizans, potiores, præſtantiores: forma comparativa a poſito *Athrs* (ut coniicere linguæ genius iubet) facta, ſimili ratione ac *managiza* abundantior, *batiza* melior, *Azetiza* facilior, *Vairſiza* peior, a *manag* multus &c. Concinit אדיר *adir*, præſtans.

Auſo auris eſt, & *Hausjan* audire. Ebraica אזן *oſen*, & האזין *hææſin* audire. Latini antiquiores, ut priſci Grammatici teſtantur, *auſes* eodem ſenſu dixere, ſed quemadmodum littera *r* & *ſ* ſæpe permutantur, ita recentius Latium aures dicere maluit. Græci perinde ac latini tertiam radicalem reciderunt.

Bilahan, a ſimplici *hlahan* eiusdem ſignificatus. Obſervari vero meretur, antequam ulterius progrediar, Mœſogothorum *h* inter pronuntiandum *g* valuiſſe, cfr. *huhrus* famelicus ab *huggrian* eſurire, *aigan* poſſidere, quod in præterito *aih* habet. *Fragan* interrogare, quod & *frahan* vel *fraihnan* audit. *Hlahan* igitur & *hlagan* (quod in noſtro *log*, riſit, ſupereſt) idem vocabuli fuit, perquam affine Ebr. לעג. In transcurſu noto, *Juslenio* auctore me didiciſſe, Fennis *pilaan* idem eſſe, ac illudere.

Dihz, fera. Ebraice, primæ litteræ in alteram eiusdem organi ſolenni permutatione זיז *ſis* idem eſt. *Pſ.* 50, 11. 80, 14. Islandi veteres *Diis* feram & in ſpecie lupum appellavere, Anglo Saxones *thyrs*. cfr. *Hickeſii* grammatica A. S. p. 122.

Ga-Brak, fregit, ברך, *barak*, Chaldæis idem. Derivata utriusque per univerſum ſeptentrionem diſſeminata inveniuntur.

Ga-Fahran, ornare, פאר *Paar* idem.

Leihvan, mutuum dare: לוה *Lavah*, mutuatus eſt.

Manvian, parare: מנה *Manah* in Piel paravit, unde *Raſchi* aliique interpretantur מן mannam præparationem. Radix eadem Ebræa notat numerare, quæ ſignificatio prope accedit ad Ulphilanum *Manvi, Luc.* 14, 28. ſumtum notat, quaſi expenſas numeratas.

Mitads, menſura eſt, *mithit*, metimini. Ebr. מדה *middah* menſura, מדד *midded* menſus eſt. Fennon. *mittan*, metiri, *mitta* menſura.

Tainjons, corbes, Ebr. טנאים, tannim. id.

Omitto alia plurima quæ plena manu afferre poſſem, haud dubitans, quin qui me vel peritiores vel in ſtudio etymologico andentiores ſunt, plura ſint inventuri. Ego vero iam manum de tabula tollo.

PRÆFATIO SECUNDA.

Vir eruditiſſimus, atque non minus de litteris germanicis, quam aliis eruditionis partibus bene meritus, *Daniel Georgius Morhofius*, in tractatu de lingua & poëſi Germanica, apud Ulphilam varias radices occurrere obſervavit, unde græca latinaque vocabula ortum ducant, quæque editores codicis argentei non ſatis obſervaverint. Verba eius p 66. hæc ſunt: *Man merckt in Ulphila bisweilen unterſchiedliche wurtzeln, davon griechiſche und lateiniſche wörter herſtammen, welches auch von denen Auctoribus ſelbſten. die ſie herausgegeben, nicht beobachtet worden.* Nos, ut antea, idem nobis obſervaſſe viſi

 ſumus,

ſumus, atque adeo de viri adeo inſignis conſenſu tanto magis nobis gratulari debemus, ita non dubitamus, quin, ſi pro ea, qua vir hic doctiſſimus polluit eruditione, materiam hanc ſibi pertractandam ſumſiſſet, plenior ſe oblatura eſſe obſervationum huc facientium ſilva. Quum tamen id factum non fuerit, ut datam antea fidem liberemus, quæ huius generis in mentem nobis venere, benevoli lectoris maturiori iudicio, in præſentia, ſubmittemus.

Fon & *Fun* apud Ulphilam non uno in loco *ignem* ſignificat, *Luc.* III, 9. *In fon galagjada*, in ignem coniicietur. *Matth.* V, 22. *Skula vairthit in gaiainan fanins*, reus erit gehennæ ignis. Islandis ignis *Fun* & *Fiun* eſt, e. g. *Eg ſa framan i fialſins liid funa hafan brenna.* i. e. ego vidi, in montis apertura ignem altum ardere. cit. *Stiernhielmio* in Gloſſario p. 48. Hiſtoria Romunder Gripſons, inſerta collectioni Biörnerianæ p. 6. *Fiune mikil var i millum fota hans*, ignis ingens erat inter pedes eius. cfr. *Verelius* in diſſert. de voce Fan. Indidem eſt *fune*, favilla, apud *Gudmundum Andreæ*, p. 80. *fänga*, incendere, in bibliis noſtris. *Eſ.* XLII, 25. Unde *fängkrut*, *fängpanna*, in re tormentaria. Germani hinc habent diminutivum *Funke*. Belgæ *Vonck* ſcintilla, & *Funkeln* micare, lucere. Græcis φέγγω, radio eſt. φανέω, ſplendeo. φαίνω, luceo, appareo. φανὸς, lucidus. φωγνύω, uro, torreo. φῶ, φᾶν, *Euſtathio* eſt εἶδός τι πυρώσεως, notante *Henrico Stephano*, in app. theſ. gr. p. 177. Ex hoc noſtro *fun* vel *fon*, apud latinos ortum etiam mihi duxiſſe videtur.

Funale, quo denotant lucernam vel facem, ut in illo *Virgilii* Æneid. Lib. I. v. 727. *noctem flammis funalia vincunt.* Et auctor libri de illuſt. viris, *Duillio conceſſum eſt, ut, prælucente funali & præcinente tibicine, a cœna publice rediret.* Conf. *Cic.* de ſeneꝏ. c. 13. *Flor.* L. 2. c. 2. Communis eſt opinio, faces haſce a funibus, hoc eſt elychniis, quibus cera circumdata fuit, nomen accepiſſe; mihi vero probabile non videtur, partem facis adeo parum conſpicuam nomen rei dediſſe, ut taceam, funalia hæc non ſolum faces aut cereos denotaſſe, ſed candelabra quoque, quibus iidem infigebantur. Vocem hanc hoc modo explicat *Iſidorus* L. XX. c. 10. *Funalia*, inquit, *candelabra apud veteres exſtantes ſtimulos habuerunt aduncos, quibus funiculi cera vel huiusmodi alimento luminis obliti, figebantur:* cui deſcriptioni favent illa Ovidii metam. L. 12. v. 246.

- - - *& primus ab æde*
Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis,
Elatumque alte - - illiſit fronti Lapithæ - -

Ubi videmus, non exiguæ molis hoſce lychnuchos fuiſſe, ſed tales, qui adverſus immanes Lapithas, armorum loco, uſurpari poſſent. Ad originem vero vocis quod attinet, quemlibet mihi facile conceſſurum arbitror, ab igne, tanquam luminis fonte, funale commode derivari. Indidem etiam ortum credo.

Funus, quam quippe vocem a priori ortam tradit Servius, in notis ad citatum Virgilii locum. Derivatur alias a *Furvus*, utpote funebri colore & veſpillonibus proprio, vel etiam a φόνω, cæde, quo inclinare videtur vir ſummus, *Gerhardus Joh. Voſſius.* Sed neutrum mihi placere fateor. Cur vero originem Gothicam potius ſequendam cenſeam, breviter declarabo. Apud iam modo laudatum Virgilii commentatorem, invenio, differentiam notari inter *funus*, *exſequias*, *reliquias* & *ſepulcrum*; funus vero, ut cetera miſſa faciam,

faciam, proprie dici, ait, *iam ardens cadaver*, uti buſtum, vel uſtrina, ab eodem elemento, loca dicebantur, ubi hæc iuſta mortuis perſolvebantur. Quid itaque eſt funus vi vocis, niſi, ut ait *Servius*, *ardens cadaver*, a *Fun* ignis. Non quidem diffiteor, adeo late funebris vocabulum deinde uſurpatum inveniri, ut totum exſequiarum apparatum ſuo comprehendat ambitu; ſed id non impedit quo minus hic, quem dixi, vocis ſignificatus primus & proprius fuerit, uti quoque eodem alluſiſſe auctores latinos & in primis poëtas, proprietatis verborum cuſtodes ſtudioſiſſimos, non uno in loco invenio. Sic idea ignis voci adiuncta emphaſin luculentiorem reddit verſus *Horatiani*, Od. I, 8. 14. ubi incendium urbis Troianæ appellat *lacrimoſa Trojæ funera*. Dum item *Ovidius* carmina ſua *de domini funere rapta* dicit, ad ignem corpus mortui abſumturum, procul dubio reſpectus habetur, a quo, titionis inſtar, hæc ingenii monumenta raptabantur. v. Triſt. 1, 7. 38. & metam. 14, 20. Sed nolo huic voci diutius immorari: modum faciam, poſtquam vel uno vocabulo monuero, apud *Feſtum* obſervari, arborem, quæ Jovis *igne* tacta fuit, vel fulmine icta, *Fanaticam* appellatam fuiſſe. An *fana* veterum ab igne appellata fuerint, non quidem affirmavero; id vero certum eſt, aras focosque præcipuam eorum conſtituiſſe partem, indeque nomenclaturam facilius deſumi potuiſſe, quam vel a Fauno, vel a fando, quæ vulgo tanquam etyma afferri ſolent.

Materiæ affinitate me excuſatum iri ſperavero, ſi hac occaſione alia nonnulla nomina commemoravero, quibus in Gothica lingua, latina, græcaque mihi videor deprehendere veſtigia. Primum erit noſtrum *Kol*, *Kul*, quo hodie carbones ſignificamus. (Germ. *Kohle*, Angl. *coal*) olim vero ignem in genere denotavimus. Unde *Amundus*, *Olavi Skottkonung* filius, ob ſeveritatem in domos fontium, quas igne combuſſit, exercitam, *Kulbrenna* dictus eſt. v. catalogum regum annexum legg. Weſtrogothicis. Hinc habemus *Koljarn* in Herw. S. c. 15. ferrum vel chalybs, quo ignem excutimus. *Kulshwarf* infortunium, vel caſus, quo plures unius familiæ, incendio conſumuntur. v. O. G. L. Arfd. B. c. 6. Apud *Gudmundum Andreæ*, *Kola* faculam vel lampado notat in lex. Islandico, p. 149. *Kuilna eld* accendere ignem Oſtg. L. Byg. c. 44. *Nu a bonde warda allum thöm elde, ſum han quildnar.* i. e. Paterfamilias omnem ignem, quem accendit, curare debet. Ex hac radice varia in L. tam græca, quam latina, originem duxere vocabula. κηλέω comburo, κηλός, toſtus, lat. *caleo*, cum omnibus derivatis. *Calo*, miles tiro, cuius officium erat, ceterorum focum facere. Huc etiam omnino facit *culina*, quam fere non ſine indignatione video, iam a *colluvie* derivari, iam vero, præeunte *Varrone*, infelice ſæpe etymologo, a *colendo*, quia ibi ignis colitur. Animadvertis vero, tua ſponte, B. L. me Gothicæ vocis facem voci huic deſignare, atque a *Kul* igne derivare velle. Eſt vero hoc, meo quidem iudicio, tanto aptius, quum, *Nonio* obſervante, non tam *coqvinam* ſignificet hoc vocabulum, quam potius quemlibet locum, qui *largiori igne lucet.* Nobis adhuc vox eadem ſupereſt in *Kölna*, ubi hordeum maceratum torretur ad coquendam cereviſiam. Cambro Britannis *cylun*. Anglo-Saxonibus *cyln*. Anglis *Kiln*. Et hac aſſumta etymologiæ ratione, liquidius patet, ut id obiter commemorem, cur culinæ nomine venerit locus, *in quo epulæ in funere comburebantur*, apud Romanos, obſervante *Feſto Pompejo*, & item, quod

quod *Aggenus Urbicus* de limitibus agrorum commemorat, *locus publicus in suburbanis inopum destinatus funeribus.* v. *Kirckman.* de funeribus Romanorum p. 188.

Alterum vocabulum, quod heic adferendum duxi, id est, quod hodieque in omnium nostrum ore est *Eld*, quodque, una cum finitimis Danis, soli gentium Gothicarum retinuimus. Vox est haud dubie ultimæ antiquitatis, utpote quæ Anglo-Saxonibus non solum familiaris fuit, quibus *Æled* ignem notavit, *Æled wiccan* ignem suscitare, sed etiam apud Persas, quibuscum multa alia nos communia habere, iam dudum eruditi obseryarunt, hodieque viget, dum flammam ignis *Ala* vocant, teste *Wachtero*, in Gloss. p. 1480. Ab hac radice habemus *Ælska* amare, eadem metaphora, qua in lingua latina ardere, incendi, idem denotat. *Äldare* incendiarius in legg. Westrog. Bard. c. 5. 1. præter composita *Eldstad*, focus, *Eldskyffel*, batillum &c. Ortum vero hoc vocabulum ducit a verbo *ala*, quod accendere notat, bibl. Isl. Lev. 6. v. 12. *Eldurin skall brenna a Altarenu og alldrei slokna. Presturin skall huern morgun ala elden a thui.* i. e. Ignis erit super altari, qui nunquam exstinguetur. Sacerdos quolibet mane suscitabit ignem super eo. *Älan* Anglo-Sax. id. Ut autem quid vocis *Ala* sit, hoc loco dicam, vel ideo e re mea est, quod infra in ipso specimine alias mihi explicandum esset, in v. *Aleva* & *Alidan.* *Ala* igitur, quod in imperfecto *Ol* habet. v. Herw. S. c. 6. ab init. primo nutriendi, vel gignendi sensum habet, atque ita ex asse convenit latinorum *Alo.* Bibl. Isl. Syr. 6. *Kära barn lat thu viskuna* ala *thig up fra barnæskia.* Dilecte infans, sine, ut prudentia te educet, inde a infantia. Herw. S. l. c. *Swava ol barn* i. e. Swava liberos genuit. Oriuntur hinc *Alster* genitura, *Alder* generatio, *Siangar alder* liberi Upl. L. Arfd. B. c. 12. *Aldin*, esculenta, & inprimis iuglans. Deinde, uti quæ cum cura aluntur, opima fere fiunt; ita nostrum *Ala* quoque saginare notat Prov. 15. *Bettre er riettur af kale med kiærleika*, *heldur enn alin uxe med hatre.* i. e. Præstat ius olerum cum dilectione, quam bos saginatus cum inimicitia. Mœsogothis idem vocis significatus familiaris erat, ut patet ex *Luc.* 15, 23. ubi *alidan stiur* notat vitulum saginatum. Ex triplici hoc nostræ vocis significatu, quo nutrire, saginare, ignemque suscitare notat, lucem variis latinorum vocabulis addere possumus. Hinc quippe videmus, qui factum fuerit, ut *adolere* & *adolescere*, quæ alias cremare vel incendi notat, (ut apud Maronem, *adolescunt ignibus aræ*) simul crescendi significatum habeant: unde porro *adolescens.* Frustra quippe sunt etymologi, qui nos ad obsoletum *oleo* remittunt, utpote quod in Latio nunquam, quod scimus. exstitit. Transire vocalem *a* huius verbi in *o* supra diximus; cur item *altilia* dicantur, quæ pinguia sunt, idque vel proprie, vel figurate. Ut dum in fragmentis *Plauti* habemus *Altilis dos.* i. e. opulenta, pinguis. Confer *Aletudo*, quod a *Festo* explicatur per pingvedinem. Ab igne, cui tanquam pabulum inservit, Gothos *Aleva*, lat. *olivam* & *oleum*, Gr. ἔλαιον formasse, mihi veri videtur simile. Altaria quum dicantur, verbis utor Festi, *quia ibi adolentur ignes*, facile mihi concesseris, altare aliunde ortum non esse, quam ab *ald æld*, ignis & *ar*, focus. Lat. *ara.* v. Herw. S. c. 15. *Eldi folgin i arni*, ignis cineribus tectus in foco. *Arinhaukur* senex, qui foco assidet. *Arinhella* solum foci, stratum foci lapideum. Prætereo Græca, ne hæc dissertatiuncula nimium excrescat, ut ἀλέα calor, ἀτάλλω nutrio, & alia.

Præ-

Prævideo facile, fore haud paucos, qui hæc omnia otiosis figmentis annumeraturi sint, quique facile non concoxerint, Græcis Romanisque vocabulis per me indigenis esse non licere, atque adeo insolens videri, rei adeo communis, atque ignis est, nomen a Gothis mutuum sumendum fuisse utrique linguæ. Sed repeto id, quod aliquoties dixi, me non tam id agere, ut demonstrem, linguæ Gothicæ tanquam antiquiori & ceterarum matri hæc deberi, etiamsi id a multis haud sine ratione urgeatur, quam potius ut significem, evenisse ita, ut quæ voces Græcis Latinisque obsolevere, apud Gothos, constantiori in usu remanserint. Et si alterutrum, vel utrumque cuiusquam auribus peregrinum accedat, alio a me non impugnabitur argumento, quam quod longe secus, ac ille iam, suo ævo iudicaverit *Plato*, cuius verba, vel ideo, quæ huc afferantur, aptissima mihi videntur, quod aliam, sed quam de industria omisimus, ignis appellationem illustrent, doceantque, magnum hunc virum credidisse, Græcorum πῦρ non esse vernaculum, sed a Barbaris, hoc est Scythis, mutuatum. Nos Fyr, Germ. quoque F*yr* & F*eur* dicunt. Verba eius hæc sunt i Cratylo p. m. 281. *Scis, qua ratione ignis πῦρ nominatur: vide, quid de hoc suspicer. Reor, multa nomina Græcos a Barbaris, eos præsertim, qui sub Barbaris sunt, accepisse. Vides igitur, quo hoc nomen πῦρ barbaricum sit: neque enim est, istud Grææ linguæ accommodare, constatque, hoc Phryges nominare, parum quid declinantes, ut* ὕδωρ *&* κύνας, *aliaque permulta.* Discipulus illius, *Aristoteles*, integrum librum conscripsit de nominibus Barbaricis, qui si ad nostras pervenisset manus, locuplete testimonio, id quod dicimus, fuisset confirmaturus. Conf. *Wachterus* in voce F*eur*, & *Rudbeckii* Antl. Tom. I. p. 805.

Ut hac occasione nullum secutus ordinem, quicquid se primum scribenti offert, arripio, ita proximum mihi iam erit Ulphilanum.

Mesa, quo nomine *primo* mensam reddunt, ut *Marc.* II, 15. *Mesa Skatjane usvaltida*, mensas numulariorum evertit, deinde etiam *secundo* patinam. *Marc.* 6, 25. *viljau ei mis gibais ana mesa haubith Johannis this daupjandins*, i. e. volo, ut des mihi in disco caput Johannis Baptistæ. Utrumque mihi Romanam litteraturam conferenti notatu dignissimum videtur. Primo enim succurrit, mensam, in veteri latio, testimonium perhibentibus antiquis grammaticis, non mensam, sed *mesam* dictam fuisse, quod nomen a Græcis profluxisse, non solum *Varro* de ling. lat. 4, 25. sed etiam *Plutarchus*, in probl. 63. docent. Μήνσα, inquit, ἀπὸ τῆς ἐν μέσῳ θέσεως, *mensa*, inquit, *dicta est a positu in medio.* Immo *Charisius* observat, sua ætate fuisse, qui *Varronis* auctoritatem secuti, non mensam, sed *mesam*, dixerint. Praterea alios recentiores, qui pro origine venditant vel *demensum*, vel *mando*, vel qui, *Isidorum* auctorem secuti, ab *esu* hoc vocabulum derivant. Mihi quidem sufficere potuisset, notare, antiquissimam vocis formam Gothicam esse, & apud Ulphilam liquido occurrere: sed ut tamen, quid de origine eius sentiam, paucis aperiam, inveni, apud Anglo Saxonas mensam dictam fuisse *mese*, *myse*, Alemannice *muas*, & in utraque lingua hæc vocabula, solenniori usu, notare cibum. Gemini huius significatus inter plurima, quæ ad manus sunt, nonnulla exempla afferam. *Otfridus* L. IV. c. 2. v. 14. de discipulis Christi ultiman cœnam parantibus,

Tho z' emo abande sar
Garetun sie sin muas thar.

Qq i. e.

i. e. *Tunc ad vesperam illico*
Paraverunt eius cœnam ibi.
& c. 10. 5. *Thes muases gerota ih bithiu*
Thas ih iz azi mit iu.
i. e. *Hunc cibum desideravi propterea,*
Ut comederem eum vobiscum.

Confer plura apud *Schilterum* in Glossario Teutonico p. 600. & *Palthenium* ad *Tatianum* p. 329. nos inde *mos* habemus, quod olim omne cibi genus denotavit, citeriori vero ætate, heic perinde, ac apud Germanos, restringitur ad pulmenta, vel cibos secundarios. Eadem vero vox *muas* & *mias* apud *Otfridum Keronem*que, notat quoque locum, ubi cibus deponebatur, hoc est, mensam. Prior L. IV. c. 9. v. 34. habet *zi muase gisaz.* i. e. accubuit, & posterior in regula S. Benedicti c. 63. edit. *Schilterianæ* p. 57. *ze muase*, ad mensas. Veri itaque simile videtur, mensam vel mesam dictam esse a *mese*, *muos*, vel cibo, quo cum convenit nostrum *mat*, Ulph. *mats*, pari ratione, ac apud Pollucem observatur, τραπέζας notare, præter mensas, καὶ τὰ σιτία ἐπ' αὐτῶν τιθέμενα, i. e. etiam cibos illis impositos.

Alter, quem Ulphilanum *Mesa* habet significatum, est, quo patinam vel discum denotat, quem, etiamsi non adeo communem, in scriptis latinorum me quoque invenire memini. Commentatores ad Æneid. I. 216. & 723. *Postquam exemta fames epulis, mensæque remotæ*, observant, per *mensas* ibi non intelligi triclinia, sed fercula, vel lances: mox enim versu 736 narratur, quemadmodum Juno *in mensam laticum libarit honorem*, ut adeo pareat, eam remotam non fuisse. Sic etiam vaticinium illud, quo in vocabulo mensæ ludens fœda Celæno, minabatur, fore, ut ante urbem mœnibus non cingerent Troiani, quum fames

Ambesas subigat malis absumere mensas

Lib. III. Æneid. v. 257. Sequitur postea Lib. VII. Comites Æneæ panes, quibus pro quadris usi erat, comedisse, atque ea occasione Julum, fato periculisque suis iam defunctum clamasse

Heus etiam mensas consumimus;

has nempe mensas, quas *orbes* & *quadras* nuper vocaverat, vers. 116. 125. cit. lib. Qui de his plura desiderat, adeat *Petrum Ciacconium* de Tricliniis vet. *Turnebi* adversaria lib. 21. c. 22. *Burmannum* ad *Petron.* c. 34. *Lud. Cerda* ad *Virgilii* Æneid. L. I. v. 723.

Constitueram infra, dum vox *Aggvu* occasionem præbuit, nonnulla de latino vocabulo *Angiporti* commentari; ut vero has origines Gothicas uno fasciculo, sed quantillum paginæ modus admittat, comprehendam; illa, quæ inferius dicenda forent, ben. lectoris venia, præcipiam. Denotat vero *Angiportus* vel *Angiportum* angustam viam: quod uti dubio caret, ita quid hoc vocis sit, timide docent critici. Posterior eius pars cum portu plurimum affinitatis habet, ideoque dicunt, vel aditum eo notari ad portum, vel portus nomine appellari quælibet conclusa loca, quo tendit *Ulpianus* de verbor. signif. apud *Vossium* in etymolog. *Cœlius Calcagninus* optime tradit, angiportum dici ab *ango* & *portus*, *quatenus ea vox antiquis viam denotat:* sed melius fecisset, si ubinam vox eo sensu in

in Latio occurrat, docere voluisset. Nos interea, dum alii meliora attulerint, quæ nostrum penu proferre possit, communicabimus. In lingua Mœsogothica *Aggvu* notat angustum; *Matth.* VII, 14. *Huan aggvu thata daur sa brigganda in libanai*, i. e. quam angusta porta, quæ ducit ad vitam. Notum vero est, præcedens *g*, more Græcorum, instar *n* nostrum prolatum fuisse. Germ. *Eng*, Cambr. *Ing*, apud *Boxhorn.* in Origg. Gallicis. conf. latin. *ango*, *angustus*, Fennon. *ängän* arcto. Altera vero vox *portus* necessario viam denotabit, sed quanam addicente auctoritate, aut qua lingua significationem istam testante? Nisi tædet Latio, Gothicam linguam suppetias ferentem audire, monebo, Anglo-Saxonibus *Fort* viam dici, *Bensonio* teste, & eandem quoque vocem maioribus nostris familiarem fuisse. Legg. Westrog. Byg. B. c. 10. ubi prohibetur, ne viæ publicæ privatæque claudantur transeuntibus, habet, *eig wägum manne eigh forta grannæ*, non viæ communes, nec itinera ad viciniam ducentia. In legibus Danicis, *Forte* eundem sensum habet, & Cambro Britannorum *Ffordd.*

Antequam ex hoc stadio discedam, unicum adhuc exemplum harmoniæ linguarum Gothicæ Romanæque mihi afferre licebit, quod luculentius existimo, quam ut heic prætermitti debeat.

Vaiht apud Ulphilam denotat rem minimam, & quem ad modum latinorum hilum fere in compositione cum particula negativa ponitur, *ni vaiht*, nihil. *Joh.* VII, 26. *Vaiht du imma ni quithand*, quicquam illi non dixerunt. Nos inde hodieque habemus *intet* nihil, id quod Dalekarli & boreales Sveci *intwet* efferunt, uti quoque plenius dici solet *wätta*, in *litet wätta*, parumper. Germani *icht* & *nicht* dicunt aliquid & nihil, A. *whit.* Occurrit etiam illud, quod modo dixi *wätta* in scriptis nostratium antiquioribus. Leges Westrogothicæ, Jord. B. c. 5. *Jak a ok tu icki wättæ:* ego possideo, & tu ne *pulvisculum quidem.* Chronicon Rhythmicum p. 156. *Han acktade thet för inte wätta: id ne flocci quidem fecit.* Alemannis *uuete* in usu fuit. Testem appello *Willeramum*, in paraphrasi Cantici Cant. c. 5. v. 6. *daz mih nie uutes ni lustet*, ut nihil desiderem; quam adeo vocem *Schilteriano* Glossario adiungere poterimus.

Islandos, aliquantula vocis immutatione, *hætte*, vel *hæte* dixisse, observat *Gudmundus Andreæ*, in lex. Islandico p. 103. ubi *Hæte* explicat *minutissimum quid, hilum.* Norlandos quoque etiamnum dicere *litet hættans*, aliquantulum, audivi. Teutonas idem vocabuli habere ex paraphrasi evangeliorum *Otfridiana* didici, quem locum quum non intellexerint interpretes illius, integrum heic apponam ex Lib. I. c. 22, 109.

Siu so haim quamun,
Es uuiht ni firnamun.
Zi niheineru hetti
Uuas er mit thiu meineti.

Schilterus hæc verba ita interpretatur:

Illi ita domum venerunt,
Eius vero nihil quicquam intellexerunt.
Usque ad stupiditatem,
Quid per hoc significaret.

 Illud

Illud vero *usque ad ſtupiditatem*, & perincommodum ſenſum præbet, & præterea per coniecturam ſolum appoſitum eſt. *Scherzius*, in annotationibus ad h. l. fatetur ſe ignorare, quid vocis *hetti* ſit. Collatio vero linguæ Gothicæ & Islandicæ rem credo extra dubium poſuerit, docueritque ſenſum eſſe: *Illi itaque domum venerunt, eius vero nihil quicquam intellexerunt, ne minimum quidem, quid per hoc ſignificaret.* Illuſtrationis ergo ponitur heic *ni uuiht* & *niheiner hetti*, licet idem plane ſit vocabulum.

Lingua itaque Islandica, Sviogothica & Teutonica concordi ſuffragio docent, *hætte* vel *hetta* denotare hilum, rem minimam. Notatu dignum exiſtimabis B. L. vocem hanc apud nos pæne obſoletam, in Latio antiquo olim repertam fuiſſe. Feſtus certe *Hetta* explicat rem minimi pretii; & ut erant veteres grammatici inſulſi etymologi, dictum putat *quaſi hietam; id eſt hiatum hominis & oſcitationem.* Sunt hæc talia, ut ea oſcitanti excidiſſe dixeris. Pergit vero, alios dixiſſe, *eo notari puſulas, quæ in coquendo pane ſolent aſſurgere, a quo modum dicendi acceperint Romani, non hettæ te facio.* i. e ut ſupra ex chronico noſtro attulimus, iag acktar för intet hätta, aut wätta. *Voſſius* in voce *hecta*, ductus auctoritate *Varronis*, credit, melius ſcribi *heſta* ab ἕψω coquo, ſed hæc omnia ἄῤῥητα ἀμείνω.

Temperare mihi non poſſum, quin priusquam hanc vocem *wæt*, *wicht* relinquam, obſervem, eandem inſuper aliam ſignificationem in ſeptentrionalibus linguis habere. Notat enim bovem & quamlibet creaturam, ſeu noxiam, ſive innoxiam. Pro bobus uſurpatur in hiſtoria Alexandri Magni, tempore Birgeri regis, Svethicis verſibus conſcripta:

Thet war ett Landſkap godt ok riikt
Af allahanda frukt ok wiikt.
i. e.
Regio erat bona & dives,
Fertilis frugum & armentorum.

Snorro Sturleſon tom. I. hiſtoriæ ſuæ, p. 569. *Sau their nu, hvorjar vættir thes hafdo neitt*, videbant, quænam animantia eo fruita fuerint. Conf. *wiht* Anglo-Saxonum. *Ælc wiht*, omnis creatura, apud *Hickeſium*, in grammatica Anglo-Saxonica p. 30. Prætereo alia, quæ uberiori copia in Gloſſario meo Suiogothico notantur. Sed quo inquis, in præſentia, hæc omnia? ut nempe doceam, unde latinum *Veterinus*, quod adiectivum eſt, notatque *pecuarium*, ortum ſit. Lucret. de Nat. Rerum. Lib. V. v. 863.

Et genus omne, quod eſt veterino ſanguine partum.

Hoc eſt omne armenti genus. Plinius, Hiſt. Nat. L. II. c. 46. *Ungulæ veterino tantum generi renaſcuntur.* Hinc *veterinarii* dicti ſunt ἱππίατροι, & *ars veterinaria*, de qua librum conſcripſit olim *Vegetius*.

Vident iam credo, qui ultro cæcutire nolunt, in Gothica lingua harum vocum fontes eſſe quærendos, quum Latium ipſum nihil habeat, quod originem harum, quas explicui vocum, dare poſſit. Quum nolim iuſtæ præfationis modum transgredi, heic finem faciam, proxime, ſi Deo viſum fuerit, hoc argumentum ulterius declaraturus. Paucula interim, quæ iam adduxi, fidem factura erunt, quo altius ad linguæ latinæ cunabula aſcendimus, eo propius eam Gothici ſermonis faciem referre.

PRÆ-

PRÆFATIO TERTIA.

Dum iam tertium ſpecimen Gloſſarii mei Ulphilani in publicam prodire lucem iubeo, ſervare hunc morem meum, in animum induxi, ut procemii loco nonnulla de linguæ Mœſogothicæ natura & conſtitutione præmitterem. Facio vero id tam, ut diviſa hæc in plures particulas opera movendo tædio minus apta ſit, quam etiam, ut aliquid eſſet, cui immorari poſſent, qui antiquam hanc linguam non callent. Inchoavi altera parte harmonicam collationem linguæ Mœſogothicæ latinæque, eum præſertim in finem, ut demonſtrarem, multas eſſe in lingua Romana voces, quarum fontes & prima origo nuſpiam felicius, quam in lingua Gothica quærantur. Hoc autem inſtitutum, ut non modo multis peregrinum, ſed & maieſtate linguæ Latialis indignum haud dubie videbitur, ita tanto magis e re mea erit, alia aliaque exempla in medium afferre, ut, quod ſingula forte nequiverint, coniuncta perſuadendi aliquam vim habeant. Ero autem in hac præfatione vel eo nomine brevior, quod uno alterove loco, per occaſionem vocum Ulphilanarum, idem oſtendendi ſtatim mihi occaſio dabitur. cfr. infra in voc. *Andbahtjan*, *Annom*, *Andavleits*. In præſentia hæc paucula ſufficient.

Lautia apud ſcriptores claſſicos dicebantur illa cibaria, quæ per quæſtores legatis exterarum gentium a Romanis mittebantur. Gr. λαυτία. v. *Plutarchus* in problem. p. m. 275. Scilicet ut commodius eſſet hiſce hoſpitibus, ipſis publice *Locus* & *Lautia* concedebantur, hoc eſt, ædes, quo ſe conferrent, una cum decentibus epulis. Traditur communiter a *lavando* eadem dicta, quemadmodum *lautus*, *lautitia* &c. idque ex ea ratione, quod remotiora ſecula in ſola munditia omnem pompam ſuam poſuerunt. Sed crediderim, hoc ideo tantum ab etymologis acceptum, quia meliora non aderant. Mihi vero tantum abeſt, ut probabile videatur, ab aqua, quam publicis oratoribus ad ſe divertentibus ante cœnam dabant, univerſum hoſpitii apparatum nomen nanciſci potuiſſe, ut potius perſuaſum habeam, nec a *lavando Lautia* dicta, nec vocis huius natales intra Latium quærendos. Utrumque paucis demonſtrabo. Dixi a *lavando* vocem hanc originem non ducere, id quod inde concludo, quod apud *Feſtum* lego, veteres non *lautia*, ſed *dautia* dixiſſe. v. eum in v. dacryma, ubi hæc habet: *Dacrymas* Livius *ſæpe poſuit, nimirum quod Græci appellant* δάκρυα: *item Dautia, quæ Lautia dicimus, & dantur legatis hoſpitii gratia.* Obſervat hic, vetuſtiſſimum Latii ſcriptorem *Livium Andronicum*, ut archaismis ſcatentem, non ad recentiorum morem *lacrymas* & *lautia*, ſed *dacrymas* & *dautia* dixiſſe: prioris manifeſta ratio eſt, quum Græci δάκρυ dixerint; poſterioris etymon licet æqua manifeſtum non ſit, nihilominus ſatis hinc patet, a *lavando* vocem dici non potuiſſe, quippe quæ olim *dautia* dicta fuit, nec niſi ſequiori tempore primam litteram in l commutatam habuit. Quod cum ita ſit, & ſimul conſtet in lingua Mœſogothica *dauhts* convivium, epulas notare, ſuſpicari incepi, hinc haud dubie profluxiſſe vocem latinam. Ita de Levi publicano Chriſto lautia ſua inſtruente. *Luc.* 5, 29. *jah gavaurhta dauht mikila Laiwweis imma in garda ſeinamma.* i. e. Et fecit convivium magnum Levi illi in domo ſua. Recurrit vox eadem apud eundem evangeliſtam c. 14. v. 13. *ak than vaurkjais dauht.* i. e. quando facis convivium. Huc etiam retulero *lautitia*, quod vocabulum, quantum quidem me-

memini, non uſurpatur niſi de dapibus earumque magnificentia. Ipſe vere B. lector facile animadverteris, epulas a *lavando* non niſi incommodius nomen ſortiri potuiſſe, utpote quod ipſis accumbentibus facilius applicaretur; hi quippe lavabantur, fercula non æque.

Quid *portentum* apud latinos ſignificet, nemini ignotum eſſe poterit, ſed, unde derivatum ſit, latet. Quod enim a *porro* & *tendere* vulgo deducatur, frivolum eſt, ſenſuque caſſum. Ego vero cum tota haruſpicii doctrina vocem hanc ad Romanos traductam exiſtimo ab Etruſcis, qui vanæ huius artis primi magiſtri habebantur, quorumque linguam cum Scythica multum affinitatis habuiſſe, quæ reſtant illius reliquiæ abunde commonſtrant, & nos aliquando operoſius docebimus. In lingua vero Mœſogothica vox eadem hodieque ſuperſtes invenitur, cum aliquantilla tantum litterarum cognatarum variatione, & terminatione Gothica, *Fauratanja*, *Joh.* 6, 26. *ni thatei ſeqhuth taiknins jah fauratanja.* i. e. non quia vidiſtis ſigna & portenta. Eſt vero hoc compoſitum a *faura*, quod in aliis dialectis *for*, *för* effertur, reſpondetque latinorum *pro* vel *præ*, unde *fauragagga*, præire, *fauralagjan*, proponere, *faurajtandan*, proſtare, *fauraquithan*, prædicere, & plura alia: ipſum vero verbum, unde *fauratanja* oritur, occurrit apud Ulphilam *Marc.* 13, 22. 23. *fauragataih* (*ga* perinde atque Germanorum *ge* radici præfixo) ubi contra falſos prophetas ita ſalvator noſter diſcipulos ſuos admonet: *unte urreiſand galiugachriſtjais jah galiugapraufeteis. Jah giband taiknins fauratanja du afairzjan. jabai mahteig ſijai. jah thans gavalidans: ith jus ſaiqhit. ſai* Fauragataih *izwis allata.* i. e. quia exorientur falſi Chriſti & falſi Prophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad decipiendum, ſi poſſibile eſſet, etiam electos. Sed vos videte, ecce prædixi vobis omnia. Obſervet heic B. L. *fauratanja* coniungi cum verbo ſuo *fauratethan* vel *fauragateihan*, quod *prædicere*, *prænuntiare* denotat. Radix vocis eſt *teihan* vel *gateihan*, nuntiare *): unde habemus apud Ulplilam *gatheih*, nuntia, *Marc.* 5, 19. *gateihith*, nuntiate, *Matth.* 11, 4. *gateiha*, nuntiabo, *Joh.* 16, 25. *gataihun*, nuntiarunt, *Marc.* 5, 14. *gataihan*, nuntiatum, prædictum, *Luc.* 2, 26. ubi de oraculo Simeoni reddito verbum hoc uſurpatur: *jah vas imma gataihan fram ahmin thamma veihin ni ſaiqhan dauthu faurthize ſeqhi chriſtu fanins.* i. e. & ipſi prædictum erat a ſpiritu ſancto, non videre mortem, antequam vidiſſet Chriſtum Domini. Et hoc eſt *teihan*, unde per craſin fit *tan* in *fauratanja*, & *ten* in *portentum.* Nemo ſane negaverit ſenſum & rei naturam huic derivationi patrocinari, perindeque a ſignificando ortum ducere potuiſſe, atque ab oſtendendo *oſtenta*, & a monſtrando *monſtra* dicta fuere.

Ne vero etymologiis quærendis unice adhæream, alio ſpecimine utriusque linguæ harmoniam declarabo. Apud Ulphilam *waila wiſan* in ſenſu epulandi ſumitur. *Luc.* 15, 32, *waila*

---

*) *Tam* Junius *quam* Stiernhielmius *hæc*, *quæ ſequuntur*, *referunt ad* gatiuhan, *invita linguæ analogia, invitoque ſenſu*; gatiuhan *enim notat* adducere. *Obſervavit hoc eleganter* Ten Katen *in libro ſuo Belgica lingua conſcripto, titulumque præferente*, *Gemeenſchap tuſſen de Gottiſche ſpræke en de Nederduytſche p.* 13, *ubi hæc verba comparent:* Junius heeft de woorden *gateih* &c. geſtelt als oorſpronkelyk van *gatiuhan*, dog hier in gantſelyk, myncs oordeels misgetaſt: dewyl de infinitivus van deze woorden moet zyn gateihan, (nuntiare) maer met gatiuhan, dat adducere beteeknet &c.

waila wisan **) *jah faginon skuld was.* i. e. epulari & gaudere oportebat: & c. 16. v. 19. *waila wisands dagaqhammeh hairhtaba* i. e. epulabatur quotidie splendide. Compositum est hoc vocabulum a *vaila*, bene, Suet. *væl*, & *visan*, esse. Germ. inf. *wesen*, ut adeo proprie notet *bene esse.* In hoc autem vocabulum Mœsogothicum ubi primum incidi, succurrebat, me apud latinos scriptores, & in primis poëtas comicosque, *pulcre esse*, *bene esse* in sensu comissandi haud raro offendisse. *Plautus* in truculento IV, II. 26. *Idem istoc* (nempe sex argenti minas) *delatum scio. De eo nunc* bene sumus *tua virtute.* i. e. luculenter vivimus, strenue epulamur. Idem in Mercat. III, 3. 21. *Quin ergo imus, atque obsonium curamus*, pulcre *ut* simus. Elegans etiam est apud *Horatium* locus Sat. II, 2. 114. seq.

- - - *Videas metato in agello*
Cum pecore & gnatis fortem mercede colonum,
Non ego, narrantem, temere edi luce profesta
Quidquam præter olus fumosæ cum pede pernæ;
At mihi quum longum post tempus venerat hospes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem
Vicinus: bene erat, *non piscibus urbe petitis,*
Sed pullo atque hædo: - - -

Ubi sibi pullum atque hædum omnium instar lautitiarum fuisse, gloriatur colonus, hasque dapes non appositas fuisse, nisi cum vicini adventus singularem apparatum requisivit. De industria plura exempla accumulo, in primis quum plurium lexicographorum industriam hic modus loquendi præterierit. Coronidis loco apponam, non minus luculentum *Ovidii* locum ex libro IV. Fastorum v. 395.

Messis erant primis virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante dabat:
Et modo carpebant vivaci cespite gramen,
Nunc epulæ tenera fronde cacumen erant:
Postmodo glans nata est: bene erat *jam glande reperta.*

Hinc poëta βαλανήφαγους maiores opipare sibi visos fuisse cœnatos, canit, ubi loco herbarum glandes edere didicerant. Non procul hinc abit græcismus, in quo εὐωχεῖν notat epulari, παρὰ τὸ εὖ ἔχειν id est, bene habere, quo dicendi genere utitur quoque Plautus in Aulul. II. 8. 2. conf. *Junii* Etymol. Angl. in v. *Novel.*

Constitueram equidem heic in præsentia subsistere, verum quum adhuc nonnulla capere videatur chartæ modus; paucis inquirere lubet in originem verumque significatum latinæ vocis *miles*, quam communiter a *mille* derivant etymologi, tanquam qui ex millenis unus sit. Ulpianus hac una coniectura non contentus, vel a *multitudine* vel etiam *malo*, quod a civitate avertit miles, vocem deduci posse censet, ut plura eius aliorumque æque frigida silentio involvam. Ego ut dicendis viam sensim muniam, in antecessum observari velim, non Latio privam hanc vocem esse, sed in antiquis aliis linguis superstitem inveniri. Cel-

**) *Editi iungunt voces; divisim vero legitur paullo ante v. B. matjandans wisam waila. i. e. Edentes pulcre simus.*

Celtica militem *milwr* appellat, teſte *Boxhornio* in append. ad Orig. Gallicas. Mœſogothorum *militondans*, h. e. milites apud *Lucam* 3, 14. occurrit: *frehun than ina joh thai militondans, quithandans*, i. e. interrogabant eum milites, dicentes. Jam ſi porro quæratur, quum tam latina lingua, quam Scythica æque hoc vocabulum ſibi vindicare poſſint, utrius ius potius cenſeri debeat, vel utra quærendæ eius radici, luculentiorem præferat facem? neſcio an mihi accidat, quod hypotheſi ſuæ ſervientibus fere ſolet, ut rationes undecunque ſumtas ſatis ponderis habere iudicent, modo ſuam ſtabiliant opinionem. Sed quicquid eius ſit, experiar forte lenius iudicium, quam quod reformidare videor, ubi rationes accuratius initæ fuerint. Inveni vero omnia militiæ nomina phraſesque eo facientes a *mercede* fere derivari. Huius generis ſunt: *ſtipendia facere, mereri, æra mereri*, Gallicum *ſoldat* &c. quo etiam facit, quod multi eruditorum tradiderint, *latrones*; quo nomine milites apud veteres veniunt, a *mercede* nomen accepiſſe, quæ Græcis λάτρον dicitur, uti etiam nec deſunt, qui pari ratione *ſtipatores* a *ſtipe* dictos putarint. Exinde mihi augurari viſus ſum, *militem* a *mercede* tunc dictum fuiſſe, quum ære ſe conduci primum paterentur cives Romani, quod factum fuiſſe paullo ante bellum Gallicum docet Joſ. Scaliger ad Feſtum in v. privatus, multique alii. Sed ubinam gentium radicem, quam quærimus, invenire licebit? Immo vero niſi Gothicam litteraturam dedignetur B. L. obſervaverit, apud maiores noſtros conductitios milites appellatos fuiſſe *malamen*, & ſtipendium militare *mala*. *) Utrumque plurimis adducendis teſtimoniis ex ſcriptoribus Islandicis demonſtrare poſſem; ſed ſuffecerint hæc pauca. Knytling. S. p. 8. *j than tima ſettu Danir thingmanna lid i Englandi, thar varu tha* mala menn &c. h. e. eo tempore Dani in Anglia conſtituerunt certum armatorum numerum alere, quibus & ſtipendia aſſignarunt. In eadem hiſtoria de Haraldo rege dicitur, *Han ſetti thar herlid mikid, han ſetti theim* mala *oc rett*: Urbi præſidium dedit, militibusque ſtipendia legesque dedit. Heimſkr. Tom. 2. p. 414. *Erlingur veitti um Jolinn i Tunbergi, en han gaf* mala *thar um kyndilmeſſu*: circa Juliorum feſtum in Tunbergia amicis ſuis lautia præbuit Erlingus: circa feſtum vero Epiphanias congiaria dedit. De eodem Erlingo infra p. 431. *Han for um hauſtit nordur til Bärgynar, oc ſat thar um veturin, oc gaf thar* mala: Autumnali tempore in borealem Bergiam profectus, ſtativa ſua hiberna ibi habuit, ſtipendia militibus diſtribuens. Idem Auctor Tom. 1. p. 58. *Halfdan gaf thar i* mala *mannom ſinom jammarga gullpenninga, ſem adrir Kongar ſilfur penninga.* i. e. Halfdanus totidem militibus aureos nummos dedit, quot alii reges nummos argenteos.

Sed hic modum facio: quæ ſuperſunt, id genus in aliud tempus reſervans.

---

*) *Etiamſi* mala *ſolenniori uſu pro ſtipendiis militaribus adhibitum inveniatur in veterum ſcriptis, nihilominus non raro quoque ad alias quaslibet mercedes penſionesque denotandos transfertur.* Hionamala *Helſ. L. Kirk. B. c. 10. capitatatio eccleſiaſtica, vel nummus per capita ſacerdoti pendendus.* Offermali *ibid. i. e. interprete* Verelio, *pretium duarum ulnarum lintei, vel panni lanei ex quolibet fundo ſolvendum, nomine oblationis, quæ diebus feſtis ſuper altari a parochialibus fieri debuit.* Ledungsmali *Helſ. L. Kon. B. c. 7. penſio ad expeditionem navalem* Smörmali *ib. Kirk. B. c 7 libra butyri ex qualibet vacca ſacerdoti pendenda.* Getaſmörmala *eiusmodi penſio ex butyro caprino. v.* Dikman. *antiq. eccleſ. p 240. In* Lege Uplandica *Kirk. B. c. 9.* Mala karla *ſunt mercenarii, qui fundum non poſſident, ſed ſolo manuum labore victitant.*

APPENDIX

ALIA

SCRIPTA

SIMILIS ARGUMENTI

CONTINENS.

DISS. HIST. PHILOL.

DE

ULPHILA

SEU

VERSIONE QUATUOR EVANGELISTARUM GOTHICA

A

GEORGIO FRIDERICO HEUPELIO

PHILOS. MAG.

EDITA

WITTEBERGÆ MDCXCIII.

Multa cognitu & obſervatu digna, quæ ad hiſtoriam interpretationis quatuor evangeliſtarum Gothicæ pertinent, dum ſtudiorum cauſa inter Sueones Upſaliæ viverem, mihique codicem manuſcriptum, ex quo clariſſimi *Junii*, generoſique *Sternhielmii* opus depromtum eſt, in bibliotheca academica *) evolvere integrum eſſet, haud pœnitendo ſtudio ex ſcriptis tam veterum quam recentiorum, horis ſucciſivis collegi. Quæ nunc, cum mihi diſſertatio publicæ ventilationi ſiſtenda ſit, uno velut faſce complecti, & in forma diſſertationis academicæ in publicum dare, mecum conſtitui. Neque dubito, quin operæ pretium facturus ſim, qui exiſtimem, non ingratum fore B L. ſi, quæ ſparſim ab aliis in hanc rem tradita ſunt, congeſta & iuſto ordine diſpoſita poſſunt legi. Tum vero nonnulla adiiciam, quæ fruſtra ab aliis requiras. Deus optimus maximus ſua ope adſit conatibus meis.

*) Cui ab illuſtriſſimo heroe ac comite *Magno Gabriele de la Gardie* cum compluribus manuſcriptis ineditis, munifice donatus eſt, poſtquam illum in Sueciam primo inter alia ſpolia Pragenſia delatum, deinceps ſingulari fato, regnante *Chriſtina* Guſtaphi Adolphi filia, in Belgium abductum, ingenti pecuniarum ſumma (ſexcentis imperialibus, ut mihi relatum, vener. D. *Kortholt* habet quingentos *tract. de variis ſcripturæ editionibus cap. XXIX. §. 11. pag. 367.*) redemiſſet, & ligatura ſolide argentea affabreque cælata compingi curaſſet, quod conſultiſſimus *Jo. Loccenius L. II. Antiquitat. Sueogoth. cap. 15.* nec non celeberrimus *Olaus Rudbeckius Tom I. Atlantic. c. 7. §. 5 pag. 244.* referunt. Olim ad bibliothecam monaſterii Werdinenſis in regione Bergenſi, quatuor fere a Colonia milliaribus diſtantis pertinuit, uti cognoſcimus ex *Jan. Gruter. inſcript. antiq p. 146.*

§. I.

Initium facimus ab *auctore*. Non alius eam eſſe, quam *Ulphilæ a*) *Gothorum b*) in *Mœſia c*) tempore *Valentis* circa A. CCCLXV *d*) Epiſcopi, *e*) conſentiunt eruditi, quem divinas ſcripturas in linguam convertiſſe Gothicam, idonei ſcriptores *f*) memorant. Neque dubitare nos ſinit ſtupenda codicis mſc. ex quo edita eſt, antiquitas *g*).

a) Ita plerique bene ſcribunt. Non paucos, nec male, video quoque efferre *Ulfilam*. In conſultiſſimi *Loccenii antiquit. Sueogothicis Lib II. cap. XV.* & nobiliſſimi *Stiernhielmii diſſ. de linguarum origine Ulphilæ præfixa*, utroque modo ſcriptum reperio. Ουρφίλας habet *Philoſtorgius hiſt. eccleſ. Lib. II. §. 5.* & *Wulfhila, Hugo Grotius prolegom. hiſtor. Gothorum Vandalorum & Longobard pag. 52.* *Gilphilam* vocat *Iſidorus epiſcopus Hiſpalenſis lib. IX. Orig.* citante epiſcopo *Wexionenſi* in Succia, *Johanne Baazio hiſtor. eccleſiaſt. Sueogoth. lib I. c 1.* & *Gulfilam* ærea CCCCXV. *chron. Gothorum.* Atque hoc poſteriori modo etiam a cel. *Hermanno Conringio lib. de origine iuris germanici cap V.* appellatur. Apud ſcriptorem *miſcellæ hiſtoriæ lib. XII. c. 12.* lego *Ulfias*, in *Jornand. de rebus Goth. cap. LI. Vulfilas.*

b) *Ulphilam* fuiſſe *Gothum*, non ſuſtineo cum *Sixto Senens. biblioth. ſanct. lib. IV. edit. Colonienſ pag. 390.* *Jacobo Gothofredo* IC. *prolegom. ad Philoſtorg. p. 35.* & clariſſimo *Olao Verelio Runograph. Scandic. p. 12.* aſſerere, nam πρoγόνες eius *Cappadoces* fuiſſe, ortos ex vico *Sadagolthina* iuxta urbem *Parnaſſum*, a *Philoſtorgio hiſt r. eccleſ. lib. II. §. 5.* memorari cerno. Non quidem mihi ignotum eſt, *Philoſtorgium* mendacem eſſe ſæpius ſcriptorem, & a fabulis alienum minime, quod nos *Photius in bibliotheca ſua N. XL.* docet; ſed & iuxta ſcio, quod memini me aliquando apud *Jacob Gothofredum in prolegom. ad Philoſtorg. p 38.* legiſſe, complurima vera eius hiſtoriæ intexta occurrere, inter quæ hoc, quod modo adduximus, nihil prohibet referre. Græcarum litterarum probe gnarum *Ulphi-*

lam

lam fuiſſe, argumento evidenti eſt verſio noſtra: quam e græco fonte derivatam eſſe, nemo ambigit. Vid. doctiſſimi *Thomæ Mareſchalli obſervationes de verſione Gothica pag. 388.* ut & *Jacob. Uſſerii epiſtol.* ad *Franciſc. Junium*, quæ ad calcem Gothici alphabeti, quod hic ſuo *gloſſario Gothico* præmiſit, typis deſcripta extat.

c) *Mœſia* hæc inferior eſt, a *Jornande*, *Scythia minor* dicta, hodie *Walachia*, hicque *Ovidius* exilium ſuum tranſegit, notante nobiliſſim. *Stiernhielm. in prælaudat. diſſ. de linguarum origine.* Incolæ Gothi minores dicti ſunt: fueruntque populus immenſus, ut auctor eſt *Jornandes*, Gothus ipſe, & rerum Gothicarum gnaviter intelligens, & pro captu ævi barbarie migrantium populorum fœdati adeptus induſtriæ laudem, (iudicio incomparabilis polyhiſtoris noſtri *Schurzfleiſchii diſſ. de rebus Sueogoth. §. 7.*) *de rebus Goth. c 51.* Iidem ſunt, qui Valentem imperatorem, cum prælio ſuperatus & vulneratus iaculo refugeret, inque vili caſula deliteſceret, vivum cremarunt. Vid. *Jornand. cap. XXVI. de rebus Goth. Iſidor. Hiſpalenſ. chronic. Gothorum ær. CCCCXVI.*

d) Eo tempore ipſum in vivis fuiſſe teſtantur *Socrates Scholaſticus*, *Sozomenus*, *Theodoretus* & alii. A quibus diſſentit *Philoſtorgius*, Cappadox, qui ſub tempora *Conſtantini Magni* eum collocat, additque inſuper ab *Euſebio Nicomedienſi*, aliisque, qui cum illo erant epiſcopis, ordinatum eſſe epiſcopum, & a *Conſtantino* imperatore magno in honore habitum: adeo, ut de illo loquens ſæpius *τὸν ἐφ' ἡμῶν Μωσῆν*, *noſtri temporis Moſen*, appellarit, *hiſtor. eccleſ. lib. II. c. V.* Quibus *Photius* epitomator hanc cenſuram ſubiungit: *λίαν δὲ οὗτος τὸν ἄνδρα θειάζει, καὶ τῆς αἱρετικῆς αὐτοῦ δόξης* (hæreſeos Arianæ, in quam Ulphilam lapſum eſſe, infra commemorabimus *Philoſtorgium* ſecta Arianum extitiſſe, probat *Gothofredus prolegomen. in Philoſtorg. pag. 13.*) *ἐραστὴν αὐτόντε, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀναγράφει.* Nonnulli, quorum mentionem facit *Loccenius antiquit. Sueogoth. L. II. c. XV. p. m. 101.* *Ulphilam* ad ſeculi a nato Chriſto quinti annum XV. referunt, quos inſigniter errare ſtatuo. De *Philoſtorgio* vero non auſim idem pronuntiare. Forſitan vivendo longam annorum ſeriem explevit, ita ut dicete liceat, eum tempore *Conſtantini* Magni floruiſſe, & ætate *Valentis* adhuc fuiſſe in vivis.

e) Concordi ſententia omnes hoc tradunt. *Jornandes* Gothorum pontificem & primatem appellat, *cap. LI. de rebus Gothicis*, *τοὺς ἐκείνου λόγους ἀκινήτους ὑπελάμβανον νόμους*, *eius verba pro firmiſſimis habebant legibus*, inquit *Theodoretus hiſt. eccleſ. lib. IV. c. 37.* Convenit *Sozomenus hiſtor. eccleſ. lib. VI. c. XXXVII.* *πάντα ῥαδίως αὐτῷ ἐπείθοντο, πεπεισμένοι μηδὲν εἶναι φαῦλον τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, ἢ πραττομένων.* *Cunctis in rebus ei facile obtemperabant, pro certo habentes, nihil earum, quæ ab ipſo aut dicerentur, aut fierent, improbum eſſe.* Hiſce prorſus ſimilia habet *Nicephorus Calliſtus lib. XI. c. XLVIII.*

f) Nominatim *Socrates*, *Sozomenus*, *Philoſtorgius*; *Iſidorus* Hiſpalenſis, *ſcriptor hiſtoriæ miſcellæ*, (quem aliqui cum *Paulo Diacono* confundunt, quod improbat celeberrimus *Schurzfleiſchius* noſter *in diſſertat. pro Juſtinian. orthodox. aſſerend. §. XVI. & XXIV.*) *editæ A. MDCLXXXII.* Iidem, quod adiiciendum videtur, ſuffragante *Jornande cap. LI. de rebus Goth.* novarum litterarum inventum *Ulphilæ* ibidem adſcribunt: Non verebor apponere verba eorum. *Socratis* hæc ſunt: *Τότε δὲ καὶ Οὐλφίλας, ὁ τῶν Γότθων ἐπίσκοπος, γράμματα ἐφεῦρε γοτθικά. καὶ τὰς θείας γραφὰς εἰς τὴν Γότθων μεταβαλὼν, τοὺς βαρβάρους μανθάνειν τὰ θεῖα λόγια παρεσκεύασεν*, h. e transferente *Henrico Valeſio*: *Eodem etiam tempore Ulphila Gothorum epiſcopus Gothicas litteras excogitavit, & ſacris ſcripturis in Gothorum ſermonem converſis effecit, ut barbari divina eloquia perdiſcerent. Hiſt.* eccleſ *lib. IV. c XXXIII.* Similiter *Socratis* exſcriptor, iudicio *Natalis Alexandri hiſt. eccleſ ſecul. IV. part. 2. diſſ. XVI. pag. 195.* *πρῶτος δὲ γραμμάτων εὑρετὴς αὐτοῖς (Γότθοις) ἐγένετο, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν φωνὴν μετέφρασε τὰς ἱερὰς βίβλους.* *Primus apud eos*, (Gothos) *inventor extitit litterarum, & ſacros libros in patrium ſermonem convertit. lib. VI. c. XXXVII.* *Philoſtorgii* verba infra cum benevolo lectore communicabo. *Iſidorus Hiſpalenſis* ſic loquitur *chronic. Gothorum Aera CCCCXX.* *Tunc Gulfilas eorum epiſcopus Gothicas litteras condidit, & ſcripturas novi ac veteris teſtamenti in eandem linguam convertit.* Auctor *miſcellæ*: *Ulfias epiſcopus Arianus, qui etiam litteras Gothicas primus adinvenit, & ſcripturas divinas in eam convertit linguam, lib. XII. 12.* Similia etiam habet *Nicephorus Calliſtus hiſt. eccl. l. XI. c. XLVIII.* & ante eum *martyrii Nicetæ ſcriptor* apud *Simeonem Metaphraſten*, d. XV. Septembr citante archiepiſcopo Armachano-Hiberniæ primate, *Jacobo Uſſerio*, *in epiſtol. ad Junium*, quæ in huius *Gloſſario Gothico pag. 14. ſeq.* typis deſcripta extat. His motus vir clariſſimus, & eruditione pariter ac iudicio inter noſtrates maximus

 ximus

ximus, *Hermannus Conringius* in *libro de origine iuris germanici cap. V.* cenſuit, ante *Ulphilam* Runicas litteras ſeptentrionalibus populis non fuiſſe uſitatas, docens, *Ulphilam* non excogitaturum fuiſſe novos characteres, ſi quæ litteræ Gothis iam fuiſſent in uſu, easque a Gothicis ab *Ulphila* repertis. & per Gothos nonnullos in *Scandiam* redeuntes adductis, variis modis inflexa figura, natas eſſe. Verum celeberrimi viri ſententiæ eruditi orbis Arctoi ſe quaſi agmine facto (quanquam diſſentiente doctiſſ. *Joh. Stiernhöök* in *tractatu de iure Sueonum & Gothorum vetuſto Holmiæ 1672. edito lib. I. c. 1.* qui tamen poſtea ſententiam ſuam mutavit, ut mihi relatum eſt,) opponunt, inter quos viri in antiquitatibus Gothicis verſatiſſimi, *Olaus Verelius Runograph. Scandic. cap. III. & IV. Olaus Rudbeckius Atlantic, ſeu Mannheimii Tom. I. cap. XXXVIII. & Tom II. cap. V. & Carolus Lundius*, profeſſor iuris hodie in academia Upſalienſi meritiſſimus *diſſ. de Zamolxi primo Getarum legislatore cap. III.* qui Gothos iam ante Chriſti ſalvatoris noſtri nativitatem Runas habuiſſe, easque *Ulphilam*, cum XVI. tantum eſſent, & præ Græcis & Latinis ſonorumque varietate paucas ille cerneret, pluribus litteris græcis & latinls, donec fierent XXV. vel, ut *Verelius* numerat XXVI. *Runograph. Scand. pag 71.* adauxiſſe & quodammodo inflexiſſe, ut eſſent commodiores ad ſcribendum, atque inde nomen inventoris Gothicarum litterarum accepiſſe docent, & adductis argumentis evidentiſſime monſtrant. Quod ſi Runæ ex litteris Ulphilanis hauſtæ eſſent, ſine dubio alphabetum Runicum non adeo eſſet imperfectum. Non enim credibile eſt, Scandianos alphabetum plenum & perfectum cum ſemipleno & imperfecto mutaturos fuiſſe, maxime cum compertum ſit, litterarum numerum, ubi in aliorum manus pervenerint, potius augeri, quam minui. Quo vero tempore & quo auctore Runæ inventæ ſint, quæris? Hiſtoriæ tacent. Ipſe *Verelius* teſtis eſt, *Runograph. Scand. p. 16. & 74. Cl. Rudbeckius* ex atra humo (Swartmyllan ut vocat) monumenta lapidea ſive cippos Runis exaratos, qui magno numero paſſim per *Sueoniam & Gothicam* viſundi extant, circumcingente, invento perquam curioſo probat ſpecioſe, iam tertio poſt diluvium ſeculo eſſe inventas: cui tamen dubitanter ego aſſentior, dum perpendo mutationes varias, quibus ab ultimis inde renaſcentis mundi ſeculis terra obnoxia fuit. Recte, mea quidem opinione, *Arngrimus Jonæ Islandus*, a conſultiſſimo *Loccenio antiquit. Sueogoth. lib. II. c. XV p. m 100.* citatur: *Veteres litteræ* (Gothicæ) *quando primum in uſu eſſe cœperint, non ſatis conſtat.* Nonnulli *Odino* (aliis *Wodanus* vocatur) Runarum inventum tribuunt; ſicuti videre eſt apud *Olaum Wormium cap. XX.* litteraturæ Runicæ. Qui videntur tantum loqui de Runis magicis. quæ Svartrunæ, hoc eſt, Runæ nigræ dictæ ſunt: quorum auctorem fuiſſe *Odinum, Olaus Verelius, Runogr. Scand p. 16.* probat ex Runocapitulo, cum quo conf. magnus popularis meus, *Johannes Schefferus*, non ita pridem in acad. Upſalienſi regius iuris ac gentium profeſſor honorarius, ut & eloquentiæ ac polit. Skyttianus meritiſſimus, *Upſal. antiq. cap. VII. de Odino pag. 91.* Quod ſi etiam loquerentur de Runis, quibus animi ſenſa declarabantur ſermonesque excipiebantur, quas Malrunas h e. logorunas a ſermone, cui inſerviebant, vocabant, recte eos facere, negandum eſt. Quibus conſilium eſt plura de litteris Runicis noſſe, adeat ſæpius laudatam *Olai Verelii Runographiam*, cui iungi poteſt *Olai Wormii* Dani *litteratura Runica.*

g) Clariſſimus vir & illuſtre Sueciæ decus ac ornamentum *Olaus Rudbeckius* in ſtupendo opere *atlantica T. I. c. VII §. 5. pag. 244.* ante annos MCCC deſcriptum eſſe arbitratur. In *apographo donationis*, qua comes *Magnus Gabriel de la Gardie*, Sueciæ cancellarius, academiæ Upſalienſi & collegio antiquitatis legavit bonam copiam librorum manuſcriptorum aut alias rariorum edit. *Holmiæ 1672.* extat, eruditos omnes, qui huius codicis fecerunt mentionem, *Ulphilæ* tempore ſcriptum credidiſſe. *Arnoldus Mercator* apud *Janum Gruterum inſcription. antiq. p. 146.* ante mille plus minus annos perſcriptum eſſe ait. Si non ipſius auctoris ætate, tamen ante octo vel ſeptem ſecula ſcriptus, ut exiſtimatur, inquit conſultiſſimus *Loccenius antiq. Sueogoth. lib. II. cap. XV. p. m. 101.* Forſan de hoc codice loquitur *Walafridus Strabo, in rebus eccleſiaſt. cap. VII. Ut hiſtoriæ teſtantur, ſtudioſi illius gentis* (ſcilicet Gothorum) *divinos libros in ſuæ locutionis proprietatem transtulerunt, quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur.* Præſtantiſſimum *Petrum Salanum*, amicitia mihi Upſaliæ iunctum, magnopere miror, quod non dubitaverit pro ipſo auctoris codice hoc manuſcriptum venditare *diſſert. de veris & antiquis gentis Gothicæ ſedibus 1691. Upſaliæ ſub moderamine Cl. Petri Lagerlööf eloq. prof. regii ord. defenſa pag 22.*

§. II.

§. II.

De auctore noſtræ verſionis, pro inſtituti ratione diſſerui; iam de *lingua* eius pauciſſima memorabo. Id planum & indubitatum eſt, ſcriptam eſſe ea lingua, qua tunc temporis Gothi in *Mœſia* utebantur; ſed qualis illa fuerit, non perinde liquet. Mihi *a*), ut ſtatim quæ mea mens ſit, expromam, mixta videtur ex lingua eorum materna, Gothica nimirum, atque veteri Teutonica eius gentis lingua, ad quam ex *Scandia* vel *Scanzia b*) migrarunt, *c*) maternæ ſuæ quotidiana conſuetudine haud parvam partem commiſcuiſſe: cum conſtet ex confuſione & mixtione gentium, oriri quoque confuſionem & mixtionem linguarum *d*). Linguam autem maternam Gothorum propinquiſſimam fuiſſe priſcæ Teutonicæ, ab eaque non, niſi levi dialecto, diſcrepaſſe credimus; quia utriusque communis mater fuit *Scythica e*). *Walafridus Strabo* eruditus ſeculi noni ſcriptor ait, *f*) Gothos eo tempore quo ad fidem Chriſti perducti ſunt, in Græcorum provinciis commorantes, noſtrum, id eſt, Theodiſcum ſermonem habuiſſe. Concedo libenter, fuiſſe ſermonem Theodiſcum ſeu Germanicum; cui tamen multa ex idiomate Gothico immixta. Non enim veriſimile eſt, Gothos armis & bello intentos, ita dixiſſe idioma Teutonicum, ut linguam ſuam plane amiſerint. Nec obnitar, ſi pure Gothicam noſtram verſionem cum nonnullis *g*) dicere velis. Verum puram ſolummodo & illibatam intelligere debes a linguis alienis & exoticis; non vero etiam a mixtura linguæ Teutonicæ, quam nil niſi tenui dialecto a Gothica differre, diximus antea.

a) Idem ſentit conſultiſſimus *Loccenius antiq. Sueogothic. p. m. 101.* Cl. *Rudbeckius* mihi memoravit, idioma verſionis noſtræ per omnia fere convenire cum hodierna lingua *Dalecarlorum* in *Suecia*.

b) Ita ubique *Jornandes* ſcribit. *Scandinaviam* appellat *Plinius lib. IV. naturalis hiſtor. c. 13.* & *C. Julius Solinus polyhiſtor. cap. XX. Gangaviam.* Nam ita pro *Scandinavia*, legendum manuſcriptis codicibus convenienter, qui omnes ſine variatione habent *Gangavia*, ceu animadvertit illuſtris *Salmaſius*, pag. 232. *Plinian. exercitat. in C. Jul. Solin. polyhiſtora cap. XIII.*

c) De qua migratione videatur celeberrimus noſter *Schurzfleiſchius diſſ. de rebus Sueogoth. theſ. VIII.* vel *Jornandes Loccenius antiq. Sueogoth. l. 1. c. 1. pag. 5.* Non audiendus eſt *Philippus Cluverius* Dantiſcanus, vir alioquin doctiſſimus & valde induſtrius, qui eo libro, quem *de antiqua Germania* compoſuit, negat e *Scandia* egreſſos eſſe Gothos: cuius opinionem prolixe confutavit nobiliſſimus *Stiernhielm.* in *Anticluverio ſuo diſſertat. I. de antiquiſſima in Scandia ſede Gothorum*, ut & Dn. *Carolus Lundius in Zamolxi ſuo cap. II.* cum quibus confer, ſi placet, *Hugon. Grot. prolegom. hiſtoriæ Gothorum, Vandalorum & Longob. Olaum Verelium in notis Jac. Reenhielm regni Sueciæ non ita pridem antiquarii ad cap. XIX. hiſtoriæ Olai Trygguaſonii ab Oddo monacho conditæ.*

d) Quod luculenter probatum dedit *Johannes Bodinus method. hiſtor. cap. IX.* Teſtis quoque eſt *Walafridus Strabo*, Gothos maternam linguam non ſervaſſe plane immutatam, dum enim ait, Gothos eo tempore, quo ad fidem Chriſti perducti ſunt, in Græcorum provinciis commorantes, Theodiſcum ſermonem habuiſſe, non obſcure ſignificat, Gothos, antequam in Græcorum provincias pervenerint, alium, quam Theodiſcum habuiſſe loquendi modum. Idem ulterius confirmatur ex eo, quod refert de Gothis *Verelius Runograph. Scand. pag. 14.* ita inquiens: *illud Gothicæ genti ab antiquo inſitum fuit, ut aliena ſuis præferrent, non tam rerum domeſticarum faſtidio, quam ut eos devincirent, quos imperio premebant. Unde devictis a ſe populis, nec leges ſuas, nec linguam aut litteras obtrudebant, ſed ipſi linguas & litteras eorum addiſcebant, ut obſequii ſui non pœniteret victos, cum nulla victorum ſuperbia ad id exuendum admonerentur.* Eandem ſententiam roborant, quæ laudatus *doctiſſimus vir* habet in *præfatione indicis* ſeu *lexici linguæ veteris Scytho-Scandicæ ante biennium Upſaliæ opera* Cl. *Rudbeckii*

beckii editi, ſic loquens: *Ac Gothicam quidem veterem popularibus noſtris foris uſurpatam, cuius reliquias Ulphilæ debemus, origine Scandicam eſſe, nemo in dubium vocarit. Et mirari licet per tot anfractus in remotiſſima delatam aliquid genii nativi retinuiſſe. Retinet autem perplurimum, utpote vocabula cum idiotismis ſolis Scandianis domeſtica, quod monſtratu haud erit operoſum.* Nec in diverſum abit eximius *Salanus l. c.* Adde doctiſſimi *Lundii diſſertat. de Zamolxi cap. III. §. 4.*

e) Ut bene obſervat nobiliſſimus *Stiernhielm. diſſertat. de linguarum origine §.* propoſitionem vero. Adde quod Dn. *Loccenius* notat *in antiq. Sueogoth p. m. 96. Quo antiquiores ſcriptores Saxonicos vel Germanicos leges, eo maiorem illorum cum Gothica lingua conſenſum & affinitatem experieris.* De lingua Gothica pluribus egit venerabilis academiæ noſtræ ſenior, *Georgius Caſpar Kirchmaierus*, Dn. hoſpes meus & ſtudiorum promotor, diſſ *academ. de lingua vetuſtiſſima Europæ Scytho-Celtica & Gothica.*

f) *Cap. VII. rer. eccleſiaſt.* Meus quondam in academia Altdorffina doctor, celeberrimus *Johannes Saubertus* verſionem noſtram veteris linguæ germanicæ antiquiſſimum omnium, quotquot extant, ſtupendum & incomparabile monumentum vocat *prolegom. var. lect. text. græc.* Evang. S. Matthæi, citante & approbante plurimum reverendo *Diecmanno de ling. Ebr. primigen. gymnaſ p. 24.*

g) Pure Gothicam verſionem eſſe putat *Franciſcus Junius* & *Thomas Mareſchallus* in *obſervat. de verſ. Gothica pag. 388.* Nec aliter eruditi *Pariſienſes* in ſuis *ephemeridibus*, *Journal*, ut Gallice vocant, *des Sçavans Tom. II. pag. 247* edit. latin. *Georgius Hickeſius* eccleſiæ Anglicanæ presbyter eam perbene Mœſogothicam appellat in *inſtitut. grammat. Anglo-Saxonicis & Mœſogoth.* de quibus *vid. Tenzelii Colloq. menſtr. 1691. p. 625. ſeqq.*

§. III.

Nunc veniam ad *obiectum* verſionis. *Socrates* & alii, *a*) univerſam ſcripturam translatam ſcribunt. *Philoſtorgius* excipit libros regum *b*). Hodie, ut creditur, non niſi Evangelia, *c*) eaque graviſſimis, quod dolemus, hiatibus *d*) laborantia ſuperſunt *e*), ſemel in *Suecia*, & bis in *Belgio* edita. *f*)

a) Nempe *Sozomenus*, *Iſidorus* Hiſpalenſis, *auctor miſcellæ*, *Nicephorus Calliſtus*, quos ex recentioribus ſequitur *Sixtus Senenſis biblioth. l. IV. pag. 390. edit. Colon.* & nobilis generoſusque *Claudius Oernhielm. lib. I. cap. 1. hiſtor. Sueonum Gothorumque eccleſ.*

b) Quos ait eam ob cauſam ipſum noluiſſe vertere, ne forſan bellorum ibidem facta relatio Gothos, alioquin magis, quam par erat, ad arma & bella inclinantes, magis adhuc ad prælia incitaret. Verba eius ſunt: Καὶ τάτε ἀλλ' αὐτῶν (τῶν Γόττων) ἐπεμελεῖτο (ὁ Οὐρφίλας) καὶ γραμμάτων αὐτοῖς οἰκείων ἐυρετὴς καταςὰς, μετέφρασεν ἐις τὴν φωνὴν τὰς γραφὰς ἁπάσας, πλήνγε δὲ τῶν βασιλείων, ἅτε τῶν μὲν πολέμων ἱςορίαν ἐχουσῶν, τοῦδε ἔθνους ὄντος φιλοπολέμου καὶ δεομένου μᾶλλον χαλινοῦ τῆς ἐπὶ τὰς μάχας ὁρμῆς, ἀλλ' οὐ τοῦ πρὸς ταῦτα παροξύνοντος. h. e. vertente *Jacobo Gothofredo: Et ut in cæteris curam eorum* (Gothorum) *habuit Ulphilas, ita propriarum quoque litterarum inventor extitit, & in linguam eorum ſcripturas vertit, exceptis libris regum, eo quod hi bellorum hiſtoriam contineant, gens vero illa belli amans eſſet, frænoque magis ad pugnas impetus eorum egeret, quam incentivo ad id. Hiſt. eccleſ. lib. II. c. V.*

c) Quanquam non ſolum *Philippus Marnixius* apud *Sibrandum Lubbertum lib III. de principio chriſtianorum dogmatum* cap. 7. allegante D. *Kortholt in tract. de variis ſcripturæ editionibus cap. XXIX. §. 10. pag. 366.* teſtatus eſt, univerſi novi teſtamenti codicem Gothicum aureis argenteisque characteribus in papyro exaratum in bibliotheca *Hermanni* comitis *Newenarii* extitiſſe; verum etiam *Joſephus Scaliger* pro certo affirmavit, ex poſteris Gothorum circa Mœotidem paludem ſub Præcopenſi Tartarorum dynaſta degere, qui utrumque teſtamentum iisdem litteris, quas excogitavit *Wulphila*, conſcriptum, & eadem lingua, qua tempore Ovidii utebantur, interpretatum legant. *Canon. Iſagog. lib. III. pag. 347.*

d) Deſiderantur integra capita, quæ omiſſis cæteris deperditis recenſebo. In *Matthæo* deeſt cap. I. II. III. IV. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVIII. in *Luca*, XI. XII. XIII. XXI. XXII. XXIII. XXIV. in *Johanne*, I. II. III. IV. XX. XXI.

e) In-

e) Inventa ſunt illa in codice manuſcripto antiquiſſimo, de quo ſupra in *præfatione & theſ 1.* Is totus in membrana violacei coloris continua ſerie litteris argenteis pulchre ſcriptus. Hinc appellatur codex argenteus. Tantum initia ſententiarum illuſtrium aut narrationum diverſarum, quæ margini adſcriptis elementis alphabeticis a principio ad finem cuiusque evangeliſtæ numerantur, aureis litteris exprimuntur Infra textum quatuor arcuata frontiſpicia in ſingulis paginis conſpiciuntur, & ſui evangeliſtæ nomine unumquodque notatum numerisque marginalibus impletum, qui evangeliſtarum harmoniam monſtrant. Mirum eſt, editores iſtos numeros prorſus neglexiſſe. Vid. *Olai Verel Runograph. Scandic. cap XIII.* Non prætereundum eſt ſilentio, ſectiones Ulphilanas perſæpe (non autem ſemper, ut præter rem aſſerit clariſſimus *Mareſchallus pag. 589.* quem hic falli mirum non eſt, quoniam, quod ipſemet l. c fatetur, ſemel tantum atque obiter κειμήλιον inſpexit. Eum ſequitur deceptus *Hickeſius*, cuius verba exhibet *Tenzelius p. 673. l c.*) reſpondere canonibus, quos vocant Euſebianos. De quo ne dubitare quis poſſit, nonnullas ſectiones & canones ex Luca ad invicem collocabo.

Definit *Ulphilæ*		*Euſeb.*	
Sectio I.	in cap. I, 34.	Canon. I.	in cap. II, 5.
— II.	II, 35.	II.	II, 7.
			voc. ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν.
— III.	II, 46.	III.	II, 46.
— IV.	II, 47.	IV.	II, 48.
			voc. ἐξεπλάγησαν.
— V.	II, v. ult.	V.	II, v. ult.
— VI.	III, 2. voc. Καϊάφα	VI.	III, 2.
— VII.	III. 6.	VII.	III, 6.
— VIII.	III, 9.	VIII.	III, 9.
— IX.	III, 14.	IX.	III, 16.
			voc. λέγων.
— X.	III, 15.	X.	III, 15.
— XI	III, 16.	XI.	III, 18.
— XII.	III, 20.	XII.	III, 20.
— XIII.	III, 22.	XIII.	III, 22.

f) Ea auſpiciis illuſtriſſimi viri ac domini, regni Sueciæ cancellarii, comitis *Magni Gabrielis de la Gardie* litteris Gothicis cum verſione Anglo-Saxonica, & *Thomæ Mareſchalli* Angli *obſervationibus*, item *Gloſſario Gothico* magno labore a ſe elaborato, *Anno MDCLXV. Dordrechti Franciſcus Junius* primus edidit in *forma quarta.* Sexennio poſt *Anno MDCLXXI* litteris latinis *Stockholmiæ* cura *Georg. Stiernhielmii* conſiliarii militaris & præſidis collegii antiquitatum ſereniſſimæ maieſtatis Sueciæ, linguæ veteris Gothicæ gnariſſimi, (utpote in qua & veteri Celtica funditus diſcendis multum laboris & ætatis inſumſit, ceu ipſe meminit in *Gloſſar. Ulphila-Gothic.* ſub voce *haban pag. 79.*) *cum verſionibus parallelis Sueogothica, Islandica & vulgata Latina*, item *præfatione* prolixa *de linguarum origine & gloſſario*, in quo *Ulphilæ* cum hodiernis Suedicis & aliis conferuntur, ex officina regia in eadem forma prodierunt. Ante annos novem *A. 1684.* recuſa eſt *Junii* editio *Amſtelodami.* Verum, non poſſum diſſimulare, utraque editio *Stiernhielmii* perinde ac *Junii* multis ſcatet mendis, quarum plurimæ litterarum ſimilitudini & obſcuritati debentur. Duos nævos indicavit Dn. *Rudbeckius Atlant. Tom. I. cap. 7. §. 5.* unus eſt *Joh. X, 23.* ubi pro *Ubizali, Junius* habet *Ubizuai,* & Dn. *Stiernhielm. Ubizai.* Alter eſt *Matth. IX, 24* ubi pro *ſævit, Junius* legit *slapit,* & *Stiernhielm. Slepith.* Non levem etiam nos inferius indicabimus. Hæc vero putet nemo ad contumeliam clariſſimorum virorum allata, quibus vitio dari nequit, ſi quid eorum induſtriam & perſpicaciam nunquam ſatis laudatam fugerit. Optandum eſſet, ut clariſſimus *Rudbeckius*, vel alius vir doctus in *Suecia*, linguæ Gothicæ peritus, edita cum codice argenteo diligenter conferret, & menda, quæ irrepſerunt, palam faceret, ſimulque continuam interpretationem latinam textus Gothici, verba verbis exprimentem, publicæ luci daret,

§. IV.

Auctoritas verſionis non eſt exigui momenti, neque parui facienda, *a*) licet ut alia quævis minus fidei habeat, quam originalis textus Græcus *b*), quippe non ſolum antiquiſſima eſt, utpote iam quarto ſeculo, poſt natum Chriſtum ſalvatorem noſtrum, confecta, ſed & textum ſatis fideliter *c*) reddit plerumque, & verum ac genuinum eius ſenſum exprimit feliciſſime, de quo dubitare nemo poteſt, qui eam cum Græco fonte conferre velit.

a) Non eam equidem Syriacæ verſioni, qua auctoritatem, æquiparare velim, de qua B. D. *Franzius pag.* 47. *part.* 1. *tractat. de interpretatione ſcripturæ ſ.* (quem commendat egregie D. *Salomon Glaſſius philolog.* S *lib.* II. *part.* 2. *pag.* 351.) *Ex omnibus* inquiens *verſionibus novi teſtamenti primam locum habet, & certiſſima, feliciſſima & divina omnino eſt Syriaca verſio, ab apoſtolicis viris abſque dubio fideliſſime comportata, qui verba Chriſti & apoſtolorum recentia adhuc, mentemque optime noverant. Hac enim lingua Chriſtus ipſe fuit uſus. Unde illam ferme ſapientes æquiparare fonti* Græco *novi teſtamenti volunt.* Proximam tamen eidem ſtatuere non reformido.

b) Rivus enim nunquam fons eſt. Bene *Auguſtinus lib. XV. de civitate Dei cap.* 13 *Cum diverſum aliquid in utrisque codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum geſtarum utrumque eſſe non poteſt verum, ei linguæ potius credatur, unde eſt in aliam linguam facta translatio.* conf. B. D. *Franzii tract. modo laudatum pag.* 41. *ſeq.* Deinde etiam, ſicut verſiones ceteræ, nævis ſuis non caret. In quibusdam a textu originali Græco abit. Loca diligenter annotavit Cl. *Mareſchallus* Anglus in ſuis *obſervationibus de verſ. Gothica.* Unus occurrit *Luc* I, 10. ubi *Ulphilas* habet: *& omnis multitudo populi erat expectans*, at in Græco eſt: καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον, *& omnis multitudo populi erat orans.* Locus ſimilis eſt *Matth.* VIII, 9 ubi *Ulphilas* habet: *Nam & ego homo ſum habens ſub poteſtate mea milites*, cum in Græco ſit: καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας. *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites.* Nonnunquam liberior eſt, additque quod nec in Græco textu, nec in vulgata verſione latina extat. Exemplum eſt *Matth.* IX, 23. ubi poſt vocem αὐλητὰς addit: *jah haurnjans haurnjandans, cornicines cantantes cornu.* Sic *Luc.* I, 3 poſt ἔδοξε κἀμοὶ addit: *jah ahmi veihamma, & ſpiritui ſancto.* Fuit alias *Ulphilas* longe obſervantiſſimus textus Græci, operamque dedit ſedulo, ut fontem Græcum integre & κατα ποδα transfunderet in Gothorum idioma, quemadmodum id monuit in *obſervat. ſuis Mareſchallus pag.* 431. & 433. Interdum quoque nonnulla, quæ extant in fontibus, omiſſa in hac verſione ſunt: Sic deſunt *Marc.* X, 53. verba: καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι. Locus tamen parallelus *Luc.* XVIII, 32. translatus eſt. In primis notandum, quod verſus 53. una cum primis undecim cap. VIII. non compareant in hac verſione. *Junius* quidem ſciſcitanti *Mareſchallo*, an hiſtoria illa de muliere adultera unquam in monumento venerando extitiſſet? reſpondit: quantum recolere poſſit, extitiſſe, atque temporis iniuria cum aliis multis periiſſe, ſicuti videre eſt in *Mareſchalli obſervat. pag.* 466 Quod etiam, qui legit *Junii* vel *Stiernhielmii Ulphilam* prelo ſubiectum, ſuſpicetur textus abrupti indicio poſt *Jah* illud in cap. VII. præced. verſ. 53. Et fateor, me etiam aliquantiſper in ea opinione fuiſſe. Sed poſtmodum hoc nomine argenteum evolvens codicem, rem aliter ſe habere comperi. In eo enim *pag.* 97. *fere in medio, poſt verſum* 52. *cap.* VII. relicto nullo ſpatio, ſtatim ſequitur verſ. 12. cap. VIII. Omiſſum quoque eſt *Jah* illud, quod in editis exemplaribus legimus. Qui factum ſit, ut in ea irrepſerit? miror. Quæ vero dixi, annotata etiam ſunt, neſcio a quo, in margine ad codicem argenteum, ubi ſequentia verba adſcripta legi: *Cap. Joh.* 8. *iterum ergo Jeſus locutus eſt eis dicens: Ego ſum lux mundi. Quod hic præcedit initium capitis, omiſſum eſt, ut & illud præcedentis: & profectus eſt unusquisque in domum ſuam.* Quærit D *Wagenſeilius*, cum multorum librorum in alias linguas verſiones extent ad amuſſim factæ, & primigenium textum tanta ſimilitudine referentes, ut nullum inter hunc & illas diſcrimen aliud intercedat, quam diverſitatis linguarum, ecquare fieri non potuerit, ut a tot ſeculis ſacræ ſcripturæ aliqua concinnaretur verſio, quæ ſuos non proderet nævos, & integritatem perpetuo ſervaret? & pereleganter, more ſuo, reſpondet: tribuendum eſſe hoc cœleſti providentiæ, quæ non patiatur a quoquam omnibus numeris abſo-

absolutam edi versionem, ut nimirum apud omnes omnino nationes toto orbe dispersas, semper fontibus illis, qui immediate ex æternæ sapientiæ sacratissima abysso scatuerunt, præ canalibus, per quos beatissimi humores aliorsum ducuntur, sua maiestas & auctoritas illibata conservaretur. *Tela ignea satanæ pag. 522.*

c) Ecclesiastici scriptores *Ulphilam* in impiam Arianorum hæresin lapsum esse, concorditer tradunt; etsi de tempore non conveniant. Nam *Socrates* in synodo Constantinopolitana A. 359. sub imperatore *Constantino* factum scribit, *hist. eccl. lib.* II. 41. cum *Sozomenus hist. eccles. lib.* VI. 37. (Conf. notas *Henrici Valesii*) *Theodoretus lib.* IV. *cap* XXXVII. *Nicephorus Callistus l.* IX. *cap.* XLIV. defectionem eius ad tempora *Valentis* referant. Hinc de fide huius versionis quis dubitare posset. Verum ea loca, quibus sancti patres contra Arianos usi sunt, omnia fideliter translata sunt, nihilque in ea apparet, ex quo possit colligi, auctorem eius minus recte de Christo sensisse. Quod testimonio suo confirmat *Thomas Mareschallus*, observator diligentissimus locorum, quæ incommode versa sunt, qui sic loquitur *pag. 483. si quicquam in Gothicis observassem, quod manifesti Arianismi videretur arguendum (nec enim de suspicionibus incertis volui contendere) ego sane vel primus, non dubitassem illud carbone notare.* Et hæc causa est, cur idem coniectet (quod B. D. *Walther. officin. bibl. §. 300. pag. m. 246.* indubitanter affirmat) confecisse *Ulphilam* hanc versionem, antequam ad partes Arianorum se transtulerit *pag. 388. conf. pag. 413.* Placet quoque apponere quæ hac de re apud *Sixtum Senens.* reperi *in biblioth. lib.* IV. *pag. 390. Ulphilas primus Gothis omnes divinas scripturas e Græco in Gothicam linguam a se conversas tradidit, & catholice explicavit, diu multumque adversus Arianos decertans.*

§. V.

Reliquum est, ut de *utilitate* versionis pauca subiungam. Commendata nobis esse debet versio hæc ob duas potissimum, quas præstat, utilitates. Usus eius est insignis, *primo*, in exponendis nonnullis locis controversis & vocabulis perplexis, dum verum sensum consensu suo corroborat *a*). Cumprimis vero *secundo*, in discernendis diversis diversorum codicum, ut vocant, lectionibus *b*).

a) Quæritur, quid sit ἄρτος ἐπιούσιος *Matth.* VI 10. Et *Vulgatus* reddit, panem supersubstantialem. Rectius B. *Lutherus* explicat per *quotidianum;* cuius explicationi favet *Ulphilas;* qui exponit per hlaif sinteinan, *panem perpetuum* seu *continuum*, quo semper seu singulis diebus indigemus. Conf. *Thom. Mareschalli observat. pag. 393. seq.* Vulgatus Græcum vocabulum πράσσετε *Luc.* III. 13. imprudenter reddit *faciatis.* Bene D. *Lutherus* per *exigite* exponit. Nec aliter *Ulphilas.* Plura similia lectio huius versionis suppeditabit.

b) Potest enim vicem gerere unius vetusti exemplaris Græci. Consensui autem exemplarium plurimorum præiudicare nequit. Neque enim hoc volumus, ea, quæ cum illa conveniunt, statim acceptanda, quæ vero dissonant, repudianda & reiicienda esse. Interseritur in illa genealogiæ Christi *Lucæ* cap. III. 36. *Cainan*, quem tamen, quemadmodum is in *Mose* non invenit locum; ita nec apud *Lucam* ad textum pertinere credimus, cum viris de ecclesia præclarissime meritis, D. *Calov.* in *critic. sac. & Tom.* I. *bibl. illustrat. novi testamenti pag. 570. Walthero harmon. bibl. pag. m. 91. & Johanne Elai Tersero* episcopo Lincopens. *annot. ad Genes. pag. 31.* qui id evidenter probatum dederunt. In principio cap. VIII. Joh. ut supra dictum, omissa est historia de *muliere adultera*, nec tamen du-

bitandum

bitandum eſt, quin genuina & canonica ſcripturæ nov. teſtamenti pars ſit, quicquid etiam *Hugo Grotius* & *Theodorus Beza* contradicant. Vid. *diſſertatio*, quam de hiſtoria illa celeberrimus *Scherzerus* edidit, vel B. *Walther. harmon. bibl. pag 492. ſeqq.* Gratulamur autem nobis, quod *clauſula orationis dominicæ*, (quam non agnoſcit editio *Vulgata* latina, atque *Robertus Bellarminus* & *Maldonatus* textui evangelico a Græcis additam & inſertam eſſe contendunt,) in hac verſione extet *Matth.* VI com. 3. Item quod legatur in ea *Matth.* cap. XXVII. comm. 9. vox *Jeremiæ*, quam D. *Georgius Calixtus in concord. evangeliſt. lib.* VI. *cap. 11. & expoſitione litterali actuum apoſtolicorum ad cap.* VII. *v. 14.* cum quibusdam Calvinianis & Romano-Catholicis ab imperito quopiam ſcriba textui e margine inſertam eſſe, arbitratur. Hinc enim evadit manifeſtum, in antiquiſſimis codicibus Græcis iſta extitiſſe, alioquin ſuæ verſioni non intuliſſet *Ulphilas*, atque ita lectioni vulgo receptæ non parum ponderis conciliatur.

§. VI.

Colophonis loco apponere iuvat ex clariſſimi ***Verelii Runographia Scandica, Ulphilanum & Runicum alphabetum,*** *a)* & deinde ex verſione noſtra *orationem dominicam*, atque *evangelium in die nativitatis Chriſti* ſalvatoris noſtri, ſuperaddita de verbo ad verbum verſione latina, unde benevolus lector tum de lingua, tum & quodammodo de qualitate verſionis iudicium ferre poſſit.

Obſerva 1) *Junium* notam nonagenariam, cum eam non obſervavit in cod. arg. textu in alphabetum Ulphilanum non recepiſſe. *Verelius* illam e cenſu Ulphilanarum litterarum eſſe putat, quoniam non tantum in indicibus marginalibus in cod. arg. ſuum habet locum; ſed etiam inter litteras Ulphilanas recenſet a *Bonav. Vulcanio 1597. Lugd. Bat.* editus *commentarius in literas Gothicas Anonymi*, qui forſan codice arg. integriori uſus ſit, quam nunc eſt. 2) Incertum eſſe, utrum ex duobus ultimis elementis Ulphilanis ordine præcedat, & numeri 700 nota ſit. 3) Tres Runas ultimas inter Malrunas vix locum habere. Uſus earum eſt in computatione. Conf. *Verel. Runograph. cap.* VII. & XIII.

ORATIO DOMINICA.

Matth. VI, 9 *ad* 14.

Pater noſter tu in cælo. Sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas
Atta unſar thu in himinam: *b)* Veihnai namo theiu: Quimai thiudinaſſus theins: Vairthai vilja

tua, ſicut in cælo & ſuper terram: Panem noſtrum (Articul.) perpetuum da nobis hodie: &
theins. ſve in himina jah ana airthai: Hlaif unſarana thana ſinteinan gif uns himmadaga; Jah

remitte nobis, cuius rei ſumus; ſicut & nos remittimus (Articul.) reis (debitoribus) noſtris: &
aflet uns thatei skulans ſijaima. ſva ſve jah veis afletam thaim skulam unſaraim: Jah

no

a) Vide hoc alphabetum ſupra in collectione ſcriptorum generoſ. *ab Ihre* tab. III. ad pag. 200.
b) Hoc ſigno utitur *Ulphilas* in oratione completa, alias hoc (.)

ne inducas nos in tentationem; sed libera nos a (Articul.) malo, quia tuum est regnum & poten-
ni briggais uns in fraistubnjai: Ak lausei uns af thamma ubilin. Unte theina ist thiudangardi. jah mahts.

tia & gloria in ævum (æternum) Amen.
jah vulthus. in aivins. Amen.

EVANGELIUM IN DIE NATIVITATIS CHRISTI.

Luc. II, 1 *ad* 15.

(ut scriberetur omnis orbis terrarum)
Factum est autem in diebus illis, exiit edictum a Cæsare Augusto, scribere omnem orbem terra-
1. Varth than in dagans jainans. Urran gagrefts fram Kaisara Agustan. gameljan allana midjungard:

rum. Hæc autem descriptio prima facta est, præsente præside Syriæ regnante (præsidente) Syris
2. Soh than gilstrameleins frumista varth. atvisandin Kindina Syrias raginondin Saurim

Cyrenio. Et iverunt omnes, ut scripti essent (scriberentur) unusquisque in suam civitatem.
Kyreinaiau. 3. jah iddjedun allai ei melidai veseina. huarjizuh in seinai baurg:

Exiit autem & Joseph e Galilæa, (e civitate Nazareth) in Judæam, in civitatem David, quæ
4. Urran than jah Josef us Galilaia. (us baurg Nazaraith. *b*) in Judaian. in baurg Daveidis sei

(ut scriberetur.)
vocatur Bethlehem, eo quod erat de domo familiæ Davidis, scribere cum Maria, quæ in
haitada Bethlaihaim. dutheei vas us garda fadreinais Daveidis. 5. Anameljan mith Mariin. sei in

desponsatione (desponsata) erat ei uxor, existens in utero (prægnans) Factum est autem, cum illi
fragiftim vas imma queins. visandein in Kilthon: 6. Varth than mith thanei tho

essent ibi, impleti sunt dies ad parere (pariendum) illi. Et peperit filium suum (Articul.)
vesun jainar. usfullnodedun dagos du bairan izai 7. Jah gabar sunu seinama thana

primogenitum, & involuit eum, & posuit eum in præsepe, quoniam non erat eis locus in diversorio.
frumabauri. jah bivand ina jah galagida ina in uzetin. unte ni vas im *c*) rumis in stada

(Articulus). Et pastores erant in ea ipsa regione, pervigilantes & custodientes vigilias noctis
thamma: 8. Jah hairdjos vesun in thamma samin landa. thairhvakandans jah vitandans vahtvom nahts

super gregem suum. Sed Angelus Domini supervenit illis, & gloria (fulgor) Domini circumfulsit eos, &
ufaro hairdai seinai. 9. Ith Aggilus Fanins anaquam ins. jah vulthus Fanins biskain ins. jah

timuerunt timore magno. Et dixit ad eos iste Angelus, ne timete, quoniam ecce annuntio vobis
ohtedun agisa mikilamma: 10. Jah quath du im sa Aggilus. ni ogeith: unte sai spillo *d*) izvis

b 3 gau-

c) Hæc verba parenthesi inclusa a Cl. *Junio* omissa sunt, & hinc ea in codice argenteo deesse notat *Thomas Mareschallus* in suis *observationibus*, quæ vero in illo expressis, evidentibusque litteris leguntur.

d) Ita recte *Junius* perperam *Stiernhielm. in.*

e) Ab hoc verbo venit Anglorum G*odspil*, *evangelium*.

gaudium magnum, quod fiet (erit) omni populo: Quia natus est vobis hodie Ser-
faheid mikila. sei vairthith allai managein. 11. Thatei gabaurans ist izvis himmadaga nas-

vator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum, invenietis infantem involu-
jands. saei ist Christus Fan in baurg Daveidis. 12. Jah thata izvis taikns. bigitid barn. bivun-

tum, & positum in præsepi. Et statim facta est cum eo Angelo multitudo exercitus cœlestis
dan. jah galagid in uzetin: 13. Jah anaks varth mith thamma Aggilau managei harjis himinakundis

laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & super terram pax in
hazjandane Goth. jah quithandane: 14. Vulthus in hauhistjam Gotha. jah ana airthai gavairthi in

hominibus bonæ voluntatis.
mannam godis viljins: *e*)

e) Pro εὐδοκία *Ulphilas* εὐδοκίας legit, quemadmodum antiquissimus *Bezæ* codex habet, cui lectioni *Origenes* & *Chrysostomus* sua adstipulantur. Quid vero de ea sentiendum sit, vid. apud D. *Glassium in philol. sacr. p.* 183.



ANI-

ANIMADVERSIONES
S. R. JOAN. OELRICHS
S. S. TH. DOCT. ET P. P. O. IN GYMNASIO BREMEMSI
IN
GE. FRID. HEUPELII
DISSERTATIONEM
DE
U L P H I L A.

§. I.

Cl. *Heupelius* in diss. *de Ulphila* materiam insignis momenti egregie illustravit, *a*) omnibus instructus subsidiis, ad hoc opus feliciter absolvendum necessariis. Linguæ Gothicæ satis gnarus, in ipsum codicem argenteum omni solertia inquisivit, duplicem illius editionem, *Junii* & *Stiernhielmii* conferendo; &, ne quid deficeret, scripta antiqui ævi, æquæ ac recentiorum, in primis gentis Suecicæ, in subsidium adhibuit. Negari tamen nequit, viros doctos, qui post *Heupelium* scripserunt, nonnulla hic occurrentia clarius & uberius deduxisse.

§. II.

Præmittam auctores de *Ulphila* & *versione Gothica IV. evangeliorum* agentes. Præter *Jo. Esbergii* diss. *de Ulphila*, editam *Upsal.* 1700, quam vero nondum mihi inspicere licuit, huc inprimis referri merentur Cel. *Jo. Ihre* diss. binæ sub tit. *Ulphilas illustratus Holmiæ* 1752. *&* 1755. ed. 4. & *analecta Ulphilana* nuper edita in 4. *b*). Conf. Cl. *Thom. Mareschallus in observationibus, insertis editioni N. T. Gothici a Junio* curatæ *p.* 385. *sq.* nec non *Benzelius* in *præfat. ad nov. edit. vers. Goth. cap. VIII.* uti & Cel. *Jo. Gordon animadversiones ad evangelia Gothica, Edinburgi* editæ, quæ tamen rarissimæ sunt. In censum etiam hic veniunt sequentia virorum clarissimorum scripta, *Guil. Cave historia litteraria Vol. I. p.* 229. *sq. ed. ult. Basil. Cas. Oudinus de scriptoribus ecclesiæ antiquis T. I p.* 491. nec non *Georgii Christoph. Hambergeri zuverlæssige Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern T. II. p.* 792. *sq.* Porro *Jo. Georg. Walchii hist. eccles. N. T. p.* 1476. *sq. & p.* 1556. *Gottlob Kranzii hist. eccles. p.* 226. *sq.* Denique *Jac. le Long bibliothecæ sacræ T. II. p* 140. *sq. &* 538. *ed. Paris.* & *Jo. Dav. Michaelis Einleitung in die göttliche Schriften des N. B. T. I. p.* 268. *sq. Ch. W.* Fr. *Walchii Historie der Ketzereien T. II. p.* 555. *sq. &* 673. *sq.* aliique.

§. III.

Liceat mihi nunc pauca ad emendandam & augendam *Heupelii* diss. adiicere.

Codex ille argenteus, uti *in præfat.* observat, donum est auro carius excell. *Magni Gabrielis de la Gardie*, ser. reg. mai. Suec. consiliarii & academiæ Upsaliensis cancellarii, qui 1686. obiit. Redemit ille propriis sumtibus hoc venerandæ antiquitatis monumentum, & primam illius editionem, ipsi etiam a Cl. *Junio* dicatam, promovit.

Ver-

a) Hanc diss. ex qua nonnulla memoratu digna adfert, merito laudat Cl. *Oudinus scriptorum eccles. T.* I. *p.* 492. *sq.* scribens: *Pleniora sunt, quæ de hoc codice, tam ex Loccenii antiquitatibus Sueco-Gothicis & Olai Rudbeckii Atlanticis, quam ex ipsius codicis accurata inspectione refert Ge. Frid. Heupelius in erudita dissertatione de Ulphila, Wittembergæ anno 1693. edita. Hinc igitur hactenus dictis sequentia addere placet. &c.* Eandem debita ornat laude vir doctus, qui illam recenset, emendat & illustrat in lib. utilissimo: *Beytræge zur critischen Historie der deutschen Sprache T.* I. *p.* 412. *sq.*

b) De Cl. *Jo.* Ihre *Ulphila illustrato* legi merentur *relationes de libris novis anni 1752 Gœttingæ ed. Fasc.* III. *p.* 55. *seq* conf *Krafts theolog. bibliothek. T.* VIII. *p.* 280. *seq.* Optat Cel. *Michaelis l. l. p.* 278. *ut hæ binæ diss. rarius occurrentes & lectu dignissimæ, in Germania de novo edantur.* Cl Ihre *analecta* continent VII. diss, egregias, de quibus optime agitur *in Gœtting. gel. Anzeigen n.* 38. *&* 41. *anni 1769.*

Verſionis huius *auctorem* eſſe Ulphilam, Gothorum epiſcopum, pro certo habet *Heupelius* §. I. idem ſtatuunt alii, conf. VV. Cl. *Walchius l. c. p.* 1476. *Michaelis l. c. add. p.* 268. *ſq.* &, quem adducit, *Knittelius* de Ulphila uberius agentes. Diſſentit Cel. *Georg. Hickeſius*, in præfat. *inſtitut. grammat. Anglo-Saxon. & Mœſogothic. Oxon.* 1689. *ed.* Illius tamen ſententia ſolidis deſtituitur argumentis.

§. IV.

Qua in *lingua* codex argenteus ſcriptus ſit, merito quæritur? Agit de illa *Heupelius* §. II. & quidem optime, oſtendens, linguam maternam Gothorum propinquiſſimam eſſe priſcæ Teutonicæ, & ex Scythica ortum ducere. Adducit hunc in finem Cl. *Georg. Caſp. Kirchmaieri* diſſ. *de lingua Scytho-Celtica & Gothica*, quæ prodiit *Vit.* 1686. 4. & ob raritatem & præſtantiam ſuam meretur de novo excudi. Addimus alia virorum clariſſimorum ſcripta. *Jo. Ihre* diſquiſitiones *de lingua Celtica, Mœſogothica, Anglo-Saxonica & Alemannica*, quæ occurrunt in illius *Gloſſario Suio-Gothico, Upſaliæ* 1769. *Fol. ed. T. I. Procemii p. IX. & XXIX. ſeq.* Peculiarem etiam *de lingua codicis argentei* diſſ. edidit *Upſal.* 1752. binas alias *de codice argenteo & litteratura Mæſogothica*, nec non *de nominibus ſubſtantivis & adiectivis Mœſogotborum*, inſeruit *analectis* ſuis *Ulphilanis.* Porro hic adduci merentur *Ge. Stiernhielmii* diſquiſitio *de linguarum & ſpeciatim Gothicæ origine*, præmiſſa illius *editioni evangeliorum Ulphilæ*, & *Jo. Georg. Wachteri* diſſ. brevis ſed erudita, *de lingua codicis argentei*, inſerta *miſcellaneis Berolinenſibus, continuatione I. n. III. p.* 40. *ſeq.* c) In primis vero *Jo. Dav. Michaelis l. c.* §. 4. *LII. ſq. p.* 274. *ſeq* quæſtionem hanc, an verſio Ulphilæ ſit Gothica an Francica, optime diſcuſſit, ſolida adferens argumenta, codicem argenteum & Carolinum pro Gothico eſſe habendum, eos ſimul refutans, qui contrarium ſentiunt.

§. V.

Progredimur ad *obiectum* verſionis Ulphilanæ, de quo agit *Heupelius* §. III. ſtatuens Ulphilam transtuliſſe totam S. ſcripturam, exceptis libris Regum, teſte *Philoſtorgio*; prius concedo, poſterius vacillat, vid. Cl. *Michaelis l. l. p.* 270. &, quem citat, Cel. *Knittelius* in *commentar. ad Ulphilam* §. 255. Addit *Heupelius*, *hodie, ut creditur, non niſi evangelia, eaque graviſſimis, quod dolemus, hiatibus laborantia ſuperſunt, ſemel in Suecia, & bis in Belgio edita.* Varia hic occurrunt emendanda & augenda. Tres diverſæ extant editiones codicis argentei, ſive verſionis IV evangeliorum, ab *Ulphila* compoſitæ. Prima eſt illa Cl. *Junii*, cuius titulum plene tradam, ut pateat, quid ille præſtiterit. *Quatuor D. N. Jeſu Chriſti evangeliorum verſiones perantiquæ duæ, Gothica ſcilicet & Anglo-Saxonica, quarum illam ex celeberrimo codice argenteo nunc primum depromſit Franc. Junius, T. F. hanc autem ex codicibus MSS. collatis emendatius recudi curavit Thomas Mareſchallus, Anglus: cuius etiam obſervationes in utramque verſionem ſubnectuntur. Acceſſit & Gloſſarium Gothicum: cui præmittitur alphabetum Gothicum, Runi-*

c) Recenſetur illa in *Beytrægen zur critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache T. I. p.* 150. *ſq.*

Runicum &c. opera eiusdem Franc. Junii Dordr. 1665. & *Amst.* 1684. 4. Quæritur an hæ sint binæ diversæ editiones, id quod auctor noster asserit, an una eademque, mutato solum titulo? Posterius statuo, non enim videtur hunc librum tot invenisse emtores, ut reiterata editione opus fuerit, nec ullum reperio indicium in editione Amstelod. eandem esse de novo excusam, id quod editor non neglexisset. Secunda editio prodiit sub hoc titulo: *D. N. Jesu Christi, SS. evangelia ab Ulfila, Gothorum in Mœsia episcopo, circa annum a nato Christo CCCLX. ex Græco Gothice translata, nunc cum parallelis versionibus, Sueo Gothica, Norrœana seu Islandica & vulgata latina edita, accedit Franc. Junii glossarium Gothicum, lingua Sueo-Gothica moderna & antiqua locupletatum & illustratum, cura & studio Georg. Stiernhielmii. Stockholm* 1671. 4. Tertia & ultima editio splendida & pretiosissima sub hoc titulo lucem adspexit: *Sacrorum evangeliorum versio Gothica ex codice argenteo emendata atque suppleta, cum interpretatione latina & annotationibus Erici Benzelii, non ita pridem Archiepiscopi Upsaliensis, edidit, observationes suas adiecit, & grammaticam Gothicam præmisit Edwardus Lye, A. M. Oxonii e typogr. Clarendon.* 1750. 4. Ex recensione harum editionum patet, summos in republica litteraria viros in illustranda versione Gothica antiquissima omnem adhibuisse diligentiam. Sed eorum observationes, quod dolendum est, in his tribus editionibus dispersæ occurrunt; singulæ aliquid peculiare habent, quod in aliis deficit. Hinc, qui recte intelligere vult versionem Gothicam, omnes has editiones adhibere debet. In prima editione Cl. *Junii* varii occurrunt errores a VV. Cl. *Stiernhielmio*, *Benzelio* & *Ihre* detecti & feliciter emendati; textus autem in illa exprimitur litteris Gothicis, qui in editione secunda *Stiernhielmii* latinis litteris solum proponitur, licet eadem emendatior sit priore. Tertia editio Cl. *de Lye*, ob singulares & eruditas observationes editoris & Cl. *Benzelii*, reliquis præferri meretur, quamvis in nostris regionibus rarius occurrat. *Benzelius* Archiepiscopus Upsaliensis, vir eruditus, per aliquot annos in codicem argenteum omni cura inquisivit, illumque, de novo descriptum, versione latina & notis illustravit; sed, quo minus opus hoc ederet, mors, quam anno huius seculi XLIII. subiit, impediebat. Præstitit hoc Cl. *de Lye*, qui textum Gothicis litteris expressit, sublatis vitiis priorum editionum, & variis observationibus in clariore collocavit luce. Hæc nova editio, ceteris licet palmam præripiat, suos tamen patitur manes, & ex Cl. *Ihre Ulphila illustrato* emendari adhuc debet, uti recte iudicat *Cel. Michaelis l. c. p.* 278. *sq.*

§. VI.

De versione Ulphilæ nihil nisi quatuor evangelia superesse, statuit *Heupelius*. Nec mirum. Idem enim usque ad annum huius seculi 57. existimarunt eruditi. Sed Cel. *Franc. Anton. Knittelio* licuit esse adeo felici, ut præiudicium hoc tollere potuerit. Reperiit enim in pretiosissima bibliotheca publica Guelpherbytana, mstis rarissimis abundante, nonnulla versionis huius fragmenta, quæ aliquot pericopas epistolæ Pauli ad Romanos continent. Edidit hæc Cl. *Franc. Ant. Knittelius* sub hoc titulo: *Ulphilæ versionem Gothicam nonnullorum capitum epistolæ Pauli ad Romanos e litura MS. rescripti bibliothecæ Guelpherbytanæ cum variis monumentis ineditis eruit, commentatus est, deditque foras Franc.*

Ant.

Ant. Knittel, Brunovici 1762. 4. *c. fig. d*). Eadem de novo prodire iussit Cl. *Jo. Ihre*, vir ad promovendam litterarum Gothicam natus, & seq. titulo insignivit: *Fragmenta versionis Ulphilanæ, continentia particulas aliquot epistolæ Pauli ad Romanos, haud pridem ex codice rescripto bibliothecæ Guelferbitanæ eruta, & a Franc. Ant. Knittel, archidiacono, edita, nunc cum aliquot annotationibus typis reddita a Johanne Ihre reg. cancell. consil. prof. reg. cet. Accedunt duæ dissertationes ad philologiam Mæsogothicam spectantes Upsaliæ* 1763. 4. Codex iste canæ vetustatis est; sed rescriptus, hoc est, cui ut chartæ compendium faceret librarius, recentius aliud scriptum deleverat, uti docet Cl. *Ihre* in præfat. præmissa. Occurrunt hic sequentes particulæ, Cap. XI, 33-36. XII, 1-5. 17 21. XIII, 1-5. XIV, 9-20. XV, 3-13. litteris latinis expressæ, addita versione latina, quas annotationibus philologicis lectu dignissimis *p.* 7. *sq.* illustravit Cl. *Ihre.* Dissertationes in titulo huius libri commemoratæ, sunt sequentes: *de originibus linguæ latinæ & græcæ, inter Mæsogothos reperiundis p.* 48. *sq.* & *de verbis Mæsogothorum p.* 62. *sq.* Non possum autem, quin hac data occasione observem, latere sine dubio in hac illave bibliotheca publica, aut monasteriali inter MSS. aliud exemplum versionis IV evangeliorum Ulphilæ aut versionis partes nondum detectas; hinc optandum esset, ut bibliothecis præfecti, Cl. *Knittelium* imitando, hanc in rem sollicite inquirerent.

§. VII.

De *auctoritate* versionis Gothicæ IV evangeliorum nonnulla adfert *Heupelius* §. IV. Præcipua, quæ hic in censum venit, quæstio, ab auctore non pro rei dignitate pertracta, hæc est: an Ulphilas ex ipso textu originali græco, an e versione latina translationem suam deduxerit? Sed hic mihi otium fecit Cl. *Michaelis l. l. p.* 307. seq. qui pluribus ostendit, *Ulphilam* adhibuisse ipsum textum originalem, licet versionem latinam nonnunquam secutus sit. Interea vacillare videtur versionis huius fides. Tradunt enim, scriptores ecclesiastici, uti *auctor* observat in *not. d. ad §. IV. Ulphilam* in Arianorum lapsum esse hæresin. Sic communis fert opinio; dubito autem, an illa satis firma sit. Nullum in hac versione occurrere locum, Arianismi suspectum, ingenue testatur Cel. *Thomas Mareschallus*, qui observationes in versionis Gothicæ insigniores aliquot a textu Græco discrepantias, editioni *Gothicæ versionis IV. evangel.* Cl. *Junii* adiectas, scripsit, & de hac re sententiam ferre potuit, veritati conformem. Ex argumento igitur adducto clarissime patet, ea, quæ de versione *Ulphilæ* supersunt, fragmenta, ab omni labe Arianismi libera esse.

§. VIII.

De *utilitate* denique versionis Ulphilanæ, tum in exponendis locis controversis, tum in discernendis diversis lectionibus, nonnulla attulit *Heupelius* §. V. Nullus dubito, quin gratissimum fuisset lectori erudito, si auctor pluribus exemplis usum huius versionis exegeticum & criticum probasset. Sufficiat in præsenti observasse, Cl. *Michaelis l. l. p.* 279. *sq.* suadere, ut variantes lectiones versionis Ulphilanæ sollicite colligerentur, ita tamen ut editio ultima Cl. *de Lye* adhibeatur, collato Cel. *Ihre Uphila illustrato;* adducentem loca quædam huc facientia.

d) Egregii huius libri recensio lectu dignissima reperitur in *Gœtting. gel. Anzeigen*, *anni 1764. num. II*

§. IX.

Ultimo loco *Heupelius* adfert *alphabetum Ulphilanum* & *Runicum*, nec non bina ſpecimina verſionis Ulphilanæ, *orationem dominicam* & *evangelium in die nativitatis Chriſti* §. VI. Litterarum Mœſogothicarum figuram, poteſtatem, & valorem arithmeticum in peculiari tabula exhibet, ſimulque binas paginas ipſius codicis argentei æri inciſas proponit Cl. *Ihre* in *Ulphila illuſtrato.* Alphabetum Gothicum & Anglo-Saxonicum ſuæ *IV evangeliorum editioni* præmiſit Cl. *Junius*, & illuſtravit in initio *Gloſſarii Gothici.* Idem duplex alphabetum, nec non Runicum adfert, Cl. *Kirchmaierus* in diſſ. *de lingua Scytho-Celtica & Gothica.* Alphabetum autem Gothicum diverſum ſeptuplex, tum ex codice argenteo, tum ex aliis libris, *e*) eleganti tab. ænea ante oculos ponit Cl. *Jo. Schilterus* in *Gloſſario ad ſcriptores linguæ Francicæ, T. III. theſauri antiquitatum Teuton. ad pag.* 400. Nonnulli ſecundum ordinem ſolitum, alii, uti *Heupelius*, ſecundum valorem, quem in numerando habent, litteras alphabeti Goth. collocant; prius tamen præſtat. Porro differunt litteræ Gothicæ, ab auctoribus citatis propoſitæ, quod ad externam formam & litterarum ductus; imo nonnulli eas magis rudes, alii magis politas proponunt, diverſa huius rei eſt ratio. Aut enim Chalcographis hoc diſcrimen tribuendum eſt, aut illis, qui litteras ex alio libro, in quo iam minus recte expreſſæ erant, mutuo ſumtas, iterum in æs incidi curarunt; licet etiam vario ævo litteræ Gothicæ diverſæ adhibitæ ſint, uti ex collatione alphabeti Gothici codicis argentei & aliorum ſcriptorum apparet. Quæritur autem, quænam litteræ Gothicæ cum illis codicis Ulphilani exacte conveniant? Me iudice, illæ, quas dedit Cl. *Ihre*, litteraturæ Gothicæ ſatis gnarus, teſtis oculatus.

De cetero ſpecimina illa verſionis *Ulphilæ* ex *Matth.* VI, 9-14. & *Luc.* II, 1-15. petita, conferri merentur cum verſionibus antiquioribus, Anglo Saxonica aliisque, a VV. Cl. *Junio* & *Stiernhielmio verſioni Gothicæ N. T.* adiectis. Eadem vero optime illuſtrant viri docti, qui commentarios in hanc verſionem ſcripſerunt, §. II. & V. adducti. Conferri tamen debent Gloſſaria Germanica, *f*) a variis viris doctis edita, optimæ notæ, in quibus voces antiquæ obſcuriores in clariore collocantur luce.

ULPHI-

e) Scilicet ex *Jo. Olai hiſt. Goth. Dureto & Vulcanio de lib. & ling. Goth.* Gothicum, & Runicum quadruplex diverſum, adfert *Beni. Schulze in orientaliſchen und occidentaliſchen A. B. C. Buch, p. 149. & 60. ed. ult.* Litteras Mœſogothicas, Runicas, Scythicas aliasque in *tabula Polyglotta Europæ* delineavit *Godofr. Henſelius* in *ſynopſi univerſæ philologiæ, ad fin.*

f) Scilicet VV. Cl. *Jo Schilteri Gloſſarium ad ſcriptores linguæ Francicæ*, *T.* III. *theſ. antiq. Teuton Ulmæ 1728. fol. Jo. Georg. Wachteri Gloſſarium Germanicum Lipſ. 1737. fol Chriſt. Gottl Haltaus Gloſſarium Germanicum medii ævi Lipſ. 1758. Tom.* II. *fol.* nec non *Jo. Ihre Gloſſarium Sueogothicum Upſal. 1769.* II. *Vol. in fol.*



ULPHILAM
GOTHORUM EPISCOPUM,

SUB PRÆSIDIO

JOHANNIS ESBERGII,

S. S. THEOL. DOCTORIS CELEBERRIMI ET GRÆC. LING. PROFESS. ORDIN.

DISSERTATIONE GRADUALI

PUBLICO EXAMINI MODESTE

EXHIBET

ANDREAS SOEDERMAN

MATTH. FIL.

HOLMIÆ AD DIEM XXII. JUL. MDCC.

§. I.

De Ulphilæ nomine.

Ipſum nomen antiſtitis noſtri, varia admodum ratione ſcribitur. Maxime autem a vera ſcriptione aberrant, qui *Gudillam*, ſive *Gudilam*, appellant, ut ſcriptores Hiſpani fere omnes. Quos ideo Joh. Vaſæus in chronico Hiſp. *a*) ita reprehendit: *Hiſpanæ hiſtoriæ vitioſe Gudillam nominant.* Nos, præter alios, ita ſcripſiſſe deprehendimus Alphonſum a Carthagena, in regum Hiſpanicorum anacephalæoſi, *b*) Rodericum Ximenium Archiepiſcopum Toletanum, de regibus Hiſpaniæ, *c*) & Alphonſum a villa Diego, apud Olaum Vormium, in literatura Runica. *d*) Littera expuncta *Ulfiam* dixit auctor hiſtoriæ miſcellæ; *e*) quo tamen loco codicem Palatinum *Hulfiam* legere, monet in notis ſuis ad h. l. doctiſſimus Gruterus. Quanquam neque hoc melius ſit illo. *Ulphias* quoque in columna quadam bibliothecæ Vaticanæ legitur, teſte Mutio Panſa della libraria Vaticana, *f*) & Gregorio Leti, in vita Sixti Quinti. *g*) Ab hoc parum differt *Gulfias*, quod habet Gotefridus Viterbienſis in ſuo Pantheo, ſeu chronico univerſali, *h*) quod ſecundo ſcriptorum Germanicorum tomo inſeruit Johannes Piſtorius. Nec multum hinc abludit *Ulpias*, quomodo ſcribere amat Lucas Hœpheus Fanenſis, citatus a Joh Bureo in ſchedis, quæ apud me ſervantur. Qui *Gulfilam* ſcribunt, litteram genuino nomini ſuperaddunt. In his obſervavimus Fl. Lucium dextrum Barcinocenſem in chronico omnimodæ hiſtoriæ. *i*) Nec aliter habent verſus tritiſſimi, *k*) de variis litterarum inventoribus, quorum hic eſt ultimus:

Gulfila promſit Getarum (litteras) *quas videmus ultimas.*

Quem verſum e Crinito adducit Henricus Cornelius Agrippa, de incertitudine & vanitate ſcientiarum *l*), ſed unica littera mutata legit *Galfila*; prorſus ut Iſidorus Hiſpalenſis in chronico Gothorum *m*). *Vulfila* dicitur Jornandi de rebus Geticis *n*), et ſic Caſſiodoro in hiſtoria eccleſiaſtica tripartita *o*), & Sixto Senenſi in bibliotheca ſancta. *p*) Hugoni autem Grotio *Wulfhila*, in prolegomenis ad hiſtoriam Gothorum. *q*) At B. Verelio *r*) *Ulfhila.* E Græcis ſcriptoribus οὐλφίλαν *Ulphilam* ſcripſerunt Socrates *s*), Theodoretus *t*) & Nicephorus Calliſtus. *u*) Sozomenus *x*) parum digreditur οὐλφιλλαν nominans, & Philoſtorgius *y*) οὐρφίλαν. R. Abraham Ariæ Mutinenſi in שלטי הגבורים *z*) eſt אולפילאס *Ulphilas.*

Tam diverſe circa nomen *Ulfilanum* fuiſſe luſum, non miramur. In peregrinis enim vocibus ſcribendis lapſus ſolet eſſe facillimus. Neque omnibus linguis eædem voces æque commode efferri poſſunt. Sacras litteras ſi evolveris variis linguis redditas, ad immenſam in ſcribendis propriis nominibus diverſorum populorum diſcrepantiam obſtupeſces. Ut autem ad nomen *Ulphilæ* redeam, Græcos ſcriptores, laudatumque Judæum omnium optime

---

a) *Sub ann. Dom.* 377. *b*) *Cap.* 8. *c*) *Lib.* 11. *c.* 1. *d*) *Cap.* 6. *e*) *Lib.* 12. 12. *f*) *P.* 311. *g*) *p.* 382. *h*) *p.* 397. *i*) *Sub an Ch.* 380. *k*) *Apud Petrum Crinitum de honeſta diſcipl. lib.* 17. *c.* 1. *l*) *Cap.* 2. *m*) *Sub æra* 415. *n*) *Cap.* 51. *o*) *Lib.* 8. *c.* 13. *p*) *p* 568 *q*) *p.* 52. *r*) *Runogr. Scand c.* 3. *s*) *Hiſt eccleſ lib.* IV. *c.* 27. *t*) *Hiſt. eccleſ. lib.* IV. *c.* 32. *u*) *Hiſt. eccleſ. lib.* 9. *cap.* 48. *x*) *Hiſt. eccleſ lib.* 6. *c.* 36. *y*) *Hiſt. eccleſ. lib.* 2. *c.* 5. *z*) *Fol.* 12. *edit. Mantuanæ.*

me illud expreſſiſſe puto. Erant namque illi temporibus *Ulphilæ* propiores, ut & fama, & recentioribus chartis de eodem rectius edoceri poſſent. Illi, ut oſtenſum eſt, *Ulphilam* dixerunt, quod cum nomine Gothico *Ulfil*, vel *Ulfilr* pulcherrime convenit, terminatione tantum Gothica ad Græcum morem accommodata; ſicut factum quoque videmus in vocibus Attila, Totila, Gothila, aliisque Gothis antiquis hoc nomen maxime fuiſſe familiare, e ſaxeis, hiſtoricisque monumentis ſatis patet. Nobis ſuffecerit teſtem adduxiſſe lapidem Runicum in templo Vallentunenſi extantem cum hac inſcriptione, a reverendo eius loci paſtore nobiscum benevole communicata: Danildr uk Olfilr litu — ſtain aftir fador uk brodor ſin. *Danildus & Ulfila curarunt* (erigi) *lapidem patri, & fratri ſuo.* A Germanico Volf, originem nominis Vulfhilæ petendam exiſtimat Johannes a Vorburg in hiſtoria Romano-Germanica. *a*) Sed dum in vocis a Jornande minus recte expreſſæ inveſtiganda deſudat origine, operam egregie ludit. Videtur autem compoſitum a vocibus Sueogothicis *ulf*, lupus, & *ill*, ſive *illr*, quod malum denotat, unde *folck-ill* ferus, immanſuetus, quod de canibus mordacibus, bovibusque cornupetis fere dici ſolet; niſi quis nomen ſimplex eſſe malit, cum ſveta nominum Gothicorum in *il*, vel *ilr* terminatione, qualia in lapidibus Runicis longe plurima occurrunt ut Egil, Arilr, Eskil, Kitil, Attil, Emkil, Myntil, Thorkil, Suerkil, &c. quorum catalogum texit B. Verelius ad calcem hiſtoriæ Herraudi & Boſæ. Quæ terminatio quantum noſtris arrideat, vel inde iudicari poteſt, quod in eandem, nomina quoque biblica detorquere ſoleant, dicendo: Danil, Gabril, Michil &c. Conſtat præterea, & ipſum Ulphonis nomen, & nomina inde compoſita, frequentiſſimo in uſu fuiſſe apud Gothos. Et Ulphonis quidem vocabulum ubique occurrit. Inter Duces in Italia Longobardicos fuiſſe deprehendimus, qui latine potius *Lupus*, quam Gothico nomine *ulf*, appellari voluerit. Solet autem Ulf in compoſitionibus interdum aliis nominibus præponi, & rurſus aliquando ſubiungi. Utriusque nominum generis dabimus exempla. In catalogo nominum propriorum, quæ ex inſcriptionibus lapidum Runicorum collegit ampliſſimus Verelius, hiſtoriæque Herraudi & Boſæ ſubiunxit, leguntur nomina maſculina: Ulf-hidin, Ulf-kil, Ulf-kitil, Ulf-kæir; & femininum: *Ulfhilda*, cuius etiam meminit Joh. Magnus in hiſtoria Gothorum, *b*) illuſtr. Oernhielm in hiſtor. eccleſ. *c*) & Anonymus de regibus Norvagicis a Joh. Kirchmanno editus. *d*) Alterius generis in catalogo Vereliano ſunt: *Ar-ulf*, *Aſt-ulfr*, *As-ulfr*, *Aud-ulfr*, *Berg-ulf*, *Biarn-ulf*, *Eiſt-ulf*, *Bryan aulfr*, *Berg-ulfr*, *Far-ulf*, *Faſt-ulf*, *Fas-ulf*, *Gis-ulf*, *Gun-ulf*, *Hun ulf*, *Hur-ulfr*, *Jers-ulf*, *Ig ulfr*, *Kak-ulfr*, *Ing-olf*, *Mul-ulf*, *Kuik-ulfr*, *Ralt-ulf*, *Sæi-ulfr*, *Rask-ulf*, *Hrid-ulf*, *Sig-ulf*, *Stor-ulf*, *Vik-ulfr*, *Thur-ulf*, *Ur-ulf*. Et apud hiſtoricos: *e*) *Achiulfus*, *Adulphus*, *Agilulphus*, *Ahiſtulphus*, *Ariulphus*, *Athaulphus*, *Droctulphus*, *Ferdulphus*, *Fridulphus*, *Gaidulphus*, *Gisulphus*, *Godulphus*, *Grasulphus*, *Humulphus*, *Hunulphus*, *Minulphus*, *Rodulphus*, *Vernulphus*, *Zangrulphus* &c. Sunt qui huius terminationis nomina ex orbe latino arceſſenda putent, exem-

a) *Tomo* III. *p* 135. *b*) *Lib.* 18. *c* 17. *c*) *p.* 422. *d*) *p.* 29.

e) *Ut Jornandem de reb. Get. Paulum Warnefr. de geſtis Longobardorum, Joh. Magnum in hiſt.* Goth. *illuſtr. Peringskiöldium in dynaſtiis regum Gothicorum vitæ Theodorici ſubiunctis, aliosque.*

exemplo Adolphi, Gandolphi, Landolphi, Rudolfi &c. quæ ab Atilio, Quintilio, Lentilio & Rutilio procusa arbitrantur. De nomine Ulphilæ hactenus.

§. II.

De Ulphilæ homonymis.

Plures hoc nomine insignes in historiis offendas. De his paucis agemus. Et ne quis ambigendi locus relinquatur, *Ulphilæ*que episcopo per errorem forte tribuantur, quæ ad alios spectant; eorum quoque mentionem faciemus, quorum nomina, a nominibus nostro *Ulphilæ* tributis, parum discrepant. Fuerat igitur ipso *Ulphilæ* nomine quidam sub imperio Honorii, Constantii ducis στρατηγὸς, sive equitum præfectus, haud dubie Gothus; cuius meminit Sozomenus *a*) & Nicephorus Callistus. *b*) Is qua prudentia & strenuitate Ebodichum Constantini tyranni ducem in insidias pellexerit, atque superaverit, laudati scriptores perpulchre memorant. Porro apud Gothos in Hispania, sub regno Recaredi I. episcopus fuit Arrianus nomine *Uldila*, *c*) quem tamen alii *Udilam*, sive *Uldilam* nominant. *d*) Ille cum noverca regis Goiuintha Arrianum dogma sequebatur, publice tamen, sive rubore compulsus, sive timore convictus, simul cum aliis fidem catholicam profiteri, atque detestari Arrianam hæresin, videri voluit. Ad ultimum, cum in necem regis una cum regina conspirasset, coniuratione detecta, multatus est exilio; regina vero semper catholicis infesta, tandem fato concessit *e*) *Ulphilam* ab Hispanis scriptoribus *Gudilam* vocari, in superioribus diximus. Hoc nomine in historiis plures occurrunt. *Gudilas* Jornandi *f*) rex ille Gothorum dicitur, cuius filiam Medopam, vel Getam, *g*) Philippus Macedo matrimonio sibi adiunxerat. Quem tamen aliæ Jornandis editiones Gothilam dicunt. Quas sequitur Joh. Magnus in historia Gothorum. *h*)

Inter lectissimos præstantissimosque bello viros, quibus Ruscianum contra Totilam Gothorum regem defendendam tradiderant Romani, fuisse etiam Γοδίλαν Θεύκα, auctor est Procopius Cæsariensis de bello Gothorum *i*) de quo ita loquitur: *Qui vero in Rusciani præsidio obsidebantur, ubi his prorsus necessaria defuere; nec in Romanis quicquam spei reliquum esset, Godilam, Deoferumque.* (Hoeschelius legit Γοδίλαν δορυφόρον) *ad Totilam mittunt, salutem sibi inprimis precatum, & pro his, quæ gesserant, veniam.* Eadem fere ex Procopio habet Leonhardus Aretinus de bello Italico adversus Gothos. *k*)

Gudilæ Archidiaconi Toletani sub imperio Bambæ viventis, meminit Felix præsul Toletanus, in Hispania illustrata. *l*) Hic, nisi fallor, idem est, cuius sanctitatem prædicat, quemque *Guidilam* Levitam appellat Joh. Vasæus. *m*)

Porro in monumentis Runicis *Gudila* feminarum nomen est. Et de sancta quadam virgine eius nominis, superstitiosa quædam memorat Franciscus Haræus in annalibus Belgicis. *n*)

§ III.

a) *Hist. eccles. c. 9. c. 14.* *b*) *Hist. Eccl. 14. 6.* *c*) *Joh. Vasæus chron. Hisp. An. Ch. 588.* *d*) *Diego Saavedra in corona* Gothica *p. 252.* *e*) *Saavedra loco cit. Joh Vasæus Chr. Hisp loc. cit. Jo. Mariana Hist. Hisp. 5. 14. Baronius in Annal. An. 585. n. 12.* *f*) *Reg. Getic. c 10. editionis Gruterianæ.* *g*) *Steph. Byzantinus in* Γετία. *h*) *Lib. 3 c. 11.* *i*) *Lib. 3. c. 15. & 16. editionis autem Hœschelianæ p. 299.* *k*) *Lib. 4.* *l*) *Tom. 2. p. 12.* *m*) *Chron. Hisp. an. Chr. 685.* *n*) *Edit. Antverp. p. 58.*

§. III.

De Ulphilæ effigie in bibliotheca Vaticana.

Sixtus V. Romanus pontifex, qui vere dici poteſt urbem Romam reperiiſſe latericiam, marmoream autem reliquiſſe, (quod de ſe quondam pronuntiavit Auguſtus,) *a*) præter alia opera, quæ ad ſui apud poſteros memoriam in urbe extare voluit, quæque ſuo nitore atque pulcritudine cuiusvis animum oculosque rapiunt, bibliothecam quoque pontificiam in Palatio montis Vaticani ita exornavit, ut non libris modo rariſſimis, ſed columnis etiam & picturis, eam ingredientibus intuentibusque iniiciat ſtuporem. Eius deſcriptionem adducemus e vita eiusdem pontificis, a præſtantiſſimo Gregorio Leti iucundiſſime deſcripta. *b*) *La libraria ſola e un vaſo lungo di trecento buoni piedi, e la ſua larghezza ſettanta in circa: nel mezo vi ſono molti pilaſtri ben'ordinati; ed è tutta in volta dalla parte di ſopra: riguarda verſo tramontana di dove riceue la maggior parte dei lume: di più ba gran lume ancora da' due lati di mezo giorno, e di ponente: congiunte à queſto vaſo che ſerve per uſo della libraria publica, vi ſono due ampie ſtanze per la libraria ſegreta, dove non ſi permette che di rado l'ingreſſo à foraſtieri, ſe non foſſero Prelati, ò Cavalieri di ſtima, e racomandati agli cuſtodi. Tutta queſta libraria inſieme fece dipingere Siſto di fuori, e di dentro, da' più famoſi pittori di quel tempo. Di fuori, eſſendo incroſtata la muraglia di calce nera, e bianca, vi furono depinte molte imagini di ſcienza, e di virtu, e d' alcune altre coſe, che appartengono all' eſercitio de' libri, come ben lo poſſono oſſervare quei che viaggiano in Roma. Dalla parte di dentro poi, dove vi ſi meſſe maggior cura, e diligenza, vi ſi dipinſero tutte l'opere che Siſto fatte havea ſino a quel tempo, con le loro inſcritioni: ma ſopra tutto vi ſono depinti ſedeci concilii, e ſotto ciaſcuno vi e la ſua inſcritione, le quali ſono molte belle, e curioſe, e ſpiegano coſe digniſſime da eſſer ſapute da bell' ingegni.* Pergit Leti: *c*) *Oltre à concilii ſopradetti vi ſono con belliſſimo ordine depinte le più famoſe librarie, che per tutto il mondo vi ſono ſtate in alcun' tempo mai,* & mox: *d*) *Seguendo l'ordine cominciato dirò che vi ſi veggono i ritratti di tutti quelli huomini che per inventione di lettere ſono grandemente celebri al mondo, e per primo ſi uede Adamo &c. Nella ſettima colonna vi è dipinto ſan Giovanni Chriſoſtomo conqueſte parole: Sanctus Johannes Chryſoſtomus litterarum armenicarum inventor. Segue poi ſan Girolamo con il ſuo petto macerato, e la inſcritione dice coſi, Sanctus Hieronymus litterarum Illyricarum inventor. Vi è poſto poi ſan Cirillo con queſto detto: Cyrillus aliarum litterarum Illyricarum inventor. Più abbaſſo ſeguita Ulphia veſcova, e di lui vi è ſcritto, Ulphias epiſcopus Gothorum litteras adinvenit.* De eadem *Ulphilæ* effigie loquitur diligentiſſimus operum Sixtinorum deſcriptor Mutius Panſa della libraria Vaticana p. m. 311. & Franciſc. Bivarius ad Flavii Lucii Dextri chronicon ſub anno 380.

Hanc præſulis noſtri effigiem unde pictor habuerit, non conſtat. Puto imaginariam eſſe, & pictorem pro ſua libidine eam expreſſiſſe. Ut Adamum, Abrahamum, Moſen, Esdram, Cadmum, & alios, quorum imagines ibidem vividiſſimis coloribus, & excellenti opere, quod ab Italis *pittura à freſco* dicitur, repræſentantur.

a) *Sextus Aur. Victor. Epit. c. 3.* *b*) *p. m. 369.* *c*) *Pag. 375.* *d*) *Pag. 377.*

§. IV.

Ulphila fuit Gothus, non autem Cappadox.

Ulphilam Gothis ereptum it Philoſtorgius Hiſt. Eccleſ. l. 2. c. 5. ubi Cappadocem facit. Verba eius ſunt: Βασιλέυοντος ουαλεξιανȣ̃ καὶ Γαλλιήνȣ, μοῖξα Σκυθῶν βαξεῖα τῶν πέξαν τȣ̃ ἴσξȣ, διαβησαν εἰς τὴν Ρωμάιων, καὶ πολλὴν μὴν καἵδξαμον τῆς Ευξώπης διαβάντες δὲ καὶ τὴν Ασίαν τὴν τε Γαλατίαν, καὶ τὴν Καππαδοκίαν ἐπῆλθον, ἐκ πολλȣ̀ς ἔλαβον ἀιχμαλωτȣ̀ς, ἄλλȣς τε καὶ τῶν κατειλεγμένων τῷ κλήξῳ, καὶ μετὰ πολλῆς λέιας ἀπεκομίσθησαν ὀικαδε. Ο δὲ ἀιχμαλωτος καὶ ἐυσεβὴς ὅμιλος συνανασξαφέντες τοῖς βαξβαξοις, ȣ̓κ ὀλιγȣς τε ἀυτῶν εἰς τὸ ἐυσεβὲς μετεποίησαν, καὶ τα χξισιανῶν φξονεῖν αντὶ τῆς ἑλληνιδος δόξης παξεσκέυασαν. Τάυτης τῆς ἀιχμαλωσίας γεγόνεσαν καὶ ὁι ὀυξφίλα πξόγονοι, Καππαδόκαι μὴν γένος, πόλεως δὲ πλησίον παξνασσȣ̃ ἐκ κώμης δὲ Σαδαγολθινὰ καλȣμένης. Id eſt, interprete doctiſſimo Philoſtorgii editore: *Imperante Valeriano & Gallieno, pars quædam magna Trans-Iſtrianorum in ſolum Romanum tranſcendit, multamque Europæ partem incurſavit: tranſcenderunt vero etiam in Aſiam & Galatiam, ſed & Cappadociam ingreſſi ſunt, multosque captivos ceperunt, nonnullos etiam ex iis qui clero adſcripti erant, cumque magna præda domum reverſi ſunt. Plebs porro captiva piaque cum barbaris converſans, haud paucos eorum ad pietatem traduxit, effecitque adeo ut Chriſtianorum fidem loco gentilitiæ opinionis amplecterentur. De hoc captivorum numero fuerunt & Urphilæ maiores, gente quidem Cappadoces prope civitatem Parnaſſum, e vico qui vocatur Sadagolthina.* Plurima hic a Philoſtorgio dicuntur, quorum veſtigia nusquam alibi, vel certe non ita occurrunt, ait in diſſertat. ad hunc locum doctiſſimus Gothofredus. Cappadoces fuiſſe deceptores, mendaces, ſervilisque ingenii homines, uno ore ſcriptores adfirmant, unde & communi proverbio: τξία κάππα κάκισα, rideri olim ſolebant Καππαδόκες, Κξῆτες καὶ Κίλικες. *a*) Abſit igitur, ut ex illa gente prodiiſſe concedamus antiſtitem Gothorum *Ulphilam*, ſplendidiſſimarum virtutum laude inter ſuos maxime inclutum. Cappadox certe fuit Philoſtorgius, id eſt, ἀνὴξ ψευδόλογος τε, καὶ ȣ̓δε μυθολογίας ἀπεχόμενος, cenſente Photio patriarcha Conſtantinopolitano in ſua bibliotheca. *b*) Doctiſſimus Mareſchallus eum appellat *qualiscunque fidei ſcriptorem, & partium ſtudii ac ſubleſtæ fidei poſtulandum. c*) Quæ quamvis ad Philoſtorgium refutandum ſufficere poſſent, adducemus tamen quædam argumenta, unde *Ulphilæ* πξογόνȣς Γότθȣς μὴν γένος fuiſſe, non Καππαδόκας, liquido conſtabit. Producemus primo ſummæ eruditionis & fidei ſcriptores, qui *Ulphilam* expreſſe Gothum nominant. Flavius Lucius Dexter Barcinonenſis in Chronico omnimodæ hiſtoriæ, *d*) ad hunc modum ſcribit: *Gulphilas Gothus, litterarum Gothicarum inventor.* Sixtus Senenſis in Bibliotheca ſancta *e*) hæc habet: *Vulphilas Gothus Gothorum epiſcopus.* Jacobus Gothofredus in prolegomenis ad Philoſtorgii hiſtoriam eccleſiaſticam *f*) *Ulphila Gotho ſub Conſtantino Magno, qui Gothos ad religionem chriſtianam perduxerit.* Olaus Verelius in Runographia ſcandica *g*) *Gothus fuit Ulphila.* Jam quod divinas ſcripturas εἰς τὴν ὀικέιαν φωνὴν *h*) in patrium, id eſt, Gothicum, & *ſuum i*) idioma convertiſſe dicitur, vel invitis perſuaſerit, Gothum fuiſſe *Ulphilam*, minime vero Cappadocem. His accedit, quod ab omnibus Gothorum celebretur

a) *Eraſm Rot. Chil. 3. cent. 6. adag 82.* *b*) *Editionis Rhotom pag. 26.* *c*) *Obſerv. de verſione Gothica p. 387.* *d*) *Ad ann. Chriſti 380.* *e*) *Lib. 4. edit. Venetæ de anno 1575. in 4. p. 568.* *f*) *Pag. 35.* *g*) *Cap. 3.* *h*) *Sozom. hiſt. eccl. 6. 36.* *i*) *Gotefrid. Viterb in Pantheo pag. 397.*

tur episcopus. Quis autem putet Gothos tot gentium victores, parere sustinuisse homini extero, qui ab ipsis & moribus discreparet, & lingua? Nam Cappadoces dialecto Syriaca, eaque satis impura usos testatur Samuel Bochartus de Coloniis & sermone Phoenicum. *k*) Neque nihil est, quod nomen *Ulphilæ* plane Gothicum sit. Hæc omnia tanti apud nos sunt ponderis, ut Philostorgium in patria *Ulphilanæ* assignanda falsum fuisse, asserere non dubitemus. Thomas Mareschallus *l*) qualemcunque Philostorgii auctoritatem hac in parte secutus scribit: *Erat enim Philostorgius, ut credi potest, popularis* Ulphilæ, *ac coætaneus.* Sed virum doctissimum satis perpendisse non puto, unde homini Cappadoci nomen Gothicum? unde tanta inter Gothos dignitas? tanta denique linguæ Gothicæ facultas, ut libros sacros Gothice interpretari posset. Mareschallum nihilominus sequuntur Johannes Saubertus in prolegomenis ad varias lectiones evangelii Matthæi, *m*) & Georgius Fridericus Heupelius Argentoratensis, in dissertatione de versione quatuor evangelistarum Gothica. *n*)

§. V.

Ulphilam omni doctrina, & virtute ornatissimum fuisse.

Genti nominique Gothorum haud parum infensi fuerunt, qui illos omnis doctrinæ expertes, barbarosque clamitarunt. Fuisse enim semper inter illos qui sapientiæ laude inclaruerint, deprehendet, quicunque historias eorum non nimis indiligenter inspexerit. Ab eruditis nostræ nationis, aliisque plurima de maiorum nostrorum studiis observata sunt, quæ, ne actum agamus, indicabimus tantum. Vide sis Sigebertum Gemblacensem in Chronico *o*), Joh. Marianam de reb. Hisp. *p*) Joh. Magnum in hist. Gothorum, *q*) Olaum Verelium præf. ad historiam Gothrici & in Runographia Scandica, *r*) Joh. Loccenium in antiquitatibus Sueog. *s*) amplissimum Ol. Rudbeckium in Atlantica sua passim; cel. prof. Lundium in Samolxi, &c. Egregium prorsus est testimonium Jornandis: *t*) *In secundo, id est, Daciæ, Thraciæque & Mœsiaé solo Zamolxen, quem miræ philosophicæ eruditionis fuisse testantur plerique scriptores annalium. Nam & Zeutam prius habuerunt eruditum, post etiam Dicenæum, tertium Zamolxen, de quo superius diximus. Nec defuerunt, qui eos sapientiam erudirent. Unde & pene omnibus barbaris Gothi sapientiores semper extiterunt, Græcisque pene consimiles, ut refert Dio: qui historias eorum annalesque Græco stilo composuit.* Inter hos referri omnino meretur *Ulphilas* noster. Cuius eximias virtutes, cum summa eruditione coniunctas, heroica ipsius gesta loquuntur. Nec desunt scriptores, qui merita eiusdem debitis laudibus extulerint, e quibus adduxisse sufficiat Flavium Luc. Dextrum Barcinonensem in chronico suo *u*) ita scribentem: *Gulphilas Gothus litterarum Gothicarum inventor, episcopus, nomine doctrinæ, ingeniique valde laudatur.* Neque id iniuria, Hebraice enim, Græce, Gothiceque fuisse longe peritissimum, inde constat, quod S. Scripturas ex ipsis fontibus in Gothicum idioma transfuderit. Neque rerum civilium expertem fuisse, inde suspicari licebit, quod cum rex Gothorum

k) *Editionis Lugduno Batavæ in fol. pag.* 535. *l*) *In observationibus de vers.* Gothica *pag.* 387. *m*) *Pag.* 44. *n*) *Pag.* 3. *o*) *C.* 7. *de regno Gothorum.* *p*) *L.* 5. *c.* 1. *q*) *L.* 3. *c.* 17, 18. *r*) *C.* 1. *s*) *L.* 1. *c.* 15. *t*) *Rerum Geticarum c.* 5. *u*) *Sub an.* 380.

ſtantinopolim ad Valentem imperatorem legatum vellet mittere, non alium invenerit *Ulphila* magis idoneum, quem legationis ducem conſtitueret. *x*) Summum theologum, nec infacundum fuiſſe, inde patet, quod Gothis ſuis perſuaſerit, ut abiecta gentili ſuperſtitione, chriſtianas leges amplecterentur, divinaque oracula eisdem feliciſſime fuerit interpretatus. Litterarum denique inventio dubitare non ſinit maximæ ſolertiæ, ſummique ingenii fuiſſe virum, ac æterna apud poſteros memoria digniſſimum.

§. VI.

Ulphilas floruit Imperante Valente, circa ann. Chriſti CCCLXX.

Circa tempus deſignandum, quo vixerit noſter, magnum eſt inter ſcriptores diſſidium. Philoſtorgius eum refert ad tempora Conſtantini Magni, *y*) Ουρφίλαν κατὰ τούτους χρόνους ἐκ τῶν πέραν Ἴστρου Σκυθῶν, οὓς οἱ μὲν πάλαι Γέτας, οἱ δὲ νῦν Γότθους καλοῦσι, πολὺν εἰς τὴν Ῥωμαίων διαβιβάσαι λαόν. Ait, *Urphilam his temporibus*, (puta, Conſtantini Magni) *ex Trans-Iſtrianis Scythis (quos veteres* Getas, *qui vero hodie ſunt*, Gothos *vocant) multum populum in ſolum Romanum traduxiſſe.* Addit de eodem Imperatore: καὶ τὸν Ουρφίλαν διὰ πλείστης ἦγε τιμῆς, ὡς ἐκ πολλάκις εἰς ἡμῶν Μωσῆς λέγειν περὶ αὐτοῦ. *Et Urphilam magno honore affecit, ſic ut ſæpe ab eo noſtri temporis Moſes vocaretur.* Verum Philoſtorgius in hiſce a ceteris omnibus, qui de *Ulphila* quicquam memorarunt, prorſus diſcedit. Hi quippe, pauciſſimos ſi exceperis, Valentis tempore apud Gothos epiſcopali infula clarum extitiſſe tradunt. Aut igitur temporibus Valentis centenarium fuiſſe *Ulphilam* dicendum eſt, aut ſuæ ſolitæ audaciæ hoc tribuiſſe Philoſtorgium, ut eius ætatem ac geſta a Conſtantini ævo repeteret. Nam ut ſuæ opinioni ſpeciem veri conciliaret, multa quoque alia poſterioribus acta temporibus eo retulit, ut ad eum obſervat doctiſſimus Gothofredus. *z*) *Finis*, ait ille, *ſcopusque, quem ſibi in ſua hiſtoria propoſuit Philoſtorgius, fuit ut* ἑτεροουσίου, *imo &* ἀνομοίου, *ſeu Arii, Aëtii, Eunomiique, & Eunomianorum defenſionem ſuſciperet adverſus* ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον, *eosque qui id profiterentur. Ad eundem finem pertinet, quod antiquitatem religionis ſuæ, &* ἑτεροουσίου, *eiusque incrementa ſub Conſtantino Magno, & Conſtanti efferre ſtudet, ut patet ex iis, quæ memorat de Indis, & quæ de Ulphila* Gotho *ſub Conſtantino Magno, qui* Gothos *ad religionem chriſtianam perduxerit*: & in diſſertationibus ad eundem: *a*) *Et vero hæc cauſa eſt, cur hoc loco Philoſtorgius de* Ulphila *agat, totque adeo illa de eo prædicet, ac nominatim de eo epiſcopo* Gothorum *ab Euſebio epiſcopo Nicomedienſi facto, & quidem ſub Conſtantino Magno, ut ita Arianæ fidei propagationem, eiusque antiquitatem, per varios quoque & barbaros populos efferret: eo exemplo, quo Catholici ſcriptores in rebus Conſtantini prolixe memorant, quantum & per quos religio chriſtiana ſub Conſtantino Magno profecerit.*

Imperante igitur Valente vixiſſe *Ulphilam* dubitandum non eſt. Ad hunc enim a rege Gothorum legatum fuiſſe, ab eodemque obtinuiſſe, ut Gothi ſui Thraciam habitare poſ-

x) *Sozom. hiſt. eccl. 6. 36.* *y*) *Hiſt. eccleſ. 2. 5.* *z*) *Prolegom. ad Philoſt. p 35.* *a*) *pag. 56.*

poſſent, ſcriptores ſpectatæ fidei plures uno ore teſtantur. Cumque Valens An. Chriſti 364. imperator ſit proclamatus, obierit autem An. Chriſti 379, hinc eſt, quod circa hos maxime annos hiſtorici atque chronologi *Ulphilæ* geſta commemorent, ut e ſequenti tabella clarius pateſcet.

Ulphilas floruit

A. D. 360. Secundum nobil Georgium Stiernhielm in præfatione ad *Ulphilæ* evangelia.
A. D. 365. Heupel. in diſſertatione cit.
A. D. 370. Baron in annalibus. Sixtus Senenſis in bibliotheca ſancta. *b*) Morery dans le grand dictionaire hiſtorique.
A. D. 373. Jo. a *Worburg* hiſt. Tom. 3.
A. D. 377. Jo. Vaſæus in chron. rerum hiſp.
A. D. 380. Flavius Dexter in Chronico omnimodæ hiſtoriæ.

§. VII.

Ulphila cum Gothis Daciam primo, deinde Thraciam Mœſiamque incoluit.

Neque de patria *Ulphilæ* ſatis inter ſcriptores convenit. Alii enim Mœſiam, alii Daciam; nec deſunt qui Thraciam illis temporibus a Gothis habitatam affirment. Quam ſcribentium diverſitatem inde promanare exiſtimaverim, quod Gothi ea tempeſtate fixas minime ſedes habuerint, ſed nunc externis, nunc civilibus infeſtati bellis, ſolum ſubinde vertere domiciliaque mutare neceſſe habuerint. Id vero conſtat, eos cum *Ulphila*, antequam pellerentur ab Hunnis, regiones Trans Danubianas, ſive quæ Thraciæ Mœſiæque trans Iſtrum obiacent, tenuiſſe; inde vero depulſos ab imperatore Valente in Thraciam Mœſiamque eſſe ſuſceptos. Ex Ammiano Marcellino diſcimus, Valenti, cuius imperatoria ſedes erat Byzantii, quoties adverſus Gothos arma eſſent capienda, Danubium fuiſſe traiiciendum. Ita enim ſcribit: *a*) *pubeſcente vere, quæſito in unum exercitu, prope Daphnem nomine munimentum eſt caſtra metatus: ponteque contabulato ſupra navium foros flumen transgreſſus eſt Hiſtrum, reſiſtentibus nullis*, & mox: *Anno ſecuto ingredi terras hoſtiles pari alacritate conatus; fuſius Danubii gurgitibus vagatis impeditus, manſit immobilis.* Nec Marcellinus tantum, verum & alii, qui de Gothis eius temporis quicquam memoriæ prodiderunt, ſedem illis trans Danubium aſſignarunt. Sozomenus: *b*) Γότθοι γὰρ οἱ δὴ πέραν Ἴςρȣ ποταμȣ̃ τὸ πρὶν ᾤκȣν ἐκ τῶν ἄλλων βαρβάρων ἐκράτȣν. *Nam Gothi qui trans Iſtrum fluvium ante habitabant, & aliis imperabant Barbaris, ab Hunnis inde exacti in fines Romanorum venere.* Socrates: *c*) οἱ πέραν τȣ̃ Ἴςρȣ βάρβαροι οἱ καλȣ́μενοι Γότθοι. *Barbari trans Iſtrum incolentes, qui appellantur* Gotthi. Auctor hiſtoriæ miſcellæ: *d*) Gothi *trans Iſtrum conſtituti.* Procopius in Vandalicis. *e*) Gothi *autem Iſtrum tranſeuntes primo quidem a maleficio non temperabant, donec permittente imperatore Thraciæ loca incolerent.*

b) *pag. 568.* *c*) *lib. 27. c. 5.* *d*) *Hiſt. eccl. l. 6. c. 36.* *e*) *Hiſt. eccl. l. 4. c. 27.* *f*) *lib. 12. c. 12.* *g*) *lib. 1. c. 2.*

rent. Jornandes de rebus Geticis: *h*) *Ipſi quoque Danubium transmeantes, Daciam Ripenſem, Mœſiam Thraciasque permiſſu principis inſedere.*

Porro multo ante tempora *Ulphilæ* loca illa tenuiſſe Gothos, ſcriptores teſtantur. Procopius in hiſtor. Vandalorum: *i*) ὗτος ὁ λεὼς ὑπὲρ ποταμὸν Ἴςρον ἐκ παλαιῦ ᾤκυν. *Is autem populus loca ſupra Iſtrum iam pridem incoluerunt.* Tempore quoque Auguſti habitaſſe trans Danubium Getas, poëta apud Tomitanos exul nos docet: *k*) ſe enim ad egreſſus ſive oſtia Iſtri relegatum dicit, ubi:

Iazyges, & Colchi, Metereaque turba, Getæque
Danubii mediis vix prohibentur aquis.

Getas, Gothos explicamus, Philippi Cluveri ſomnia nihil morantes, qui ut Gothos Germaniæ ſuæ aſſereret, Getas a Gothis fuiſſe diverſos ſtatuit *l*) tota antiquitate reclamante. Patet igitur Daciam primam fuiſſe *Ulphilæ* patriam. Quo pacto autem cum Gothis ſuis Iſtro traiecto in Thraciam Mœſiamque deinde migraverit, in inferioribus commodior erit dicendi locus.

§. VIII.

Ulphila Gothorum in Dacia, Thracia, & Mœſia epiſcopus fuit.

Quanta *Ulphilæ* fuerit eruditio, quæ virtutes, in ſuperioribus paucis a nobis memoratum eſt. Nil mirum igitur, ſi hunc virum e tanta ſuorum multitudine pontificem atque primatem ſibi elegerint Gothi, vel, ut accuratius loquamur, pars magna Gothorum, quæ chriſtiana dogmata fuerat amplexa. Neque enim primis *Ulphilæ* temporibus Gothi adhuc omnes chriſtianam fidem ſuſceperant. Unde, cum ceteri ſcriptores *Ulphilam* Gothorum adpellent epiſcopum, Nicephorus Calliſtus *m*) cautius ſcribens, *Ulphilam vocat illorum (Gothorum) qui inter illos chriſtiani erant, epiſcopum.* Atque ita Philoſtorgius *n*) τῶν ἐν τῇ Γετικῇ χριςιανιζόντων; *epiſcopus eorum qui in* Gothia *chriſtiani erant.* Addit Philoſtorgius *Ulphilam* primum fuiſſe Gothorum epiſcopum, & ab Euſebio Nicomedienſi Conſtantinopoli fuiſſe ordinatum *o*) ὁ τοίνυν Οὐρφίλας ὗτος καθηγήσατο τῆς ἐξόδυ τῶν ἐυσεβῶν, ἐπίσκοπος αὐτῶν πρῶτος καταςάς. Κατέςη δὲ ὧδε. παρὰ τῦ τῶν ἀρχὴν ἄγοντος τῦ ἔθνυς ἐπὶ τῶν Κωνςαντι υ χρόνων εἰς πρεσβείαν σὺν ἄλλοις ἀποςαλεὶς (καὶ γὰρ καὶ τὰ τῇδε βάρβαρα ἔθνη ὑποκέκλετο τῷ βασιλεῖ) ὑπὸ ἐυσεβίυ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων χειροτονεῖται τῶν ἐν τῇ Γετικῇ χριςιανιζόντων. *Hic igitur* Urphilas *dux fuit exitus piorum, primus eorum epiſcopus conſtitutus: conſtitutus vero hac ratione. Ab eo ſc. qui genti imperabat Conſtantini tempore in legationem una cum aliis miſſus (nam & barbaræ gentes illæ imperatori parebant) ab Euſebio & ab iis qui cum illo erant epiſcopis ordinatus fuit epiſcopus eorum qui in Gothia chriſtiani erant.* Sed Philoſtorgius in his, more ſuo, aliis ſcriptoribus contraria tradit, qui aſſerta ſua pulcerrimo conſenſu vera eſſe comprobant. *Ulphilam* namque primum non fuiſſe Gothorum epiſcopum, verum ſucceſſiſſe Theophilo, teſtes ſunt, Socrates: *p*) τὸν γὰρ ἔμπροσθεν χρόνον, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίςιν ἠσπάζετο ἐπό-

h) cap. 25. i) lib. 1. c. 2. k) Triſt. lib. 2. el. 1. l) Germ. ant. lib. 3. c. 34. m) Hiſt. eccl. lib. XI. cap. 48. n) Hiſt. eccleſ. lib. 2. c. 5. o) Loco citato. p) Hiſt. eccl. lib. 9. c. 32.

ἑπόμενος θεοφίλῳ, ὃς τῶν Γότθων ἐπίσκοπος ὢν, τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ παρὼν καὶ ὑπέγραψε. *Nam ante illud tempus Theophili vestigia, qui episcopus Gothorum erat, quique cum concilio Nicæno interesset, ei subscripserat, sedulo persecutus, fidem Nicææ stabilitam amplexatus est.* Nicephorus Callistus: *q) Atque Ulphilas Gothorum episcopus, qui prius Nicænam comprobaverat fidem decessorem suum sequutus Theophilum, qui synodi Nicænæ intérfuerat, & calculo suo sententiam confirmaverat.* Cassiodorus: *r) In hoc* Ulphilas *Gothorum episcopus tunc primo consensit. Nam tempore præcedenti Nicænam amplectabatur fidem, sequens Theophilum* Gothorum *episcopum, qui præsens in concilio Nicæno subscripserat.* Centuriatores Magdeburgenses: *s)* *Gothorum fuit episcopus Theophilus ante Ulphilam, &: Post Theophilum* Gothorum *episcopus factus est* Ulphilas *vir orthodoxus.* Videtur autem hic Theophilus primus fuisse Gothorum episcopus. Saltem apud scriptores, qui ante illum ea apud Gothos dignitate ornatus fuerit, invenire potuimus neminem. Unde & Cent. Magdeburgenses; *t) Gothi, qui hoc tempore ulteriora Istri tenuerunt, episcopum primum habuerunt Theophilum, qui concilio Nicæno interfuit, deinde* Ulphilam. Nicephorum Callistum reprehendunt historiæ Magdeburgicæ collectores *u)* quod scripserit ipsum *Ulphilam* interfuisse concilio Nicæno, & decreta eius suo confirmasse suffragio; sed nos nihil tale apud Nicephorum invenimus. Historiæ autem eccles. lib. 9. cap 44. dicit Theophilum eidem concilio interfuisse, Theophilique successorem fuisse *Ulphilam.* Philostorgius equidem *Ulphilam* a rege Gothorum ad Constantinum Magnum missum fuisse scribit, sed nos id falsum esse nulli dubitamus; causamque cur ad Constantini ævum pleraque trahere conatus fuerit Philostorgius, iam e viri doctiss. Jac. Gothofredi dissertationibus ad Philostorg. retulimus cap. 6.

§. IX.

Ulphilas Gothos convertit ad fidem Christi.

Inter cetera pontificis nostri præclare gesta, primum facile, & præcipuum est, quod Gothos ille suos spissis paganismi tenebris circumfusos, evangelii luce collustrarit, fideique christianæ elementis initiarit. Quod opus cum periculosæ plenum aleæ esset, quanto fuerit animo, quanta virtute *Ulphilas* noster, liquido ostendit. Huius facinoris non sine laude veterum & recentiorum plures meminerunt. Sozomenus in historia eccl. *x)* ὑπὸ διδασκάλῳ γὰρ αὐτῷ παιδευθέντες οἱ Γότθοι τὰ πρὸς εὐσέβειαν, ἐκ δὲ αὐτοῦ μεταχόντες πολιτείᾳ, ἡμερωτέρας, πάντα ῥᾳδίως αὐτῷ ἐπείθοντο, πεπεισμένοι μηδὲν εἶναι φαῦλον τῶν παρ᾽ αὐτοῦ λεγομένων ἢ πραττομένων. Ἅπαντα δὲ συντελεῖν εἰς χρήσιμον τοῖς ζηλοῦσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ ἐκ πλείστην δέδωκε πεῖραν τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς, μυρίους μὲν ὑπομείνας κινδύνους ὑπὲρ τοῦ δόγματος, ἔτι τῶν εἰρημένων βαρβάρων ἑλληνικῶς θρησκευόντων. *Nam Gothi ab eo doctore ad pietatem & verum Dei cultum amplectendum instituti, & per eum ad mansuetiores mores traducti, in omnibus rebus facile eius consilio paruerunt: pro certo persuasi, nihil ab eo vel dici improbe vel fieri, sed omnia ad utilitatem eorum, qui ardenti pietatis studio flagrabant, transigi. Quin etiam maximum dedit suæ virtutis specimen, infinita*

q) Hist. eccl. lib. 9 c. 44. r) Hist. eccl. Trip. lib. 5. c. 38. s) Cent. IV. c. 10. p. m. 1262. t) Cent. IV. c. 2. p. 24. u) p. 1263. x) lib. 6. c. 36.

infinita pericula pro religione christiana tum subeundo, cum iidem ipsi barbari Gothi, quos diximus, adhuc religionem gentilium coluerunt. Nicephorus Callistus, *y*) eadem fere verba repetit. Alphonsus a Carthagena in regum Hisp. Anacephalæosi *z*) hoc modo scribit: *Tunc Gudilla episcopus legem eos docuit christianam, & in linguam eorum scripturas novi & veteris testamenti transtulit. Gothi itaque, qui hactenus idololatriæ superstitioni dediti, gentilibus sacrificiis se vovebant, iam fide suscepta ecclesias construxerunt, & sacerdotes evangelicos habuerunt.* Hisce plane similia legas apud Rodericum Toletanum de rebus hisp. *a*) Hæc tamen non ita accipienda sunt, ac si primus fuerit *Ulphilas*, qui Gothos omnes ad Christi fidem converterit. Longe enim ante *Ulphilæ* tempora Christum pars magna Gothorum sunt professi. Quo autem tempore christianismus apud illos cœperit, satis est obscurum. Philostorgio si credimus, sub Valeriano & Gallieno ab *Ulphilæ* maioribus, cæterisque quos captivos e Cappadocia abduxerant, in fide christiana instituti fuerant Gothi. Joannes a *Worburg* in historia Vorburgica *b*) ait, *tempore Cæsarum Diocletiani & duorum Maximianorum, Herculii & Galerii, in dira illa proscriptione plures christianos ad Gothos sese contulisse, & christianam religionem in illis invenisse.* Sane iam olim christianismo initiatos fuisse Gothos, affirmat etiam Theodoretus *c*) ὅτε τὸν ἴςρον διαβάντες, πρὸς τὸν Βάλεντα τὴν εἰρήνην ἐσπείσαντο, τηνικᾶυτα παρὼν εὐδόξιος ὁ δυσώνυμος, ὑπέθετο τῷ βασιλεῖ πεῖσαι ἀυτῷ κοινωνῆσαι τὰς Γότθους, πάλαι γὰρ τὰς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνας δεξάμενοι τοῖς ἀποστολικοῖς ἐνετρέφοντο δόγμασι. *Ubi Istro transmisso cum Valente pacis fœdera iunxerant, eodem momento Eudoxius ille infamia notatus persuadet imperatori, Gothos, qui olim cum divinæ cognitionis luce primum illuminati essent, doctrina apostolica fuerant instituti, ad suum traducat communionem.* Et Cassiodorus: *d*) *Dudum enim divinæ scientiæ radiis imbuti* (Gothi) *apostolicis dogmatibus pascebantur.* Ex idoneis scriptoribus paulo ante probatum est, Theophilum Gothorum ante *Ulphilam* episcopum, Nicænæ synodo & interfuisse & subscripsisse. Socrates quoque *e*) & Sozomenus *f*) Gothos sub Constantino ad fidem Christi conversos scribunt; sed alia ratione id factum ostendunt, atque tradit Philostorgius. Itaque Gothi, vel eorum saltem pars non exigua, ante *Ulphilam* christiani fuerant. Errant igitur qui tempore primum Valentis illos ab *Ulphila* conversos putant. Sozomenum, quasi hoc scripsisset, satis aspere reprehendit Cardinalis Baronius, *g*) sed immerito. Nihil enim tale dixit Sozomenus, ut patet ex ipsius verbis initio huius capitis adductis. Centuriatores Magdeb. *h*) caute scribunt: *Ulphilas vir orthodoxus, & Nicænæ primum fidei professor & propugnator, qui Gothorum maximam partem ad fidem christianam convertit, magno suo cum periculo.* Si igitur non omnes, sufficit certe ad gloriam *Ulphilæ*, quod maximam Gothorum partem convertendo, ingentia vitæ discrimina adierit. Neque enim expers esse potuit moræ ab Athanarico Ostrogothorum rege sævissimæ persecutionis. Quippe cum non Vestrogothos solum suos, sed Ostrogothos quoque sub Athanarici obsequio constitutos convertere vellet; is avitam religionem violari videns, in *Ulphilam* Gothosque ab eo conversos vehementer exarsit; eos-

que

y) *Hist. eccl. lib. XI. cap. 48.* *z*) *cap. 8.* *a*) *Lib 11. c 1.* *b*) *Tom. 2. pag. 671.* *c*) *Hist. eccl. lib. 4. c. 32.* *d*) *Hist. eccl. Trip. lib. 8. c. 13.* *e*) *Hist. eccl. lib. 1. c. 14.* *f*) *Hist. eccl. lib. 2. c. 5.* *g*) *ad an. Christi 370.* *h*) *Cent. 4. c. 10. p. 1262.*

que ferro & flamma crudelissime persecutus est, ut disertis verbis testantur Socrates, *i)* Sozomenus, *k)* Cassiodorus, *l)* & Nicephorus Callistus. *m)*

Neque solum cum Gothis gentilibus res ipsi fuit, sed cum Arrianis quoque, quorum pestifera dogmata magnam illo tempore hominum partem infecerant. Hi cum viderent, *Ulphilam* apud Gothos magna auctoritate pollere, non destiterunt, ut credi potest, ipsum & verbis & scriptis sollicitare, ut cum Gothis suis in impia eorum castra transiret. Ipse vero, qui Nicæni catholicique dogmatis zelo plenus erat, *n)* sese Arrianis opposuit, eos refutavit, atque adeo diu multumque adversus eosdem decertavit, ut loquitur Sixtus Senensis in bibliotheca sancta. *o)*

§. X.

Ulphilas, Gothos legibus & litteris instituendo, mansuetiores reddidit.

Gothi veteres ob fortitudinem magis sunt laudati, quam ob mansuetudinem & cultum. Unde Nasoni *p)* Getis esse dicitur:

Vox fera, trux vultus, verissima martis imago:
Non coma, non ulla barba resecta manu.

Cæterum infelices fuerunt Gothi, quod apud eos exulare meruerit poëtarum ingeniosissimus, qui cum delicatiori climati assuetus esset, nec eandem in verbis moribusque Gothorum, quam apud Romanos suos suavitatem deprehenderet, eos statim nunc feros & barbaros, nunc inhumanos & stolidos, nunc diros, crudos, sævos, & vix hominum nomine dignos declamat; sed id immerito. Habuisse enim Gothos semper & litterarum professores, & legum custodes severissimos, historiæ nos satis superque edocent. Saltem temporibus *Ulphilæ* dicere non potuisset Naso, sese

Inter inhumanos nomen habere Getas.

q) Tum enim *illius beneficio humaniore vivendi instituto utebantur.* *r)* καὶ δι' αὐτοῦ μεταχόντες πολιτείας ἡμερωτέρας, *& per eum ad mansuetiores mores traducti.* *s)* Ab eodemque litteris instituti. *t)* Legibus quoque scriptis instructi, prout scriptor anonymus in cœnobio Moissiacensi, qui exhibetur inter historiæ Francorum scriptores coætaneos, ab Andrea du Chesne Francof. in folio editos, non obscure innuit: *Sub Athanarico legem, & litteras habere cœperunt Gothi.* Minus igitur recte locutum arbitramur Isidorum Hispalensem, qui in chronico Goth. de Eurico Wisigothorum in Hispania rege sub æra 504 scribit: *Sub hoc rege Gothi legum instituta scriptis habere cœperunt: nam antea tantum moribus & consuetudine tenebantur.* Isidorum sequuntur ceteri rerum Hispanicarum scriptores, Rodericus Toletanus, Franciscus Tarapha, Rodericus Sanctius, & alii.

§. XI.

---

i) Hist. eccl. l. 4. c. 27. k) Hist. eccl. lib. 6. c. 36 l) Hist. eccl. Trip. lib. 8. c. 13. m) Hist. eccl lib. 11. c. 48. n) Socrates hist. eccl. l. 2. c. 32. Sozom. l. 6. c 36. Niceph. hist. eccl. lib. 9. c. 44. & lib. 11. c. 48. Cent. Magd. Cent. 4. c. 10. p. 1262. o) pag. 568. p) Lib. Trist. 5 eleg. 7. q) Epist. ex Ponto lib. 4. ep. 13. r) Niceph. hist. eccl. lib. 11. cap. 48. s) Sozom. hist. eccl lib. 6. c. 36. t) Jornand. rer. Get. c. 51.

§. XI.

Ulphilas Gothis proprias tradidit litteras, a se inventas.

Parum erat Gothos e gentilibus Christianos effecisse, legesque illis, ac vitæ mansuetioris regulas præscripsisse, nisi litteras quoque peculiares ipsis excogitaret *Ulphilas.* Id factum existimamus, non quod eximia hac humanitatis parte tum carerent Gothi, sed quod litteræ eorum patriæ s. Runicæ pauciores essent, quam ut peregrinis vocibus, quæ tum addiscendæ ipsis erant, exprimendis sufficerent. Porro invenisse *Ulphilam* litteras novas, scriptores magno consensu tradunt. Socrates: *u*) τότε δὲ καὶ Οὐλφίλας ὁ τῶν Γότθων ἐπίσκοπος, γράμματα ἐφεῦρε Γοτθικά. *Eodem tempore Ulphilas Gothorum episcopus litteras Gothicas invenit.* Sozomenus: *x*) πρῶτος δὲ γραμμάτων εὑρετὴς αὐτοῖς ἐγένετο. *Primus præterea fuit, qui litteras apud eos invenerit.* Nicephorus Callistus: *y*) *Primus etiam ipsis* (Γότθοις) *litteras invenit.* Cassiodorus historia Trip. *z*) *Tunc etiam Vulphilas Gothorum episcopus litteras Gothicas adinvenit.* Philostorgius: *a*) Καὶ τάτε ἀλλ' αὐτῶν ἐπεμελεῖτο, καὶ γραμμάτων αὐτοῖς οἰκείων εὑρετὴς κατασάς. *Et ut in cæteris curam eorum habuit, ita propriarum quoque litterarum inventor extitit.* Isidorus Hispalensis *b*) *Tunc Galfilas eorum episcopus Gothicas litteras adinvenit.* Historia miscella *c*) *Qui etiam Gothicas litteras primus adinvenit.* R. Abraham Ariæ Mutinensis in libro שלטי הגבורים fol. 12. inter varia variorum populorum alfabeta, meminit etiam *alfabeti minoris maiorisque, quæ invenit episcopus Ulphilas.* Antiqui versus Trochaici apud Crinitum:

Gulfilas promsit Getarum, quas videmus ultimas.

Gotefridus Viterbiensis: *d*) *Eodem tempore Gulfias Gothorum episcopus litteras adinvenit.* Sixtus Senensis in bibliotheca sancta: *e*) *primus Gothorum litteras adinvenit.* Centuriatores Magdeburg: *f*) *Litterarum Gothicarum inventor ipse fuit.* Joh. Mariana in hist. de rebus hisp. *g*) *Por el mismo tiempo que Ulfila, Obispo de aquellas gentes, invento la lettra Gotica, diferente de la latina,* & *h*) *Ulfilas, obispo de los Godos, antes q̄ ellos viniessen a España invento las letras Goticas.* In Columna quadam bibliothecæ Vaticanæ, sub imagine *Ulphilæ*, legitur: *Ulphilas episcopus Gothorum litteras adinvenit.* Mutius Pansa in descriptione bibliothecæ Vaticanæ: *Dopo questi si vede l'effigie di Ulphia vescovo, il quale in quei tempi, che la misera Italia depredata da Gothi, e fatta barbara haveva in un certo modo mandate le lettre in essiglio, vitrovo le letre Gotiche, che sino a nostri tempi sono durate.* *Alfonsus a Carthagena in regum Hisp. Anacephalæosi: i*) *speciales litteras, quas eis una cum lege Gudilla eorum episcopus tradiderat, habuerunt.* Eadem verba repetit Rodericus Tolet. *k*) Joh. Vasæus chron. Hisp. *l*) *Qui litteras Gothicas invenit.* Gib. Genebrardus in sua chronographia: *Ulphilas Gothorum episcopus Arianus, qui ulteriora Istri tenebant, Gothicas litteras invenit.* His add. si lubet, Sigeb.

u) *Hist. eccl. lib. 4. c. 27.* *x*) *Hist. eccl. lib. 6. c. 36.* *y*) *Hist. eccl. l. XI. c. 48.* *z*) *lib 8 c. 13.* *a*) *Hist. eccl. lib. 2. cap. 5.* *b*) *in chron. Goth. sub era. 415.* *c*) *lib. 12. cap. 12.* *d*) *in suo Pantheo s. chronico univ. p. 397.* *e*) *Edit. Venetæ in 4to p. 568.* *f*) *Cent. 4. c. 10. p. 1263.* *g*) *l. 4. c. 19.* *h*) *lib. 9. c. 18.* *i*) *cap. 8.* *k*) *de reg. Hisp. l. 2. c. 1.* *l*) *sub An. D. 377.*

geb. Gembl. *m*) Ang. Roccha, *n*) Ricobaldus Ferrarienſis, *o*) Alexander Sardius, *p*) Albertus Kranzius, *q*) Otto Friſingenſis, *r*) Flavius Dexter Barcinonenſis, *s*) aliique magno numero.

Cum tot iam teſtes produxerimus, qui *Ulph lam* expreſſis verbis Gothicarum litterarum inventorem faciunt, non multum apud nos momenti habere debent, quæ hiſce contraria in lexico hiſtorico ſtatuit Doctiſſ. Morerius, non videri ſc. veroſimile, *Ulphilam* aliquas Gothorum litteras inveniſſe; ſed litterarum Gothicarum inventum ipſi forte tributum fuiſſe, quod, antequam ille verſionem Gothicam hiſce litteris vulgaſſet, eædem pauciſſimis cognitæ fuerint. Præiverant Morerio Theod. Zvingerus *t*) & Gerh. Joh. Voſſius de arte gram. *u*) Neque tamen *Ulphilam* primum apud Gothos litterarum inventorem ſtatuimus; cum Sozomeno, Nicephoro, Hiſtoria Miſcella, Sixto Senenſi, & aliis. Gothi enim ante *Ulphilam* alias litteras habuerunt. Ampliſſ. Verelius in Runographia Scandica p. 12. *Præiudicio illi omnes occupati fuerunt, qui Ulphilam primum Runarum inventorem ſtatuerunt. Sed illis hoc facile ignoſci poteſt, utpote extraneis, & qui de antiquis ſeptentrionalium Runis nihil unquam inaudiverant.* Valde quoque fallitur vir doctiſſ. Herm. Conringius, *x*) dum adſtruere conatur, Runas noſtrates easdem eſſe, quas *Ulphilas* excogitaverat litteras, cuius obiectiones qualescunque, egregie ſolvit ampliſſ. Verelius in Runographia ſua Scandica cap. 3. Attamen quamvis Runas patrias non invenerit *Ulphilas*, non ideo litterarum inventarum gloria defraudandus videtur. Præſertim cum litteræ ab ipſo inventæ, nihil habeant cum Runis commune; ut eas in verſione evangeliorum *Ulphilana* inſpicienti patet, utque fatetur Cel. Verelius Runograph. Scand. pag. 12. imo, numero, figura, indole prorſus ſint diverſæ: quippe Runæ paucæ ſunt, alfabeto autem *Ulphilano* nihil abſolutius. *y*) Litteræ quoque *Ulphilanæ* a Græcis deſumtæ: Thom. Mareſchall. obſ. de verſ. Goth. *z*) *Mihi ſane ſcriptioni Gothicæ idem accidiſſe videtur, quod Copticæ & Moſcoviticæ: quarum ſingularum characteres effigiati fuerunt ad vetuſtiorem Græcorum formam, præter paucos, aut aliunde acceptos, aut quos ipſi artifices pro arbitrio excogitabant ad exprimendos ſonos, unicuique ſermoni peculiares, quosque Grajorum os rotundum ignoraverat.* Franciſcus Junius in Gloſſario Gothico: *a*) *Plerasque Gothici alfabeti litteras a Græcis petitas eſſe liquet.* Jacobus Uſſerius in epiſtola ad clariſſ Junium: *b*) *Quæ eo a me adducta ſunt omnia, ut, qua ratione Gothicam ex Græca ſcriptionem Wulfilas efformaverit, in priore illo commentariolo declarari ſubindicarem.* Joh. Loccenius in antiq. Sueogothicis: *c*) *Si enim vel quoad characterum formam, vel quoad ipſum idioma & genium linguæ, conferas Ulfilæ litteras cum veteribus Runis, in paucis cum hiſce, in pluribus cum latinis & græcis, quoad characteres, convenire videbis.* Cl. Verelius in Runograph. Scand. *d*) *Ulphila vero 25 uſus eſt elementis litterarum, quæ an figura a noſtris differant, non tam conqui-*

m) *de ſcriptoribus eccl. cap. 8.* *n*) *Bibl. Vatic p. 152.* *o*) *in chronico.* *p*) *de rerum invent l 1.* *q*) *Succiæ l. 2. c. 26.* *r*) *Chron. l. 4. c. 16.* *s*) *in chron. ad ann. 380.* *t*) *Theat. vitæ Hum. Vol. 4 l. 1.* *u*) *l. 1. c. 9.* *x*) *de orig iuris Germ. cap. 5.* *y*) *Anon. in comm. de litteris Ulphilanis apud Verel p. 21.* *z*) *pag 387.* *a*) *pag. 1.* *b*) *inſerta gloſſario Gothico, p. 17.* *c*) *lib. 2. c. 14.* *d*) *p. 12.*

sitis rationibus, quam oculorum intuitu discerni potest: falsusque hic est Vormius, qui nostrarum figuras Ulphilanis tribuit. Et cum ad Græcarum habitum & indolem suas confirmaverit Ulphila &c. Nobil. Stiernhielm. præfat. in evangelia *Ulphilæ: Has ego litteras Græcas aut easdem, aut non longe abhorrentes a nostris Runicis suspicor: quippe quæ aliæ non sunt quam græcæ, & ex iis ortæ latinæ, barbare, & imperite effigiatæ, & mutilatæ, ut videre est in vulgatis nostris Runicis, non minus quam in Runis Ulfilæ.* A latinis tamen discrepasse *Ulphilanos*, Jo. Mariana tradit: *e) Por el mismo tiempo que Ulfila, obispo de aquellas gentes, invento la lettra Gotica, diferente de la latina.* Accedat his Richardus Simon: *f) Il forma (Ulfilas) ces caracteres sur ceux des Grecs, auxquels ils ressemblent, comme il paroit du MS. dont Francois Junius nous a donné une copie figurée dans sa belle edition des evangiles en la langue des anciens Goths.* Post tot testimonia, si quis adhuc dubitat, ipsum alfabetum *Ulphilanum* inspiciat, prout in codice argenteo pingitur, & exinde, apud Anonymum de litteris Gothicis a Bon. Vulcanio editum, *g)* Cl. Verelium in Runograph. Scand. *h)* Franc. Junium in Gloss. Gothico. Georg. Stiernhielm. in Gloss. *Ulphila* Gothico & alios. De numero litterarum *Ulphilæ* scriptores dissentiunt. R. Abraham Ariæ Mutinensis in שלטי הגבורים fol. 12. ait non fuisse nisi XXIV. *Est autem utrumque* (nam duo alf, *Ulphilæ* tribuit Hebræus, maius sc. & minus) 24 *litterarum quæ scribuntur a latere sinistro, & nomina earum sunt sicut nomina alfabeti Romani.* Sed deceptum fuisse doctissimum Rabbinum non dubitamus; & ipse sat ingenue paulo inferius ita confitetur: *Sed ego non novi, quæ sit indoles earum, neque ipsorum nomina ore meo unquam protuli.* Cl. Junius paulo liberalior unicam addidit, *h)* sed 26 esse *Ulphilanas* litteras, Juniumque unam præteriisse, quia in textu argenteo non occurrerit, ostendit Cl. Verelius Runogr. Scand. p. 71.

Antequam orbi innotesceret codex argenteus, aliud alfabetum, ab hoc satis diversum, sub *Ulphilæ* nomine circumferebatur, quod videre licet apud Mutium Pansam nelli suoi ragionamenti della libraria vaticana, *i)* & mirari possumus, doct. Olaum Vormium easdem litteras *Ulphilæ* adscripsisse, in litter. Runica. *k)* Id quoque alfabetum cum magis conveniat cum litteris Runicis, quam Græcis aut latinis, ansam dedit Cl. Vormio, statuendi antiquas litteras Runicas ab *Ulphila* auctas & locupletas fuisse. *Quia vero*, ait, *exteris incognita & antea non visa hæc elementa communicavit, (Ulfilas) iisque libros quosdam sacros primus transcripsit, ab ignaris rerum aquilonarium, inventionis laus ei falso attributa est.* Nec multo aliter Cl. Verelius: *l) Non excogitavit ergo Ulphilas Gothicos characteres, sed auxit, & ad consuetudinem Græcam accommodavit.* Cum tamen paulo ante dixisset, litteras *Ulphilanas* nihil habere cum Runis nostris commune, & falsum esse Vormium, qui nostrarum figuras *Ulphilanis* tribuerit. Cautius, puto, scripsit celeberr. Loccenius in antiq. Gothicis: *m) Sed Ulfilam primum inventorem litterarum Gothicarum (quales nostræ Runicæ sunt) facere non possumus.* Maneat ergo *Ulphilas* primus inventor litterarum Gothicarum, quales illæ litteræ sunt, quas eum invenisse nemo non scriptorum affirmat. Ante-

e) Hisp. lb. 4. cap 19. f) dans l'histoire critique des versions du nouveau testament p. 220. g) pag. 1. h) pag. 69. i) Gloss. Goth. p. 1. k) p. 311. l) p. 47. & 49. m) Runogr. Scand. p. 13. n) lib. 2. c. 14.

Antequam hinc abeamus, non poſſumus non e viri Cel. D. Olai Rudbeckii Atlanticæ Tomo 3. p. 210. adiicere, litteras Ulphilanas in Walachia adhuc dum extare, neque ita deſuetas eſſe, quin a plurimis eius regionis incolis legi poſſint. Verba pulcra ſunt, & digna, quæ, ut patrio ſermone ab auctore concepta ſunt, hic ſubiiciantur: *Äro ock många Orter ännu i Walachiet ſom bruka wårt Göthiſke Språk, och* Ulfvilæ *Runebokſtäfwer, thet en Walachiſk Sänningebod hit til Hans Kongl. Mayſt. för några åhr ſedan berättade, och i min närwaro kunde läſa* Ulfvilam, *thet ock nu några Vngrar, ſåſom* Johan Galle *ifrån* Papa, *och* Michael Pillarich *ifrån Preſsburg* &c. *mig ſagt hafwa.* Porro ſi Joh. Marianæ credimus, litteræ *Ulphilanæ* non apud Gothos ſolos ſubſtituerunt, ſed longe lateque propagatæ ſunt. Præter alios autem, iisdem longo tempore uſos ſcribit Hiſpanos, qui circa an. D. 1091. eas primum cum Gallicis mutarint, ut tradit lib. IX. cap. 18. *Mandaron otroſi q̄ en las eſcrituras publicas de alli adelante no uſaſſen de letras Goticas, ſino de las Franceſas. Ulſilas, obispo de los Godos, ante q̄ ellos viniessen a Eſpaña inventò las letras Gothicas.* Sic quoque Rodericus Toletanus: o) *Concilio Toletano anno MCXVI. Patres cum Bernhardo Toletano primate multa de officiis eccleſiæ ſtatuerunt; ſed & illud, uti deinceps ſcriptores omiſſo charactere Toletano, quem Gulſilas Gothorum epiſcopus invenerat, Gallicis litteris uterentur.* Nec multo aliter Joh. Gotefridus in chronica hiſtorica lib. VI. p. 657. *Alphonſus de VI deſes naems heeſt in t' jaer* 1080 *na vierjarige blocquering, de maghtige Stadt Toledo verovert, welcke de Mooren* 368 *Jaren ingehadt, een Coninghlyck Slot daer in gebouwt, en de Coninghlycke Reſidentie daer heen geleyt hadden. Hy heeft oock de ordonantie gemaeckt, dat de Gottiſche Lettern, die men tot die tydt in Spanjen gebruyckt hadde, afgeſchaft, en de manier van met latynſche Lettern te ſcryven is ingevoert gheworden.* In antiquis libris adhuc exſtare litteras *Ulphilanas,* auctor eſt Alphonſus Carthaginenſis in regum Hiſpanic. Anacephalæoſi: p) *Gothi ſpeciales litteras quas eis una cum lege Guailla eorum epiſcopus tradiderat, habuerunt, quæ in antiquis Hiſpaniarum & Galliarum libris adhuc hodie apparent, quam litteram aliqui Toletanam vocant, ſed communiter Gothicam dicimus. Legitur cum difficultate propter diſſuetudinem, quia ille modus ſcribendi deſiit, & alia forma litteræ utimur.* Hiſce gemina habet Mutius Panſa della libraria Vaticana q) *Ulphia ritrovò le lettere Gotiche, che ſino a noſtri tempi ſono durate, e ſe ne veggiono infinite ſcritture in charta, & in marmo.*

Sed aut valde fallor, aut litteras *Ulphilanas* cum charactere Toletano perperam confunderunt iſti, ſive cum illa ſcriptura, quam patria lingua *Munkſtyl* appellare conſuevimus. Quippe etiam hæc litteratura, puto ob inconcinnam figuram, Gothica vulgo appellatur. Non aliter atque id omne, quod in architectura inconditum, minusque elegans, Gothicum dici ſolet.

e 3 §. XII.

---

o) *Rerum Hiſp. lib. 6, c. 30.* p) *cap. 8.* q) *pag. 311.*

§. XII.

Ulphilas ſacras ſcripturas in Gothorum linguam convertit.

Jam legum litterarumque humanitate, & quod maius, ſacroſancti numinis cultu, Martia Gothorum pectora mitigaverat *Ulphilas*, cum immortale, nec ab ullo unquam tentatum aggreditur opus, *r*) divina oracula in Gothicum ſermonem transferendi. Scilicet ne Gothi Chriſtum, Dei filium, quem ſuo hactenus eloquio repræſentatum animis gerebant, in ſacris ſcripturis ipſimet intueri non poſſent; neque quidquam omitteret, quod ad doctrinæ Chriſtianæ propagationem plurimum poſſet conferre. Huius rei, more noſtro, teſtes idoneos producemus. Socrates: *s*) Καὶ τὰς θείας γραφὰς εἰς τὴν Γότθων μεταβαλλὼν, τοὺς βαρβάρους μανθάνειν τὰ θεῖα λογία παρεσκίνασεν. Sozomenus: *t*) Καὶ εἰς τὴν οἰκεῖαν φωνὴν μετέφρασε τὰς ἱερὰς βίβλους. Nicephorus: *u*) *Et ſacras ſcripturas eis translatas propoſuit.* Philoſtorgius: *x*) μετέφρασεν εἰς τὴν φωνὴν τὰς γραφὰς. Caſſiodorus: *y*) *Et ſcripturas divinas in eam convertit linguam.* Atque ſic auctor hiſt. Miſcellæ, *z*) Iſidorus Hiſpalenſis, *a*) Martyrii Nicætæ ſcriptor, *b*) Centuriatores Magdeburgenſes, *c*) Joh. Mariana, *d*) Alphonſus a Carthagena, *e*) Sixtus Senenſis, *f*) Gothofr. Viterbienſis, *g*) Gilb. Genebrardus, *h*) Rodericus Toletanus, *i*) illuſtr. Oernhielm, *k*) & alii plures.

Porro quin omnes ſcripturæ canonicæ tam veteris quam novi teſtamenti libros in Gothicam *Ulphilas* converterit linguam, dubitandum non eſt. Quamvis enim hodie exigua eius verſionis portio habeatur, extitiſſe tamen olim integram, laudati ſcriptores expreſſis verbis, magnoque conſenſu affirmant. Accedat de veteri teſtamento ſatis luculentum B. Hieronymi teſtimonium in epiſtola ad Juniam & Fretellam. *Quis hoc crederet, ut barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret veritatem?* Quid? quod Joſephus Scaliger *l*) ſcribat, *Gothos etiamnum in iisdem regionibus degere ſub Præcopenſi Tartarorum dynaſta; & utrumque teſtamentum, iisdem litteris, quas excogitavit Wulfila, conſcriptum, & eadem lingua, qua tempore Ovidii utebantur, interpretatum legere.* Et Walafridus Strabo *m*) teſtatur, *Gothicæ gentis ſtudioſos, divinos libros in ſuæ locutionis proprietatem tranſtuliſſe.* His tamen unus contradicere non veretur Philoſtorgius, *n*) aſſerens totam ſcripturam, exceptis regum libris, ab *Ulphila* fuiſſe converſam; cuius rei cauſam fuiſſe ait, quod hi bellorum hiſtoriam contineant, gens vero illa belli amans eſſet, frænoque magis ad pugnas impetus eorum egeret, quam incentivo. Felici igitur ortu Gothica verſio

\- - - - *dias in luminis oras*

producta

---

r) *Sozom. hiſt. eccl. l. 6. c. 36.* Niceph. *hiſt. eccl. l* XI. *c. 48. hiſt. miſcell. l. 12. c. 12. Sixtus Senenſ. Bibl. ſanctæ p. 568. Gilb.* Genebrard *in chronographia. Morerius dans le grand dictionaire hiſtorique in voce Ulphilas.* *s*) *Hiſt. eccl. l. 4. c. 27.* *t*) *Hiſt. eccl. l. 6. c. 36.* *u*) *Hiſt. eccl. l* XI. *c. 48.* *x*) Hiſt. *eccl. l. 2. c. 5.* *y*) *in hiſt. Trip. l. 8. c 13.* *z*) *lib. 12. c. 12.* *a*) *in chron. Goth. æra 415.* *b*) *apud Simeonem Metaphraſtem d. 15. Sept.* *c*) *Cent. IV. c 10. p* 126. *d*) Hiſt. Hiſp. *lib. 4.* c. 19. *e*) *Reg.* Hiſp. *Anaceph. c. 8.* *f*) *Bibl. ſanctæ p 568.* *g*) *in Pantheo p. 463.* *h*) *libro citato.* *i*) *de reg.* Hiſp. *l 2. c. 1.* *k*) Hiſt. *eccl. Sueog. l.* 1. *c.* 1. *l*) *Can. Iſag. lib 3. p. 138.* *m*) *de rebus eccl. c. 7.* *n*) Hiſt. *eccl. l. 2. c. 5.*

producta, novi syderis instar inter nota cæli lumina subito elucescentis, non poterat non christianis illius temporis nova & mira videri, tum ob litteras minime familiares, quippe ab *Ulphila* excogitatas, nec ulli unquam antea visas; tum ob linguam, in qua nihil ante illa tempora scriptum legerant. Hæc quin pure Gothica fuerit, sed quali ea tempestate Gothi extra patriam commorantes uterentur, nulli dubitamus. Favent nobis hac in re, ut veterum testimonia non cumulemus, Cl. Junius in Gloss. Gothico; Verelius in Runogr. Scand. *o*) Thomas Mareschallus in obs. de versione Gothica, *p*) & perpulcre auctor Diarii eruditorum Gallici, *q*) dum ita scribit: *Et a peine sauroit on quelle etoit leur langue, si l'on n'avoit trouvé depuis peu cette traduction des evangiles, qui est le seul livre que nous ayons maintenant écrit en langue purement Gotique.* Georgius Hickesius Anglus, qui institutiones huius linguæ edidit Oxoniæ 1689. in 4to eam satis apposite nunc *Ulphila-Gothicam* nunc *Mœsogothicam* appellat, quippe quam in Mœsia & Thracia locuti sunt Gothi. Unde illustr. Oernhielmius accuratissime, ut solet: *Scripturam sacram in Gothicam istius loci* (Thraciæ) *linguam convertit Ulphilas.* Quo ipso occurrit iis, qui concedunt quidem scriptam esse versionem *Ulphilæ* ea lingua, qua in Thracia Mœsiaque usi sunt Gothi, sed eam pure Gothicam fuisse negant. Inter hos audias Cel. Loccenium in antic. Goth. *r*) *Quoad idioma vero, Ulfilæ versio mixta est ex veteri Gothica, & Teutonica lingua.* Joh. Saubertum proleg. in varias lectiones textus græci evangelii Matthæi pag. 43. *Gothica versio veteris linguæ Germanicæ antiquissimum momentum.* Janum Gruterum in inscriptionibus antiquis orbis Romani: *s*) *Detur hoc patriæ linguæ, ac subnectantur superioribus exoletis, Gothica ista, sive Germanica sunt, quæ communicavit nobis amicus &c.* Doctum anonymum commentariolo in lit. Gothicas: *t*) *Sermo Gothicus est Gallico temperatus, nam & genitivis latinis semper utitur, & a pro ad, in genere tamen germanissat.* Cum his Germanis facit Georgius Heupelius, & ipse Germanus, in sua dissertatione de versione IV evangelistarum Gothica. *u*) *Mihi, ut statim quæ mea mens sit, expromam, mixta videtur ex lingua eorum materna, Gothica nimirum atque veteri Teutonica.* Imo ita videri, libenter & nos concedimus. Ut autem quæ mens nostra sit, exponamus paucis, ea omnia, quæ in versione Gothica hominibus Germanis germanica videntur, pure Gothica esse pro certo statuimus. Esto enim, quod quædam vocabula communia habuerint olim Gothica & Teutonica lingua, (nam Heupelius non satis convenienter loquitur, dum non nisi tenui dialecto ait discrepasse,) num propterea dicendum est mixtam fuisse ex Teutonica lingua? vel cum Teutonica fuisse eandem? vel annon pari iure dici poterit, Teutonica ex Gothica fuisse mixta? Plurimæ sunt linguæ quæ ab eadem profluxerunt origine, atque eam ob causam multa habent vocabula communia, quas tamen absurdum fuerit easdem statuere, vel confusas invicem atque permixtas esse. Ceterum, quam Germanus Heupelius pro Teutonica habuit dialecto, Græcam appellavit Franciscus Junius, præfat. in evangel. Gothica. *x*) *Ipsam vero Gothicam (ut quæ sola dialecto differat a Græca vetere) ab eadem origine cum Græca profluxisse iudicabam.* Et in Glossa-

---

o) *cap. 3.* *p*) *pag. 388.* *q*) *Tomo 1. pag. 464.* *r*) *lib. 2. c. 14.* *s*) *p. 146.* *t*) *p. 1.* *u*) *p. 7.* *x*) *pag. 4.*

Glossario Gothico: *y)* *Quodque longe maxima sermonis Gothici pars variam quandam antiquæ Græciæ dialectum præ se ferat.* Id vero exinde, quod a longo tempore Græci cum Getis permisti habitaverint, teste Ovidio *z)*

Hic quoque sunt igitur Grajæ (quis crederet) urbes
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoque Mileto missi venere coloni,
Inque Getis Grajas constituere domos.

Et, *a)*

Vix ope castelli defendimur: & tamen intus
Mista facit Grajis barbara turba metum.
Quippe simul nobis habitat discrimine nullo
Barbarus - - - - -

Et, *b)*

\- - *Geticæque frequentia gentis*
Per medias in equis itque reditque vias.

Ab illa duorum diversorum populorum mixtura utrique linguæ quædam illata est mutatio, quæ tamen in lingua Getarum longe minor, quam in Græca fuerat, unde Ovidius, *c)*

Grajaque quod Getico victa loquela sono.

Et, *d)*

In paucis remanent Grajæ vestigia linguæ:
Hæc quoque iam Getico barbara facta sono.

Et de ipsa terra Tomitana, eiusque incolis *e)*

Mista sit hæc quamvis inter Grajosque Getasque
A male pacatis plus trahit ora Getis.

Huius linguæ tremendum & minime delicatum fuisse sonum, utpote, qui veros Martis pullos, non feminas & castratos deceret, rursus Ovidius docet: *f)*

Omnia barbaricæ loca sunt, vocisque ferinæ,
Omnia sunt Getici plena timore soni.

&:

Nomina sunt ipso pene tremenda sono.

Non tamen suis virtutibus Gothorum linguam destitutam fuisse, versionis *Ulphilanæ*, quæ superest particula abunde ostendit. De qua audiri meretur Francisc. Junii viri doctissimi iudicium in præfatione ad eandem: *Comperi nullum Gothis lumen, nullum florem dicendi defuisse; ita in totius evangelicæ historiæ altius quasi exaggerata dictione naturalis quidam ac minime fucatus nitor emicat, dum res magnæ admirabili electissimorum verborum splendore graviter ornateque illustrantur, ac iustum ubique servatur pondus auctoritatis maiestatisque sacrosancto codici congruæ.* Et paulo post: *Ad sermonis Græci proprietates, ubertatem, emphasin, haud improspere ausa est adspirare.* Unde idem vir doctiss.

y) p. 1. z) Trist. lib. 3. el. 9. a) Epistolarum ex Ponto lib. 5. ep. 10. b) lib. Trist. 5. el. 7. c) Trist. lib. 5. el. 2. d) Trist. 5. el. 7. e) ibidem. f) Trist. l. 5. el. 12.

doctiss. in præf. ad Glossarium Gothicum eam non dubitat *principem linguam appellare.* Gothos non latinis modo, sed & plurimis aliis gentibus lingua & pronuntiatione fuisse feliciores, pulcre disputat doctus anonymus in commentariolo de lingua Gothica. g) Non video igitur cur pudere debuerit Ovidium, quod Getico sermone de laudibus Augusti libellum scripserit; *h*) & quod Getice Sarmaticeque loqueretur. *i*) Certe idem stoliditatis convitium in eximium cætera vatem puto sine ulla iniuria retorqueri posse, quod immerito in Getas iactare sibi permisit, dum scriberet: *k*)

Barbarus hic ego sum quia non intelligor ulli:
Et rident stolidi verba latina Getæ.

Hæc lingua per multa deinde sæcula in Ponto & aliis terræ partibus perpetuata est. Valafridus Strabo: *l*) *Ex fidelium fratrum relatione se didicisse*, ait, *apud quasdam Scytharum gentes, maxime Tomitanos, eadem locutione* (Gothica) *divina hactenus celebrari officia.* & Jos. Scaliger: *m*) *Gothos etiamnum in iisdem regionibus degere sub Præcopensi Tatarorum dynasta, & utrumque testamentum iisdem litteris, quas excogitavit Wulfila, conscriptum, & eadem lingua, qua tempore Ovidii utebantur, interpretatum, legere.* Eorumdem voces non paucas plane Gothicas in epistola sua IV *n*) adducit Aug. Busbequius; & in Walachiæ plurimis locis linguam Gothorum una cum Runis *Ulphilanis* superesse, superiori capite ex opere Atlantico retulimus.

Sed redeundum est ad versionem *Ulphilæ.* Haud dubie illa est, quam apud Tomitanos etiam suo tempore legi solitam affirmat Walafridus loco citato; & quam hodie haberi apud Gothorum posteros in Taurica Chersoneso, iam e Scaligero observavimus; quam denique plus quam dimidia parte mutilam in codice argenteo de la Gardiano servat bibliotheca Upsaliensis. Ita nobiscum censent viri longe doctissimi. Assessores collegii antiq. in epist. qua hanc versionem regi gloriosissimæ memoriæ Carolo XI. nuncuparunt: *Ulfila nempe est* (hic liber) *illustrissimi comitis Dn. cancellarii Regni providentia, in patriam reductus, antiqua quidem sua infula venerabilis, sed & recentiori purpura nobilissimi Dn. Stiernhielmii manu exornatus.* Hinc idem nobiliss. Georg. Stiernhielmius glossarium, quod ex hac versione collegerat, *Ulphila*-Gothicum inscripsit. Thomas Mareschallus in observ. de versione Gothica: *o*) *Mihi certe stupenda argentei codicis vetustas argumentum est non contemnendum, hanc versionem non aliam esse, quam episcopi Gothorum illam antiquissimam.* Jacob. Usserius archiepiscopus Armachanus in epistola ad Cl. Junium: *Istam novi testamenti versionem apparet ex ipsius Wulfilæ primæva traductione descriptam.* Illustr. Oernhielm: *p*) Cuius (versionis *Ulfilæ*) illustria etiamnum supersunt fragmenta, cum eruditorum virorum annotatis semel in Suecia, & bis in Belgio edita.

Hæc igitur illa est *Ulphilæ* Gothica versio, cuius antiquitatem primævam & stupendam, canitiemque minime fucatam, commendat Th. Mareschallus obs. de vers. Goth. *q*) quamque *veteris linguæ Germanicæ* (verius Gothicæ) *antiquissimum omnium, quotquot extant,*

g) *pag. 3. & 4.* h) *Epist. ex Ponto l. 4. ep. 13.* i) *Epist. ex Ponto l. 13. epist. 2. & Trist. l. 5. el. 12.* k) *Trist. l. 5. el. 10.* l) *de rebus eccl. c. 7.* m) *Cant. Isag. l. 3. p. 138.* n) *pag. 136.* o) *pag. 388.* p) *Hist. eccl. p. 720.* q) *pag. 386. & 388.*

extant, stupendum & incomparabile monumentum, adpellat Joh. Saubertus, loco citato. Colligitur autem antiquitas huius versionis tum aliunde, tum vero præcipue ex mira ipsius convenientia cum antiquissimis quibusque exemplaribus MSS. Græcis, utpote Bezæ aliisque; quam qui uberius degustare cupit, adeat Thomæ Mareschalli observationes in vers. Gothicam. Joh. Sauberti varias lectiones textus Græci evangelii Matthæi, & Richardum Simonium dans l'histoire critique du nouveau testament. *r*) Nec antiquam esse diffiteri poterit, qui consideraverit, eam iam IV. post Christum seculo confectam, & annorum plus quam mille trecentorum ætatem ferre. Unde mirum non est, diruptam & laceram ad nostra tempora pervenisse. Neque enim ex toto bibliorum opere, præter IV evangelia supersunt, eaque frequentibus lacunis & defectibus ubique hiantia. Desuntque non versus modo, sed capita quoque, imo plurium sæpe capitum longa series.

Porro versionem *Ulphilanam* cum optimis quibusque novi testamenti translationibus bonitate & utilitate certare posse, docti affirmant. Richard. Simon. *s*) *Les evangiles écrits en l'ancienne langue des* Goths, *qui ont été imprimés de nostre temps en Hollande, doivent être considerés comme une des bonnes pieces de l'antiquité.* Quippe cum ex Græco fonte iam olim fideliter atque feliciter translata sit, (censente doctiss. archiepiscopo Armachano in epistola ad Fr. Junium; Richard. Simon. lib. cit. *t*) Sixto Senense biblioth. sanct. *u*) Martyrii Nicetæ scriptore, *x*) Thom. Mareschallo obs. in evang. Marci cap. 9. vers. 7. & v. 42. & obs. de vers. Goth. p. 390. Georg. Stiernhielm in ipso frontispicio editionis suæ,) & quidem e codice Græco, qui ab antiquissimo exemplari Bezæ s. Cantabrigiensi minus discrepavit, quam exemplaria hodierna: (Richard. Simon. *y*) & Th. Mareschallus.) *z*) magna merito eius esse debet auctoritas, in restituendis antiquis & veris Græci textus lectionibus, (Richard. Simon lib. citato:) *a*) & in locis obscuris exponendis, ut ostendit quamplurimis exemplis Th. Mareschallus in doctiss. observationibus suis. Neque tamen omnibus numeris absolutam statuimus Gothicam versionem. Nævis enim suis eam, ut ceteras, non carere, quippe quæ aliquando a Græco textu longius divagetur, aliquando, quæ in fonte sunt, omittat, aliquando iusto liberior, ea, quæ in textu non sunt, adiiciat, Mareschallus in observationibus sæpius nobis laudatis abunde docet.

Observari præterea meretur versionem Gothicam continuo texi stylo, sine ulla capitum versuumque distinctione. *b*) Sectiones autem marginibus eius adscribi, quæ canonibus, quos Eusebianos vocant, fere respondeant. *c*) Quos numeros Junium in sua editione neglexisse miratur Cl. Verelius loco cit.

Versionis Gothicæ plura hodie extant exemplaria MS. Quorum præstantissimum est, quod a litteris, & involucro, codex argenteus appellatur. Servatur id, ut paulo ante innuebamus, in bibliotheca huius academiæ publica, donum incomparabile incomparabilis & excellentissimi Comitis magni Gabrielis de la Gardie. Pertinuerat olim ad abbatem Verdinensem in regione Bergensi haud procul Colonia, ubi illud viderat Arnoldus

r) *Chap. XIX. p. 221. & 222.* *s*) *loc. citato.* *t*) *p. 221.* *u*) *p. 568.* *x*) *apud Simeonem Metaphrastem die 15. Sept.* *y*) *loco citato.* *z*) *Obs. in Matth. c. 10. v. 42. & in epist. ad lect observationibus suis subiecta p. 484* *a*) *p. 219.* *b*) *Verel. Runograph. Scand. p. 68.* *c*) *Maresch. obs. de vers. Goth. p. 389. Heupel. diss. citata. p. 12.*

noldus Mercator, & inde pauca deſcripſerat, quæ inter inſcriptiones Romanas Gruteri conſpiciuntur; *d*) & alia quædam Antonius Morillonus apud Joh. Goropium in orig. Antverp. l. 7. Hinc, neſcio quo fato, Pragam deportatum eſt, inde vero, ſæviente Marte Germanico, a victoribus Gothis in Sueciam delatum, ab illuſtr. comite Chriſtoph. Königsmarkio, reginæ Chriſtinæ offerebatur. Quæ illud, cum aliis longe rariſſimis MS. codicibus Iſaaco Voſſio ſuo bibliothecario conceſſiſſe dicitur, a quo, cum patriam repeteret, in Belgium eſt translatum. Mortuo autem Voſſio, ab hæredibus 2000 florenis, vel ut alii referunt, 600 imperialibus codicem argenteum redemit heros laudatus; & cum aliis magni pretii libris MS. eum academiæ Upſalienſi donavit anno 1669, argenteo primum involucro maxime conſpicuo veſtitum. Cel. Olaus Rudbeckius Atl. Tom. 1. p. 244. Loccen. antiq. Sueog. *e*) Kortholt de variis ſcripturæ edit: *f*) Janus Gruter. *g*) Jacobus Uſſerius, *h*) Th. Mareſchallus, *i*) Joh Saubertus, *k*) Franciſcus Junius in dedic. verſionis Gothicæ, *l*) Georg. Hickeſius, *m*) & doctiſſ. Tenzelius in colloquiis ſuis eruditis. *n*)

Codicem argenteum ita commendat Franciſcus Junius in ipſo initio Gloſſarii Gothici: *Argenteus codex, qui reliquis omnibus Teutonicis antiquitatibus fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras obduxit, nomenque abſtulit.* Nec mirum. Eſt enim antiquiſſimum & ſtupendæ vetuſtatis monumentum. Mareſch. obſ. de verſ. Goth. *o*) Saubertus loc. cit. *ante mille plus minus annos in pergameno aureis & argenteis litteris perſcriptum*, Gruterus in inſcript. Rom. *p*) *a qui l'en donne environ mille ans*, Richard. Simon; *q*) *Si non ipſius auctoris ætate, tamen ante 8, vel ſeptem ſecula ſcriptum*, Joh. Loccenius. *r*) Cel. Rudbeckius in Atl. *s*) ante annos 1300 deſcriptum ait. Ipſum igitur *Ulphilæ* αὐτόγραφον, *t*) vel ſaltem *Ulphila* adhuc vivente ſcriptum eſſe, oportet. Quæ coniectura, cum ſuis non deſtituatur rationibus, Dn. magiſtrum Heupelium, Upſaliæ non ita pridem ſtudiorum cauſa commoratum, magnopere miror, quod, cum diverſam foverit opinionem, eam ne verbo quidem ſtabilitum iverit diſſert. de *Ulphila*, ſeu verſione IV evangeliſt. Gothica 1693 Wittebergæ defenſæ p. 7. Qui tantam eius antiquitatem conſideraverit, non mirabitur minus integrum ad noſtram ætatem perveniſſe. Arnoldus Mercator apud Gruterum in inſcription. Rom. loc. cit. codicem argenteum ſuo tempore ait fuiſſe *lacerum, diruptum, & nullo ordine ignorantia compactoris colligatum.* Cl. Junius ded. cit. pag. 6. *Cum nobile clariſſimæ famæ monumentum nusquam totum appareret, atque ipſe adeo codex deſideraretur in codice vetuſtate multis in locis exeſo, madore vitiato, fruſtatim quondam diſcerpto, ac ſolutarum diſſipatarumque Philyrarum imperita compaginatione indigeſto, mutilo, fœdo.*

Codicis argentei multa habentur apographa. Inter libros collegii antiq. regii extare apographum huius codicis, iisdem litteris Gothicis exſcriptum, ligatura & foliis deauratis;

d) *pag. 146.* *e*) *lib. 2. c. 15.* *f*) *p. 367.* *g*) *inſcript. Rom. p. 146.* *h*) *in epiſt ad Fr. Junium.* *i*) *Obſ. de verſ. Goth. p. 389.* *k*) *in proleg. ad libr. cit. p. 43.* *l*) *p. 5.* *m*) *in catalogo veterum librorum ſeptentrionalium.* *n*) *Anni 1691. p. 631.* *o*) *p 388.* *p*) *pag. 146.* *q*) *Hiſt. du nouv. teſt. p. 220.* *r*) *Antiq. Sueog. lib. 2. c. 15.* *s*) *Part. 1. p. 244.* *t*) *B. Salanus in diſſert. de antiquis gentis Gothicæ ſedibus, p. 22.*

auctor est Georgius Hickesius in catal. vet. libr. septen. Habetur etiam eiusdem apographum nitidissimum in chartis solutis inter libros Francisci Junii F.F. *u)* Apographorum duorum meminit amplissimus Rudbeckius, unius Cl Derreri, alterius Cl. Verelii. Atl. p. cit. Quin & alios, præter argenteum, *Ulphilæ* codices extare certum est. Jacobus Usserius in laudata epistola: *Codicem alium Gothicum aureis argenteisque characteribus papyro exaratum, & non evangelia tantum, sed universum etiam novum testamentum, complectentem, in bibliotheca Hermanni comitis Newenarii extitisse, Philippus Marnixius dominus Sanct. Aldegundius (apud Sibrandum Lubberti de princip. christianorum dogmatum lib. 3. c. 7.) confirmat; in quo orationis dominicæ idem quod in libro Werdinensi habebatur initium, Atta unsar thu in himina, &c. cuiusmodi novum testamentum ad suas manus pervenisse Matalius Metellus Sequanus (apud Suffridum Petrum, præfat. in scriptor. Frisiæ decad.) est testatus.* Sed quo isti codices evaserint, hodie non constat. Alius Gothici codicis meminit Andreas Müllerus in hebd. Sinicis. *x)*

Porro codicis argentei nobilissimas editiones habemus. Primam adornavit in Belgio vir celeb. Franciscus Junius; quæ cum textu, charactere, & Glossario Gothico, doctissimisque Thomæ Mareschalli observationibus, prodiit Dordrechti 1665. in 4. Quæ recusa est Amstelodami 1684. eadem forma. Altera, in qua textui Gothico, latinis litteris expresso, iungitur versio Suecana, Islandica, & latina vulgata, Stockholmiæ prodiit anno 1671. cura nobil. Stiernhielmii; cuius erudita de linguarum origine dissertatio ipso *Ulphilano* operi præmittitur, Glossarium autem *Ulfhila*-Gothicum eidem subnectitur. Quæ editiones etiamsi a mendis prorsus immunes non sint, hæc tamen non impediunt, quo minus vere scripserit Franciscus Junius: *eas Suegothorum regi ac genti gloriosas, totique adeo orbi christiano apprime utiles esse. y)*

§. XIII.

De Gothorum in Dacia bello intestino, legatione Ulphilæ, & eiusdem ad Arianos defectione.

Gothos tempore *Ulphilæ* in Dacia trans Danubium sedes habuisse suas, aliisque imperasse gentibus, iam a nobis monstratum est §. 7. Hi a patria, unde egressi fuerant, *z)* dicti, in Ostrogothos & Westrogothos dividebantur; his ea tempestate Phritigernes, illis præerat Alaricus, *a)* qui aliis Alatheus, *b)* & aliis rursus Athanaricus vel Athalarius dicitur. *c)* Ut autem plenius noscatur, quinam utriusque partis per illa tempora rerum fuerit status, sciendum est, Ostrogothos ab Hunnis diuturno bello infestatos, pacem tandem cum illis & fœdera pepigisse, Westrogothos autem Romanorum amicitia tutos, cum Ostrogothis & Hunnis continua fere bella gessisse, *d)* a quibus ad ultimum superati sunt. Victus igitur ab Athanarico Fridegernus, *Ulphilam* episcopum suorum Arianorum conscium, ad Valen-

u) idem loco cit. x) pag. 16. y) in dedic. huius operis. z) Joh. Magn. hist. l. 3. c. 21. a) ita nobil. Peringskiöldio dicitur ex Damasc. & Lazio. b) Amm. Marcell. l 31. c. 3. c) Hist. miscell. l. 12. c. 12. Socrat. H. *eccl. lib. 4. c. 27. Soz.* H. *E. 6. 36. d) Hist. Vorburg. an. Christi 373.*

Valentem Romanorum imperatorem ablegat, *e*) auxilia contra Hunnos Oſtrogothosque rogaturum. Quod cum Valens ei conceſſiſſet, & milites Romanos qui erant in Thracia, ei ſubſidio venire permiſiſſet, prælio redintegrato, victoriam conſecutus eſt, & Athanaricum cum ſuo exercitu in fugam vertit. *f*) Ceterum *Ulphilæ*, cum Conſtantinopoli moraretur, amicitia contracta eſt cum Eudoxio epiſcopo Conſtantinopolitano, *g*) qui Arianorum hæreſin profitebatur, & ad eandem ſuſcipiendam Valenti ſimul eiusque coniugi auctor fuerat. *h*) Hic opportunam nactus occaſionem Arianismi peſtem ulterius diffundendi, imperatori perſuadet, ut Gothorum gentem ad ſuam communionem perduceret, dicens opinionis coniunctione pacem cum iisdem fore firmiorem. Qua approbata ſententia, Valens eorum ducibus, hanc de doctrinæ conſenſione conditionem proponit. *i*) Interim Eudoxius, *Ulphilam* quotidie convenire, orare, miſcere pollicitationibus minas, verſare in omnes partes ſenilem animum. *k*) Ubi obſtinatum videt, legationem eius apud imperatorem ex ſententia confectum iri negat, niſi idem cum ipſo ſentire in animum induceret. *l*) Hoc modo ſeni perſuadet, ut peſtiferum Arii dogma admitteret. Adiecit præterea, quo facilius eum exoraret, diſſenſionem inter illos ex ſola ambitione ortam, certamen tantum eſſe verborum, nullamque omnino eſſe doctrinæ differentiam. *m*) Quod autem pecuniæ ineſcatum illecebris, in illam ſententiam pertractum quidam ſcribant, (Theodoretus & Vaſæus locis citatis, Caſſiodor. hiſt. Trip. 8. 13.) de tantæ virtutis viro credere vix fas eſt. Et nimis durus eſt in optime meritum de Gothis epiſcopum, Joh. Magnus, ipſe quondam archiepiſcopus Gothorum, dum *n*) eum appellat, *ſub pelle ovina veræ fidei hoſtem, & indubitatum Antichriſtum*, atrociſſimis quoque calumniis mendacia addens: *hic* (*Ulphilas*) *ut ſuam inſignem impietatem efficacius ſtabiliret, primum omnium divinarum litterarum ſacratiſſimum theſaurum in Gothicam linguam transfudit, immixto quod imbiberat, pernicioſo veneno.* Falſum enim hoc eſſe, codicis *Ulphilani* diligentiſſimus lector Thomas Mareſchallus teſtatur ſuis in obſerv. p. 483. Qui inde iudicat hanc *Ulphilæ* qualemcunque defectionem eveniſſe circa vitæ eius ſcenam extremam, atque poſt traductiones biblicas demum confectas. ib. pag. 388. Præterea neceſſitate magis compulſus videtur *Ulphilas* ad hanc defectionem, quam quod ſibi perſuaſerit, eam de Deo opinionem meliorem eſſe. *o*) Neque prorſus idem cum Arianis ſenſiſſe, ſed multo propius, quam illos, ad Chriſti regulam ſuis cum Gothis vixiſſe, auctor eſt Theodoretus hiſt. eccl. *p*) ἀλλ' ὅμως οὐ παντάπασι τὴν πατρῴαν διδασκαλίαν καταλελοίπασι. *Quin etiam ab avita doctrina non penitus deſtiterunt* (Gothi.)

Sunt qui hanc *Ulphilæ* ad Arianos defectionem non tempore Valentis contigiſſe ſcribant, ſed Conſtantii; eumque ſynodo Conſtantinopolitanæ ſub eodem imperatore, cum Eudoxio & Acacio Arianis interfuiſſe. Socrates, *q*) auctor hiſt. miſcellæ. *r*) Sozomenus,

e) *Hiſt. miſcell. l. 12. c. 12.* *f*) *Soz hiſt. eccl. 6. 36.* *g*) Gotefr. *Vit.* *h*) *Gotefr. Vit. hiſt. Trip.* *i*) *Theodor. hiſt. eccl. l. 4. c. ult. Caſſiod. hiſt eccl. Trip. l 8. c. 13.* *k*) *Theodor. hiſt. eccl. l. 4. c. 32. Caſſiod. hiſt. Trip. l. 8. c. 13.* *l*) *Niceph. hiſt. eccl. l XI. c. 48. Sozom. l. 6. c. 36.* *m*) *Theod. hiſt. eccl. l. 4. c. 32. Joh. Vaſæus chron. Hiſp. An. 377.* *n*) *Hiſt. Goth. l. 15. c. 1.* *o*) *Sozom. hiſt. eccl. l. 6. c. 36. Niceph. hiſt. lib. XI. c. 48.* *p*) *lib. 4. c. 32.* *q*) *Hiſt. eccl. l. 2. c. 32.* *r*) *l. 12. c. 12.*

nus, *s*) Nicephor. Call. *t*) Centur. Magdeb) *u*) Sed obſervari meretur eosdem fere ſcriptores ita tradere, qui eam ſub Valente factam pariter contendunt, quorum inconſtantiam merito reprehendit cardinalis Baronius in annalibus eccleſ. *x*)

Diximus Valentem, ſuaſu Eudoxii, Gothorum ducibus contra Oſtrogothos auxilia petentibus, conditionem de Ariano dogmate ſuſcipiendo propoſuiſſe. Quid autem illi; οἱ δὲ ὐκ ἀνέξεσθαι ἔλεγον τὴν πατρῴαν καταλείψειν διδασκαλίαν. *Reſponderunt ſe nullo modo, velle avitam doctrinam deſerere.* *y*) *Ulphilæ* autem minus difficile fuit illis hoc perſuadere, quippe ᾧ μάλα ἐπείθοντο, καὶ τὺς ἐκείνυ λόγυς ἀκινήτυς ὑπελάμβανον νόμυς. *z*) ὑπὸ διδασκάλῳ γὰρ αὐτῷ παιδευθέντες οἱ Γότθοι τὰ πρὸς εὐσέβειαν, καὶ δι αὐτῦ μεταχόντες πολιτείας ἡμερωτέρας, πάντα ῥᾳδίως αὐτῷ ἐπείθοντο, πεπεισμένοι μηδὲν ἦναι φαῦλον τῶν παρ̕ αὐτῦ λεγομένων ἢ πραττομένων. *a*) *Gotthi namque, quod ipſo auctore atque duce ad veriorem pietatem ſe contuliſſent, & illius beneficio humaniore manſuetioreque vivendi inſtituto uterentur, facile admodum ei parebant, & quocunque ille duceret, ſequebantur: nihil mali eſſe, ex animo perſuaſum habentes, quicquid ille vel diceret, vel faceret.* *b*) *Quem valde ſequebantur, eiusque verba quaſi leges immobiles æſtimabant.* Caſſiod. hiſt. Trip. *c*) *Cuius magna erat apud Gothos auctoritas & irrefragabilis.* *d*) *Qui* denique *id apud Gothos erat, quod Moſes apud Iſraelitas.* *e*) Is igitur Gothis facile perſuaſit, ut paullum mutata ſententia, Ariani (ſed non penitus & in cute) *f*) fierent; *g*) æquum eſſe dictitans ut levi opinionis emendatione ad illos ſe componerent, qui amicitiam ſuam, auxiliaque & fœdera tam prompte illis exhibuiſſent. Neque minores gratias Romanis poſſe referri, pro vita & ſanguine Gothorum cauſa magna liberalitate profuſis; certamen magis eſſe verborum quam rerum: exiguam eſſe in doctrina diſcrepantiam, ſed ex inani & levi contentione eam in eccleſiam diſcordiam invectam eſſe. *h*) Ad Gothos igitur a Romanis miſſi doctores & prædicatores Ariani, *i*) qui ea ſedulitate ſuæ perfidiæ virus credulis Gothorum animis inſtillarunt, ut illud poſtea firmiter tenuerint, perque longum annorum decurſum ſervarint ad tertiam usque ſynodum Toletanam, quæ ſub Recaredo I. celebrata eſt anno D. 589. *k*)

§. XIV.

De altera Ulphilæ legatione, Gothorum in Thraciam Mœſiamque receptione, & cum Valente bellis.

Poſtquam aliquo tempore duæ Gothorum factiones variis prœliis decertaſſent, amici rurſus facti, pacem in perpetuum firmarunt. Nec deſunt qui Athanaricum ſcribant paſſum

s) *l. 6. c. 36.* *t*) Hiſt. *eccl. l. 9. c. 44.* *u*) *Cent. IV. pag. 815.* *x*) *ad an. Chr. 370. n. 109. & l. XI. c. 48.* *y*) *Theod. hiſt. eccl l. 4. 32. Caſſiod. H. Trip. l. 8. c. 13.* *z*) *Theod. loco citato.* *a*) *Sozom. l. 6. c. 36.* *b*) *Niceph. l. XI. c. 48.* *c*) *l. 8 c 13.* *d*) *Vaſæus Chr. hiſp. an. 377.* *e*) *Philoſtorg. H. eccl. l. 2. c. 5. Ampl. Rudb. Atl. Tom. III. p. 72.* *f*) *Perſ. Sat. 3. 30.* *g*) *Socr. 4. 27. Sozom. 6. 36. Theod. 4. 32. Caſſiod. hiſt. eccl. Trip. 8. 13. Niceph. l. XI. c 48. Jornand. de reb* Get. *c. 25. Iſidor. Chr. Goth. ſub æra 415. Marian reg* Hiſp. *4. 19. Vaſ. Chr.* Hiſp. *an. 377. Gotefr. Viterb. in Pantheo p. 462. Roder. Tolet. de rebus* Hiſpan. *l. 1. c. 1.* *h*) *Scriptores cit.* *i*) *Jorn. de reb. Get. c. 25. Rod. Tolet. de reb.* Hiſp. *l. 1. c. 1.* *k*) *Joh Vaſæus Chr.* Hiſp. *ſub hoc anno. Rod. Tolet. de reb. Hiſp. l. 11. c. 1.*

ſum tandem ſe ab *Ulphila* ad Chriſti fidem converti, *l*) quanquam alii res Fridegerni & Athanarici confundant, huic adſcribendo, quæ illius propria ſunt. Inter quos Iſidorus in chron. Goth. *m*) & auctor codicis M S. in cœnobio Moiſſiacenſi, qui extat inter hiſtoriæ Francorum ſcriptores coætaneos ab And. du Chesne editos Francof. in fol. Primum autem atque fœdera inter ſe ſanciiſſent, Hunnos utrique nacti ſunt hoſtes. A quibus, poſt varia certamina, devicti, & propriis ſedibus expulſi ſunt. *n*) Suis igitur cum copiis, in ripa Danubii ſubſtiterunt, neque fluvium ſuperare ſuſtinuerunt, antequam veniam ulterius progrediendi ab imperatore petiiſſent. Miſſo igitur *Ulphila* ad Valentem, *o*) ſuſcipi ſe humili prece poſcebant, & quiete victuros ſe pollicentes, & daturos, ſi res flagitaſſet, auxilia. *p*) Valens, *nihil futuri providens terras eis tribuit Thraciarum, arbitratus præparatum ſe contra omnes barbaros habere ſolatium: ac propterea milites de cetero negligebat, & eos qui dudum contra hoſtes laboraverant deſpiciens, etiam a collatoribus provinciæ per vicos, & civitates pro unoquoque milite octoginta ſolidos exigebat, qui dudum eorum tributa relevarat. q) Hacque ſpe*, ait Marcellinus, *r*) *mittuntur diverſi, qui cum vehiculis plebem transferant truculentam. Et navabatur opera diligens, ne qui Romanam rem everſurus derelinqueretur, vel quaſſatus morbo letali. Proinde permiſſu imperatoris tranſeundi Danubium copiam colendique adepti Thraciæ partes, transferebantur in dies & noctes, navibus ratibusque & cavatis arborum alveis agminatim impoſiti: atque per amnem longe omnium difficillimum imbriumque crebritate tunc auctum, ob denſitatem nimiam contra ictus aquarum nitentes quidam & natare conati, hauſti ſunt plures. Ita turbido inſtantium ſtudio orbis Romani pernicies ducebatur. Illud ſane neque obſcurum eſt, neque incertum, infauſtos transvehendi barbaram plebem miniſtros, numerum eius comprehendere calculo ſæpe tentantes, conquieviſſe fruſtratos: Quem qui ſcire velit (ut eminentiſſimus memorat vates) Libyci velit æquoris idem diſcere quam multæ zephyro trudantur arenæ.* De immenſa hac Gothorum in Thracia atque Mœſia multitudine etiam Jornandes loquitur de reb. Get. c. 51. *Erant ſiquidem & alii Gothi, qui dicuntur minores, populus immenſus, cum ſuo pontifice, ipſoque primate Vulfila, qui eos dicitur & litteris inſtituiſſe, hodieque ſunt in Mœſia regione incolentes Eucopolitanam.* Nam non in Thraciam ſolum, ſed Mœſiam quoque receptos a Valente eſſe Gothos, idem Jornandes teſtatur rerum Get. c. 25. Mariana hiſt. Hiſp. 4. 9. Saavedra coron. Goth. p. 5. Joh. Magnus hiſt. Sueon. lib. XV. c. 1. Imo ſine ulla fœderis pactione a Valente ſuſcepti ſunt. *Ne arma quidem, quo tutius Gothis crederetur tradidere Romanis. s)*

Ceterum male deinde a præfectis imperatoriis habiti ſunt Gothi. Nam cum *traducti in Thraciam victus inopia vexarentur, turpe commercium duces inviſiſſimi cogitarunt: & quantos undique inſatiabilitas colligere potuit canes, pro ſingulis dederunt mancipiis,* *inter*

---

l) *Illuſtr. Peringskiöldius in catalogo reg. Scytho-Gothorum, notis in vitam Theod. ſubiuncto p.* 630. *m*) *Æra* 415. *n*) *Socr.* 4. 28. *Sozom.* 6 36. *Caſſiodorus* H *Trip.* 8. 13. *o*) *Sozom.* 6. 36. *Niceph.* XI. 48. *p*) *Amm. Marcell. l.* 31. *c.* 4. *q*) *Caſſiod.* 8. 13. *Hiſt. miſcell* 12 12. & 14. *Socrat.* 4 28. *Soz.* 6. 36. *Niceph.* XI. 48. *q*) *loco citato.* *r*) *Paulus Oroſ. l.* 7. *cap.* 40. *edit. Auguſtanæ an.* 1471.

inter quæ & filii ducti sunt optimatum. t) Arma igitur coacti sumunt, Thraciam devastant, ipsumque Valentem bello devictum, & multis vulneribus saucium, agresti quodam in Tugurio latitantem, subiecto igne, comburunt. *u)*

De *Ulphila* quid post illa tempora factum, scriptores tacent. Senio & annis gravem obiisse putamus gloriosa morte; postquam Gothorum gentem e barbara, rudi, gentili, humanam, eruditam, piam, christianam effecisset.

In Uplandia monumentum Runicum, cuidam Ulfilæ idolorum destructori, a filiis Kitil, atque Brunkitil, optimo parenti erectum; & inter monumenta territorii Semningehundrad propediem publicandum, sese invenisse nobis significavit antiquarius regius nob. Dn. Peringskiöldius, vir, cum aliis ingenii monumentis, tum erudito nuper in vitam Theodorici edito commentario vere illustris; & de antiquitatibus patriis præclare meritus. Quo monumento quin *Ulphilæ* nostri memoriam ad posteros propagare voluerint, nullum est dubium; nec, quo minus ita firmiter credamus, quidquam prohibet.


Successorem autem habuisse Selinam, patre Gotho, sed matre Phryge natum, suum olim ὑπογραφέα Græce pariter & Gothice doctissimum, & a Gothis ob id ipsum magno in honore habitum, idonei scriptores testantur. *x)*

Atque hæc de *Ulphila* Gothorum episcopo, tumultuario hinc inde studio collecta, tuo favori B. L. etiam atque etiam commendamus. Deo O. M. sit honor & Gloria in secula nunquam terminanda!

JOAN-

---

t) Amm. Marcell. l. 31. c. 4. *u) Paulus Oros. lib. 7. c. 40. Isid. chron. Goth. æra 416.* *x) Socr. 5. 24. Sozom. hist. eccl. 7. 17. Niceph. 12. 30. Cent. Magd. Centur. IV. p. 24.*



JOANNIS GORDON
JURISCONSULTI EDINBURGENSIS

SPECIMEN
ANIMADVERSIONUM CRITICARUM
IN PRISCAM EVANGELIORUM VERSIONEM GOTHICAM,

ITEM

NOVÆ EIUSDEM VERSIONIS INTERPRETATIONIS LATINÆ.

EDINBURGI MDCCLX.

NOTAS ADIECIT IOANNES AB IHRE.

Matth. 5, 15.

LIUGEITH *lucet*) lege LIUTEITH, quod ita ſcribitur pro LIUHTEITH, omiſſa, ut ſit, adſpiratione; ſicut mox ſequitur verſ. 16. LIUHTJAI *luceat*. Erroris (ſive is hoc loco librarii ſit, ſive editorum demum) perfacilis occaſio in permiſcendis litteris T & Γ, quam formam adhibent Gothi loco G. vid. ad Marc. 1, 4. *a*)

Matth. 5, 18.

UNTE ALLA GAWAIRTHITH *donec omnia fient*) hæc ſi integra forent, exemplum haberemus ſervatæ item apud Gothos ſyntaxeos illius, qua Græci conſtruere ſolent cum nominativo plurali neutrius generis verbum ſingulare, quamque & hoc ipſo loco exhibent Græca ἕως ἂν πάντα γένηται. Verum quum in reliquiis, quas habemus codicis Gothici, nusquam alibi cernatur talis conſtructio, ſed verbo plurali ſemper ſocietur nominativus pluralis cuiuscunque generis, iis etiam in locis, ubi diverſi moris ſyntaxin in Græcis ob oculos habuerat interpres, quamque item in ſua transferre potuiſſet, ſi id admiſiſſet linguæ genius, veluti Matth. 27, 52. Jo. 17, 7. quumque alias haud occurrat GAWAIRTHAN, ſed ſemper adhibeatur ſimplex WAIRTHAN: has ob rationes nullus dubito, quin & hic locus perperam edatur, legique omnino debeat UNTE ALLATA WAIRTHITH. Cauſa erroris eadem hic, quæ ſuperiore loco, facilis nimirum permutatio litteræ Γ (ſic ſcribunt Gothi pro G) cum T. Conſtat autem, apud Gothos adiectiva neutra, quando abſolute ſeu ſubſtantive uſurpantur, ſingulari frequentius, ut hic ALLATA, quam plurali numero poni ſolere. Sic Marc. 11, 24. πάντα — ἔσται ὑμῖν vertitur, pariter ut hic; ALLATA —WAIRTITH IZWIS, & Luc. 14, 17. Ἕτοιμά ἐστι πάντα, MANWU IST ALLATA. *b*)

Matth. 5, 33.

NIU

a) *Codex noſter revera* liuteith *habet, ſed ita tamen, ut linea transverſaria a recentiori manu producta ſit, h. e.* Γ *in* T *converſum, uti coloris argentei differentia commonſtrat. Videmus ita, ante Gordonum iam fuiſſe, qui vocem hanc ſuſpectam habuerint. Ratio ni fallor, utrisque fuit, quod meminerint,* liugan *in L. Gothica mentiri denotare, atque adeo probabile non viſum, unam eamdemque vocem geminam & adeo diverſam ſignificationem habuiſſe. Sed obſervandum eſt, ne ſic quidem omnino idem vocabulum eſſe, alterum enim* liugan *eſt, alterum* liugian, *quod ex verborum flexione patet, conf. v.* 32. *huius eiusdem capitis. Ego vero noſtrum* liugeith *loco non movendum arbitror. Nam* 1. *gemina heic, quod durum, amanuenſi tum culpa impingeretur, quod nempe alteram litteram immutaverit, alteram omiſerit.* 2 Γ *illud defendunt varia cognata priſcarum dialectorum* Loge *vel* läge *flammam appellamus, h. e. ignem lucentem, Alemanni & Islandi* lauge, *Anglo-Saxones* leg, lyg, *&* ligeth, *fulgur, Cambro Britannice* llug, *id.* & llugorn, *lucerna.* 3. *Tandem obſervari velim, g & k in derivatis frequentiſſime apud Gothos in h tranſigere. Ita ab* aigan, *poſſidere, habemus* aih, *poſſideo,* aihum *poſſidemus, & ſimul* aigun, *poſſident, a* bugian, *vendere, fit* bauhta, *vendidit: a* filgan, *abſcondere,* falh, *abſcondidit. Et ita videmus, qua ratione a* liugjan *deſcendere poſſint non ſolum* liuhath, *lux, ſed etiam* lauhatjan, *corruſcare,* liuhtjan, *lucere, nec non* lauhmoni, *fulgur, quæ ſublata radice hac* liugjan, *ſub eandem claſſem minime reduci poſſent.*

b) *Id quod res eſt, ſuſpicatur* Gordonus. *Codex enim argenteus quam certiſſime habet* allata wairthith. v. *ſupra p.* 10. *Sed dum hoc doctiſſimo auctori damus, illi non aſſentimur, ubi conſtructionis illius græcæ, qua nominibus pl. numeri gen. neutr. verbum ſingularis numeri adiungitur, nulla in verſione Gothica exempla inveniri, affirmat. Memoriæ meæ iam occurrit Joh.* 6, 63. *ubi textus Græci verba* τὰ ῥήμα-

τα,

NIU FARSWARAIS, *non periurabis*) peccatum hic male ſeparando voces, NIU FARSWARAIS pro NIUFARSWARAIS. Scilicet codicis argentei ſcriptura continua eſt, ſine ullis verborum intervallis, niſi quando interpunctio ea dirimat. Hic autem editores in fraudem impuliſſe videtur reſpectus recentiorum dialectorum, Anglicæ nimirum, Belgicæ, &c. quæ efferunt *forſwear*, *verſweren*, &c. Sed FAR præpoſitionem, ſive ſeparatam, ſive in compoſitione, prorſus ignorant Gothi: neque eorum lingua NIU *ne* vel *non* notat, ſed *nonne*, U ſyllaba adiectitia apud illos uſum præſtante particulæ latinorum interrogativæ & dubitativæ *ne*. Ita vero dicitur UFARSWARAN *peierare*, a SWARAN *iurare*, quemadmodum UFARMUNAN *oblivisci*, Marc. 8, 14. cuius ſimplex eſt MUNAN *putare*, a quo GAMUNAN *meminiſſe*. Et ſimiliter prorſus Anglo-Saxones *ofergitan*, obliviſci, dicunt a *gitan* tenere, aſſequi, unde *gytenes* cognitio, itemque *ofercythed*, qui falſa teſtatus eſt, a *cythan* teſtari; *oferſevennyſſe* contemtus, negligentia, a *ſeon* videre, *oferhyran* immorigerum eſſe, abnuere, ab *hyran* audire; aliaque plura eiusdem generis. *c*) Qui tamen uſurpant etiam *forgitan* obliviſci, *forgewitnyſſe* falſum teſtimonium, a *gewitnyſſe* teſtimonium, *forſeon* negligere, *forſewennyſſe* contemtus; iidemque pronuntiant *fo-ſwærian* peierare, a *ſwerian* iurare, & multa ſimilia. Ut adeo huiusmodi compoſitorum, quæ ſcilicet neglectum vel præteritionem rei ſimplicibus verbis notatæ deſignant, duplex apud Anglo-Saxones ſit formatio, una quidem cum *for* a Gothica præpoſitione FAURA vel FAUR, παρὰ, *præter* (quod genus etiam magis invaluit recentiorum dialectorum uſu,) altera vero cum *ofer* ab UFAR, ὑπὲρ, *trans*; idque more linguæ Græcæ, quæ talia pariter componere ſolet cum ipſis παρὰ & ὑπὲρ. Ita examuſſim reſpondent *forſeon*, *oferſeon* τοῖς παρορᾶν, ὑπερορᾶν; & *forgægedneſſe*, *ofergægedneſſe* transgreſſio, delictum, τοῖς παράβασις, ὑπέρβασις. *Matth.* 5, 33.

ITH USGIBAIS FANIN *reddes autem domino*) Ab omnibus, quotquot has litteras attigerunt, hactenus creditum fuit, in Gothica evangeliorum interpretatione FAN dici pro *domino*; & id maxime ubi Deus *Dominus* appellatur. Quod quum tamquam pro comperto haberent, inde porro coniecturas alias ſuper alias multiplicare haud ceſſarunt docti homines. Qui vocis iſtius veſtigia in *Tanfana*, cuius templum Tacito memoratur Ann. 1, 51. & in MATRIBUS AUFANIABUS, quarum meminit inſcriptio apud Reineſium, ac denique in hodierno Zutfaniæ nomine deprehendere ſibi viſi ſunt; itemque aliis in linguis cognata ei vocabula agnoſcere, *Panes*, *Fauni*, *Fones*, *Fanæ*, deorum, dearumque nomina, Martiano Capellæ memorata, βάννας Heſychii, quod regem notaverat, Celtica *Bann* altum, *Pen* caput, Sarmatarumque *Pany* quod itidem dominum ſignificat; quique arbitrati ſunt, eam ipſam vocem apud Suecos, qui vulgo diabolum *Fan* vocant, etiamdum durare, uſu eatenus mutatam, ut in malam partem tantum dicatur: id quod & in dæmonis voce accidit. Vid. Jac. Gron. ad Tac. d. l. Loccen. Sueogoth. antiq. cap. 3. Jun. Gloſſ. Goth. v. FAN, & Wachter Gloſſ. Germ. v. *Bann*. Attamen vox FAN quamvis

 ingenti

-7α, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή ἐστιν, *vertuntur*, Tho vaurda thoei ik rodida izvis ahma iſt jah libains iſt *Nec verum eſt*, πάντα *ubique per* allata *in ſingulari numero transferri. Nam plurium numerum ſæpius ab Ulphila adhiberi, oſtendent Marc. 9, 12. 10, 20 28. 11, 11. ut multo plurima alia omittam.*

c) *Plura huc pertinentia exempla dedimus in* Gloſſario Suiogothico *T. II. p.* 305.

ingenti magnorum nominum suffragatione longaque possessione subnixa, nunc nobis prorsus eiicienda venit, quia neutiquam est ab ipso codice argenteo, sed ab errore editorum. *cc*) Scilicet, ut in aliarum linguarum vetustis codicibus, ita & in Gothico illo servatur mos, ut Dei appellationes compendio litterarum scribantur. Ita per omnes casus contracte semper scribitur pro *Deo*, GTH. GTHS. GTHA. GTH. GTH. pro *Jesu* IS. JUIS. JUA. JU JU. pro *Christo* XS, in nom. XAUS, in gen. XU, in acc. cuius nominis reliqui casus haud occurrunt; denique pro *Domino* per omnes casus FA. FINS. FIN. FN. FA. Quæ postremi vocabuli notæ trium priorum casuum exhibentur nobis a Mariscallo ad Luc. 2, 29. duorum vero sequentium, accusativi nempe & vocativi, comparent in canticis Mariæ & Simeonis, a Bonaventura Vulcanio iam anno 1597. una cum commentario anonymi viri docti de litteris & lingua Getarum sive Gothorum, editis. Sic Marc. 12, 36. QUITHITH FA DU FIN MEINAMMA pari scripturæ compendio, atque in Veneta Psalterii editione anni 1486. εἶπεν ὁ κς τῷ κῳ μου, & in codice Forojuliensi Luc. 20, 42. *dixit dns dno meo.* Itaque ex FA fecit nominativum FAN auctor commentarii, de quo dixi, a Vulcanio, editi: cuius explicationem, nihil ultra quærentes, cæteri deinceps secuti sunt. Inde constituti quoque casus obliqui, ut genitivus FANINS, dativus FANIN, accusativus FAN, vocativus denique etiam FAN esset. Sed hæc ita perperam sane atque infeliciter: ut cuivis constabit conferenti Matth. 7, 22. ubi Jesus ait MANAGAI QUITHAND MIS IN JAINAMMA DAGA FA. FA. *Multi dicent mihi in illa die*: *Domine, Domine,* & Jo. 12, 21. BEDUN INA. QUITHANDANS, FA. rogabant eum (Philippum) dicentes: Domine, cum Matth. 27, 62 & 63. GAQUEMUN — FAREISAIEIS DU PEILATAU QUITHANDANS FRAUJA. *Convenerunt — Pharisæi ad Pilatum dicentes: Domine*; item Matth. 10, 24. NIH SKALKS UFAR FIN SEINAMMA, *nec servus super dominum suum*, cum Jo. 13, 16. NIST SKALKS MAIZA FRAUIIN SEINAMMA, *non est servus maior domino suo;* præterea Luc. 20, 15. FA THIS WEINAGARDIS, *dominus vineæ*, & 10, 2. FN ASANAIS dominum messis, cum 19, 33. ubi memorantur THAI FRAUIANS THIS (FULINS ASILAUS) *domini pulli asinæ.* Hæc loca satis superque demonstrant FA. FINS. FIN. FN. FA. sigla esse FRAUIA, FRAUIINS, FRAUIIN, FRAUIAN, FRAUIA. Quod vocabulum, extra usum, quem obtinet inter veri numinis appellationes, integre plerumque scribitur, sicut & cetera fere quorum ante meminimus; nam GUDA *Dii* Jo. 10, 34. & GALIUGAXRISTIAIS Pseudo-christi Marc. 13, 22. iusto litterarum numero perscripta extant. Sed & alia plura sunt, quæ pro FAN, FRAUIA legi debere ostendunt: retentus nimirum vocabuli usus in antiqua Anglo-Saxonum dialecto, qui *Frea* pronuntiant; quo nomine Deum appellare solemne est Cædmoni, & apud eundem Eva virum suum sic appellat, *Adam frea min.* Ad hoc neglecta in declinatione τῦ FAN lex grammatica, nam genitivo in INS & dativo in IN masculini generis con-

cc) *Hæc Gordoni coniectura admodum probabilis est.*

conveniens foret ut nominativus esset FANA, accusativus FANAN; qua re permotus, vir doctus Eduardus Lyus, Fanan in accusativo legendum censuit. Præterea significatio istius vocis alia plane, & a domini ratione diversissima; nam Marc. 2, 21. invenitur FANINS genitivus, & quidem masculini generis, qui *panni* notat, & Matth. 9, 16. accusativus FANAN, *pannum*. Facessat hinc igitur commentitia vox FAN, & in eius locum ubique recipiatur FRAUJA. Atque hinc iam animadvertere licet, ex quatuor omnino nominibus, quæ in codice argenteo scripturæ compendium habent, ita errore novarum aecidisse, ut tria vitiose ederentur, scilicet FAN pro FRAUJA, GOTH pro GUTH, & JAISUS pro JESUS. Qui error quum in duobus posterioribus iam a Mariscallo animadversus fuisset, dubitanter tamen quod ad GTH; quumque, ab hoc monitus, ipse Junius in corrigendorum syllabo pro JAISUS ubique rescribi JESUS iussisset; certe incuriæ crimine non vacat, quod in nupera editione nihilominus repetita sint GOTH & JAISUS.

Matth. 5, 37.

US THAMMA UBILIN IST, *a malo est)* incertum generis in Græco ἐκ τοῦ πονηροῦ duplicem fecit interpretatationem, aliis a diabolo, aliis a vitio, seu malo more ortam iurationem intelligentibus. Priorem vero sententiam diserte probasse Gothum Benzelius iudicat, quia THAMMA UBILIN masculini tantum generis putat, THAMMA UBILAMMA neutrius: quare & AF THAMMA UBILIN, *a malo*, Matth. 6, 13. aperte quoque ad diabolum relata existimat. Sed is profecto graviter errat; nam utrumque UBILIN & UBILAMMA tum masculinum tum neutrum est. A consimili tamen errore, & vers. 39. huius cap. THAMMA UNSELIIN idem vertit *homini improbo*; quum ibi in Gothico revera eadem versetur generis, atque adeo significationis, ambiguitas, ac in Græco τῷ πονηρῷ. Nempe adiectivorum apud Gothos, atque etiam nonnullorum substantivorum, duplex est forma & quasi ordo; nam quædam sunt primæva seu prisca, quædam secundaria seu nova: cuiusmodi observatio manavit quoque in dialectos Anglo-Saxonicam & hodiernam Islandorum. *e)* Prior ordo est illorum, quæ nativam formam retinent, ut GODS, GODA, GOD, vel GOTH, *bonus, bona, bonum*. STAINS masc. lapis, LAISEINS fem. *doctrina*, KAURN frumentum Luc. 3, 17. Secundaria (quæ ab aliis emphatica dicuntur, quasi rei quodammodo præstantis, vel saltem certæ rei, significativa) ea sunt, quæ a primis, manente eadem significatione, derivantur, ut GODA *bonus*, GODO *bona*, GODO *bonum*, STAINA masc. lapis Jo. 11, 30. LAISEINO fem. *doctrina* Marc. 1, 27. KAURNO neut. *granum* Marc. 4, 31. Sed activa participia, item comparativi, EI terminationem feminini generis, non O, capiunt. Adiectiva vero omnia huiusce ordinis declinantur tanquam substantiva

d) Locum habet eadem hæc observatio cap. 6, 32.

e) Ceteris subscribimus: sed dum formam illam, quam primævam appellat, ego emphaticam vel demonstrativam nominare soleo, etiam in nominibus nonnullis obtinere, docet, in alia omnia discedimus: nil enim tale habet L. Mœsogothica, nec Alemannica aut Anglo-Saxonica. Scandinaviæ incolæ, quibus Islandos accensere licet, hoc idiotismo soli utuntur. Quod enim ad kaurn *&* kaurno, stain *&* staina *attinet, referri illa debent ad heteraclita, vel quæ diversas terminationes habent, cuiusmodi haud pauca supra, p. 226. recensuimus: id quod in voce* staina *inprimis evidens est. Non enim forma emphatica masculini generis nomen in femininum facile converteret.* Laiseino *autem revera genitivum pl. numeri esse, pag. 82. observavimus. Plura huius Gothismi exempla dabunt Marc. 6, 2. Luc. 9, 25. 10, 8. 19.*

ſtantiva ſui generis deſinentia in A, O, vel EI. Secundum ea vero, quæ diximus, a primigeniis UBILS *malus*, UBIL *malum*, venit dativus UBILAMMA maſc. vel fem. generis, *f)* item a ſecundariis UBILA *malus*, UBILO *malum*, venit dativus UBILIN pariter maſc. vel fem. generis. Sed adferamus exempla dativorum neutrorum in IN, Luc. 2, 8. SAMIN LANDA *eadem regione*, 3, 17. FUNIN UNWHAUNANDIN, igni inextinguibili, & 1, 2. FRAM FRUMISTIN, ab initio.

Matth. 6, 12.

AFLET UNS THATEI SKULANS SIIAIMA, *dimitte nobis debita noſtra*) Solemne Gothis, ſicut & Græcis, eſt, relativum caſu antecedentis locare. Illi præterea ſingulari magis quam plurali numero adiectiva abſolute poſita adhibere amant, ut diximus ſupra ad cap. V. verſ. 18. Utriusque rei exemplum habemus in Luc. 9, 36. MANN NI GATAIHUN — NIWAIHT THIZEI GASEWHUN, οὐδενὶ ἀπήγγειλαν—οὐδὲν, ὧν ἑωράκασιν, *nemini dixerunt quicquam eorum, quæ viderant*; & ſimile item hoc loco, qui ad litteram ſic verti poſſet, remitte nobis ea, quorum debitores ſumus. Errorem ergo ſane dolendum admiſerunt nuperi editores, qui, tanquam THATEI coniunctio hic, non pronomen, eſſet, in interpretatione dederunt, *remitte nobis quod debitores ſumus*.

Matth. 6, 19.

THAREI MALO JAH NIDWA *ubi tinea & ærugo*) Verba MALO JAH NIDWA utrum verti debent *tinea & ærugo*, quem ordinem ſervant Græca σὴς καὶ βρῶσις, an ſecundum vulgatam verſionem latinam, ærugo & tinea? Poſterius placuit tum Junio tum Benzelio. At nos græca, eo quo ſcripta ſunt, ordine, Gothum expreſſiſſe putamus, quia tinea dicitur *miliuua* (quæ vox accedit ad Gothicam MALO) in Francica verſione Tatiani, XXXVI. 1. *roſt inti miliuua*, ærugo & tinea; & quia codex etiam Brixianus, qui inter latinos veteres cum Gothico plurimum conſentit, tineæ vocabulum & hoc & ſequenti verſu priore loco memorat.

Matth. 6, 26.

NIU IUS MAISWE ATHRIZANS SIIUTH THAIM, *nonne vos magis pluris eſtis illis?*) Locus corruptus, cui tamen haud difficulter medicina fieri poſſit: ſiquidem legi omnino debet MAIS WAIRTHIZANS SIIUTH (a WAIRTHS *dignus*) *magis digni res eſtis*. Quæ verba exacte exprimunt tam latina *magis pluris eſtis*, quam Græca μᾶλλον διαφέρετε. Nam in ipſo διαφέρειν, ineſt vis comparativi: & ſic infra quoque 10, 31. διαφέρετε vertitur BATIZANS SIIUTH *meliores eſtis*.

Matth. 6, 30.

GISTRADAGIS *cras*) Pro *heri* ſeu *heſterno die* Anglo-Saxones dicunt *giſtra—giſtrandæg*; & ſimiliter, præter veteres Francos, hodierni etiam Angli, Belgæ, Alamanni. Contra, horum omnium maiores Gothi idem plane vocabulum GISTRADAGIS pro *cras* ſeu *craſtino die* ſumunt. Hoc cur ita evenerit, nulla ſe coniectura aſſequi potuiſſe, fatetur Junius. Idem poſt eum mirantur & alii: neque ulla hactenus eius rei idonea ratio reddi potuit.

---

f) Pro genere feminino heic & linea tertia ſequente reponendum eſt genus neutrum. Conf. ſchema adiectivorum, pag. 250 ſeqq.

potuit. Illorum certe neutiquam satisfecit opinio, qui *gistra*, quando heri significat, ab *hesterno*, quando cras, a *crastino*, per metathesin quandam litterarum factum volunt. Vid. Wachter. Gloss. Germ. voce *gestern*. Equidem quærendam haud censeo extra fines Gothici sermonis vim & originem τȣ GISTRADAGIS. Nam Gothica utique est forma vocabuli, qui genitivus est adverbialiter positus: cuiusmodi multa apud Gothos, ut FRAMWIGIS *semper*, Jo. 6, 34. AIRIS *olim*, Luc. 10, 13. HAUHIS in altum, 14, 10. aliaque. Gothica item, & quidem ex communi nativoque eius gentis sermone petita, posterior compositi pars, quæ est DAGS dies: quare & prioris partis, quæ est GISTA, eandem naturam credi par est. Huius vero partis, qua in matrice lingua *crastinus*, in serioribus dialectis *hesternus* dies demonstratur, statuere porro licet, eam vim primitus fuisse, ut exprimeret notam seu descriptionem aliquam, quæ in utrumque diem & pristinum & posterum, pariter conveniret: quale est, *proximum*, aut simile quid, diem dici. Et pari sane ratione ἐχθὲς vulgo χθὲς, quod Græcis est *heri*, dicitur ab ἔχομαι, id est, *hæreo*, *coniunctus seu proximus sum*, quia dies hesternus hæret hodierno; nec tamen minus τῇ ἐχομένῃ quoque pro τȣ ἐπαύριον *cras* usurpant Græci, veluti 1. Paralip. 10, 8. quem locum confer cum 1. Reg. 31, 8. His ita positis, iam tandem conemur eruere originem τȣ GISTRA, in voce GISTRADAGIS, adhibita in consilium analogia derivationis eiusmodi verborum apud Gothos, quæ certissima est etymologiarum interpres. Sicut igitur a BLOTAN, σέβεσθαι, colere Marc. 7, 7. venit GUTHBLOSTREIS, Θεοσεβὴς, *Dei cultor*, Jo. 9, 31. & a GILDAN, Anglo-Saxonice item *gildan*, *solvere*, *præstare*, unde GILD (apud Anglo-Saxones *gild*) *præstatio*, *tributum*, *census*, Luc. 20, 22. fit GILSTRAMELEINS *censualis descriptio* 2, 2. ita rite deducitur GISTRADAGIS a GITAN, Anglo-Saxonice *gytan*, *getan*, *acquirere*, *adipisci*, unde compositum BIGITAN *invenire* Jo. 18, 38. & passim. Itaque ab *adipiscendo* vel *adiungendo* appellationem invenit GISTRADAGIS ac *gistrandæg*, notavitque primitus & proprie *diem* hodierno *appositum*, *adiunctum*, *aptum*, hoc est, vicinum seu proximum, sive insequens ille, sive præcedens sit dies. Est quippe in verbis adiiciendi significatio vicinitatis coniunctionisque. *g)*

Matth. 7, 29.

UNSIBIANA *iniquitatem*) Pro UNSIBIANA, quæ vox corrupta est, lege UNSIBIATA, id est, *iniquum* vel *iniqua*, vid. supra ad cap. V. vers. 18. *h)*

— IX, 29.

SITANDAN AT MOTAI *sedentem ad telonium*) id est, vectigal: nempe, exigendum. Sic vertitur καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, & hic & Marc. 2, 14. pro quo tamen Luc. 5, 27. SITANDAN ANA MOTASTADA sedentem in telonio, seu loco, ubi exigitur vectigal.

---

g) Ingeniosa hæc sunt, sed qui confidentior non est, veretur intervallum illud, quod separat ideam acquirendi ab idea adiungendi, & hanc ab idea crastini.

h) Unsibjana *luculenter habet codex argenteus, quam lectionem duplici modo tueri possumus. Si enim iniquus Mæsogothice* unsibjans *vocabatur, cuiusmodi terminationem habent* frahuntans, vundans &c *v. supra p.* 255. *erit* unsibjana *accus. pl. neutrius generis regularis. Vel si id minus placeat, aliam viam ingredi licet. Scilicet observavi, haud pauca vocabula Mæsogothica* na *euphonicum a fine adsciscere. e. g.* viganna, *Luc.* 14 31. utana, *Marc.* 8, 23. hindana. *Marc.* 3, 8. aftana. *c.* 5, 27. samana, *Luc.* 15, 13 *pro* vigan, hindar, aftar, sama: & *ita* unsibjana *positum censebitur pro* unsibja.

vectigal. *i*) Scilicet quum τὸ τελώνιον dicatur, tum locus in quo publicum exigitur, tum ipsa actio, utrumque vocabuli sensum in alio atque alio evangelista servare voluit interpres. Ad posteriorem vero acceptionem, fortasse ex hoc ipso loco depromtam, pertinet quod in glossario veteri legitur, accusandi item ut hic casu: τελώνιον, *vectigalium*, (qua forma & Suetonius Aug. C. ult. *vectigaliorum* dicit) *telonatum, mancipatum*. Quod nihil iam causæ est, cur vel (cum Casaubono hic) mirum putemus, vel (cum Grotio hic item) mutare velimus in *vectigaliarium*, *telonarium*, *manciparium*. Vid. etiam Pricæum hic & de voce MOTA Junium in Gloss. Goth.

Matth. 9, 16.

NIWHASHUN LAGIITH DUPLATA FANAN THARHIS (THARIHIS edit. Jun.) ANA SNAGAN FAIRNIANA nemo immittit additamenti vice pannum rudem in vestimentum vetus.) Legi debet DU PLATA divise, ac deinde THARHISANA ANA per geminationem litterarum. Apud Marcum 2, 21. est NIMANNA PLAT FANINS NIUIIS SIUIITH &c. *nemo additamentum panni novi assuit*, &c. Vocem FULLON *supplementum*, quæ mox sequitur & hic apud Marcum, accusativum esse a nominativo FULLO, recte notat Benzelius. *k*)

II. Novæ Gothicorum evangeliorum interpretationis latinæ specimen.

A *Benzeliana* Gothicorum evangeliorum versione, quæ lucem publicam adspexit Anno MDCCL. quantum differat nova, quam ad exemplum vulgatæ latinæ, quantum pote, adornari e re visum fuit, sequenti specimine apparebit.

IN NOVA VERSIONE.	IN BENZELIANA.
Matth. 6, 12.	
Et dimitte nobis *debita nostra*, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.	Et remitte nobis, *quod* debitores sumus, sicut etiam nos remittimus debitoribus nostris.
— 19.	
Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra; ubi tinca & ærugo demolitur.	Non congerite vobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea corrumpit.
Marc. 2, 2.	
Et confestim convenerunt multi, ita ut iam *non caperent* (id est, locum non haberent) *neque ad ianuam*.	Et statim convenerunt multi, ita ut iam non capacia essent ne quidem (loca) ad ianuam.

— 7.

---

i) *Si indicare voluisset Ulphilas, Matthæum sedisse ad telonium exigendum, haud dubie legeremus* du *pro* at, *uti Marc.* 10, 46. Sat faur vig du aihtron, *sedebat ad viam, ut mendicaret, vel ad mendicandum. At vero nunquam in C. A. causale est.*

k) *Locus utique medicam manum poscit, sed paullo leniorem.*

— 7, 21.

Ab intus enim de corde hominum cogitationes malæ procedunt, *fornicationes, adulteria*, homicidia.

Intus enim ex corde hominum cogitationes malæ egrediuntur, *adulteria*, *ſcortationes*, cædes.

Luc. 1, 1.

Quoniam quidem multi inceperunt ſcribere narrationem de plene oſtenſis in nobis rebus.

Quandoquidem multi cœperunt ſcribere hiſtoriam rerum, quæ apud nos plenæ geſtæ ſunt.

— 29.

Ipſa autem quum vidiſſet, turbata eſt *in introitu* eius, & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. *l*)

Sed illa videns turbata eſt *ſermone* eius, & cogitabat, qualis eſſet hæc ſalutatio.

Luc. 1, 58.

Et audierunt vicini & *cognati* eius, quia magnificavit Dominus miſericordiam ſuam in illa, & congratulabantur ei.

Et audiverunt vicini & *cognatæ* eius, quod magnificavit Dominus miſericordiam ſuam erga eam, & collætabantur ei. *m*)

3, 23.

Et ipſe erat Jeſus quaſi annorum triginta *natu.*

Et ipſe Jeſus erat quaſi triginta annorum *ſub manifeſtationem* (*ſuam.*)

6, 35.

Benefacite & mutuum date, *nihil deſperantes:* & erit merces veſtra multa.

Benefacite & mutuum date, *nihil prorſus* (*lucri*) *exſpectantes:* & erit merces veſtra multa. *n*)

10, 3.

---

l) *Codex arg. habet,* bi innagahtaj is. *Textus Græcus* ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ. *Tam Junius quam Benzelius vocem Gothicam, alibi non occurrentem, interpretati ſunt, in ſermone eius, ſignificatione vocabuli græci ducti, dum codices impreſſi habent* innſagahtai. *Junius huic noſtro cognatum putat* inſaht, *narratio, quod verſu primo occurrit, cui etiam favere videbatur, quod in orbe Gothico* ſæga, *Germ.* ſagen, *Anglo-Sax.* ſaecgan, *loqui, narrare, notat. Dum vero auctor noſter* innſagaht *introitum interpretatur, neſcio, quæ huius ſignificationis indicia habeat. Id me non præterit, præfixum illud* inn, *ubi* n *geminatum habet, æquipollere latinorum intro & Gr.* ἴσω, *ut* inngaggan, *introire. Sed mirum foret, ſi Ulphilas, qui textui Græco preſſe inhærere ſolet, adeo evagaretur, ut* λόγον *per introitum explicaret.*

m) *Errori occaſionem dedit terminatio* os *in* ganithios, *quæ femininorum eſſe ſolet, uti dum Gothice amici appellantur* friondans *& contracte* frionds, *amicæ audiunt* friondjos, *Luc.* 15, 9. *ſed quum eandem terminationem habeant deſinentia in* is, *merito auctori noſtro adſurgimus. Cognatum vero* ganithjis *appellari, diſcimus ex Joh* 18, 26

n) *Ego vero in partes Benzelii lubens concedo. Licet enim græca vox* ἀπελπίζειν *utramque ſignificationem admittat, de gothica tamen idem non valet: in qua* us, *quod verbo* venan, *ſperare, præfigitur, nunquam vim* στερητικὴν *habet, ſed æquivalet fere in compoſitione & extra eandem latino* ex.

10, 3.	
Ecce ego mitto vos ſicut *oves* in medio luporum.	Ecce mitto vos ſicut *agnos* in medium luporum.
18, 32.	
Tradetur enim gentibus, & *illudetur*, & *iniurioſe tractabitur*, & conſpuetur.	Tradetur enim gentibus, & *irridebitur*, & *defraudabitur*, & conſpuetur.
Jo. 7, 48. 49.	
Numquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex Phariſæis? *Sed turba hæc qui* ignorant legem maledicti ſunt.	En! num aliquis primorum credidit in eum vel Phariſæorum, *præter turbam! Qui* non norunt legem maledicti ſunt.
10, 16.	
Et *fient unus grex*, unus paſtor.	Et *erunt unum ovile*, unus paſtor.

ADDITAMENTUM DOMINI AB IHRE.

Hæc fere ſunt, quæ ad illuſtrationem ſcripti huius elegantiſſimi adferre, in animum induxi, enixe optans, ut quæ vir hic eruditus in litteraturæ Gothicæ ornamentum meditatus eſt, cum erudito orbe porro communicare velit. Et etiamſi interpretatio latina, quam habemus, codicis argentei, immortalis auctoris ſui peritiam ubique loquatur, ſi tamen ſtet ſententia, novam adornare, non ingratum fore, ſpero, ſi heic loca nonnulla, quæ mihi aliud agenti obvenere, ſubiiciam, ubi preſſius exemplo gothico adhæreri potuiſſe, arbitatus ſum. En vero illa. Ponitur heic priori loco metaphraſis Benzeliana, altero noſtra.

Matthæus.

Cap. 5, 40. Volenti tecum *lite contendere.*	Volenti tecum *litem.*
Cap. 8, 1. Sequuti ſunt eum multi *viri iuvenes.*	Sequutæ eum ſunt *turbæ multæ.*
— 26. Et dixit illis Jeſus, *cur* timetis.	Et dixit illis Jeſus, *quid* timetis.
Cap. 11, 2. Mittens II diſcipulos ſuos, dixit ei.	Mittens *) *per* diſcipulos ſuos dixit ei.
Cap. 26, 75. Et meminit Petrus verbi Jeſu, *dicentis* ad ſe.	Et meminit Petrus verbi Jeſu, *dicti* ad ſe.

Marcus.

Cap. 4, 29. Ipſa enim terra fructum fert, primum herbam, deinde ſpicam, deinde *plenitudinem* frumenti in ſpica.	Ipſa enim terra fructum fert, primum herbam, deinde ſpicam, deinde *impletur* frumento in ſpica.
Cap. 6, 2. Et quia Sabbatum *erat.*	Et *adveniente* Sabbato, vel poſtquam adveniſſet Sabbatum.

Cap.

*) Legit heic *Ulphilas* haud dubie διὰ μαθητὲς αὐτȣ, ut etiam habet codex *Bezæ*, quem ubique fere ſequitur. Immo veriorem hanc lectionem eſſe, non immerito iudicat *Millius.*

Cap. 7, 31. Venit ad lacum Galilææ in confiniis Decapoleos.	Venit ad lacum Galilææ *per medium* limitum Decapoleos.
— v. 35. Et confestim aperiebatur ei *auditus difficultas.*	Et statim ei aperiebantur *aures.*
Cap. 8, 24. Video homines, *quod sint* sicut arbores, video ambulantes.	Video homines, *quos* sicut arbores video ambulantes.
Cap. 10, 1. Et congregata est rursus turba apud eum, & sicut *mos* erat, rursus docebat eos.	Et congregata est turba apud eum, & sicut *solitus* erat, rursus docebat eos.
Cap. 14, 5. Poterat enim hoc balsamum *vendere* pluris, quam trecentis nummis, & dare pauperibus.	Poterat enim hoc balsamum *vendi* pluris, quam trecentis nummis, & dari pauperibus.

Lucas.


Cap. 1, 21. Et erat populus exspectans *Zachariam* & mirabatur, *quod tardaret* in templo.	Et erat populus exspectans *Zachariam,* & mirabatur, *quid eum moraretur* in templo.
— v. 45. Et beata *tu* credens, quia erit consummatio dictorum ei a Domino.	Et beata *quæ* credit, quod erit consummatio dictorum ei a Domino.
Cap. 3, 3. Et venit ad omnes *pagos* Jordanis.	Et venit ad omnes *accolas* Jordanis.
— v. 14. - - - annonis vestris.	Et *dominamini* **) annonis vestris.
Cap. 3, 22. Tu es filius meus dilectus, in *quo* beneplacui.	Tu es filius meus dilectus: in *te* beneplacui.
Cap. 4, 23. *Semper* mihi dicitis hanc parabolam.	*Forte* mihi dicitis hanc parabolam.
Cap. 7, 15. Et *resedit* mortuus, & incepit loqui.	Et *se lavavit* mortuus, & cœpit loqui.
Cap. 8, 9. Interrogabant autem eum, *quæ* esset hæc parabola.	Interrogabant autem eum, *quid* esset hæc parabola.
Cap. 17, 20. Respondebat iis, & aiebat, non veniet regnum Dei cum *ostentatione.*	Respondebat eis, & aiebat, non venit regnum Dei cum *observatione.*
Cap. 18, 7. Sed *Deus* nonne vindicet electos suos clamantes ad se diebus ac noctibus, *etsi differat pro illis.*	Sed *Deus* nonne vindicet electos suos, clamantes ad se diebus ac noctibus, & *exspectans est erga illos.*

*) In textu græco legimus ἀρχεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. Gothus vero interpres videtur confudisse ἀρκεῖν, sufficere, cum ἀρχεύειν, dominari.

Cap. 19, 1. Et *progreſſus* tranſibat Jericho.	Et *ingreſſus* tranſibat Jericho.
— v. 5. Hodie enim in domo tua *ero*.	Hodie enim *oportet* me in domo tua *eſſe*.
Cap. 20. Omnes enim firmiter *credebant*.	Omnes enim firmiter *credunt*.

Joannes.

Cap. 12, 3. Sed *Maria* ſumſit libram balſami nardi piſticæ *præcioſæ*.	Sed *Maria* ſumſit libram balſami nardi piſticæ, h. e. valde *fidelis*.
— v. 19. Ecce *mundus* eum ſequitur.	Ecce *mundus* eum ſecutus eſt.
Cap. 14, 35. Ex hoc *cognoſcent* omnes, quod mei diſcipuli ſitis.	Ex hoc *noſcentur* omnes, quod mei diſcipuli ſitis.
Cap. 16, 2. Putabit, ſe *ſacrificium* offerre Deo.	Putabit, ſe *ſacrificia* offerre Deo.



JO. GEORGII WACHTERI

DISSERTATIO

DE

LINGUA CODICIS ARGENTEI,

INSERTA MISCELLANEIS

BEROL.

CONTIN. I. P. XL.

Codex argenteus, ab argenteis litteris sic dictus, insigne belli tricennalis spolium, a monasterio Werthinensi ad Ruram Westfaliæ a milite Suecorum avulsum, hodie tanquam patriæ linguæ monumentum, & proprium septentrionis decus, Upsaliæ adservatur, vera an falsa gloria, ex sequentibus patebit.

Continet hic *codex* interpretationem IV evangeliorum antiquo-Germanicam, sed eheu! valde mutilam, & principio ac fine carentem, ita ut potius fragmentum faucibus temporis ereptum, quam iustus codex censeri possit.

Communis eruditorum opinio est, & sententia iugiter recepta, fragmentum versionis Gothicæ, ab *Ulphila* episcopo concinnatæ, *codice arg.* contineri, paucis exceptis, qui monumenti huius antiquitatem vel ultra ætatem *Ulphilæ* extollunt, vel infra Gothos ad Francorum tempora deprimunt. In isto virorum clarissimorum divortio, fateor, mihi priorem & communem sententiam magis probari, cum quod *Walafridus Strabo* de Gothis & versione Gothica verba faciens, libro, de *reb. eccles.* cap. 7. *codicem arg.* pene digito monstraverit, tum quod lingua istius codicis patriæ suæ, id est, *Gothiæ*, haud obscurus index sit

Gothia mihi est diciturque, quæ ante *Dacia*, puta inferior. Nam huius regionis partem Ponto vicinam Gothi primum *Marco* imperante inundarunt. Alteram vero & remotiorem *Aurelianus* revocato exercitu subductisque provincialibus, Gothis occupantibus reliquit, desperans, eam posse retineri, ut scribit *Vopiscus.* Sicque Dacia a Gothis subacta nomen Gothiæ recepit. De origine, appellatione, migratione, & rebus gestis Gothorum, & de primigenia eorum ad christ. religionem conversione, ceterisque argumentis difficilibus & involutis, cognitis tamen, & scitu haud inutilibus nec iniucundis, quæ hic ab initio meditatus sum, cum mensuram videbantur excedere, placuit in aliud tempus differri.

Itaque *Gothia*, sicut vidimus, fuit regio ad Pontum, a Scythis Tyra fluvio, hodie Dniester, a Græcis Danubio sive Istro, a Dacis superioribus Aluta, hodie Alt, a Sarmatis mutuo metu separata. Cum hoc situ perfecte convenit lingua *codicis argentei*, quæ certe nemine reclamante Germanica est, (sed quod observari velim) ita Germanica, ut a contagio linguarum, quibus tunc finitimi Gothi utebantur, haud omnino libera sit. Testes sunt vocabula quam plurima, Græca, Sarmatica, Scythica, Burgundica, Dacica, aliaque Barbarica, *codici argenteo* propria, & nullis reliquorum Germanorum dialectis, nec recentibus nec antiquis recepta, quæ nunc ordine recensebo, initium faciendo a vocabulis Græcis, si non omnibus, certe potioribus.

Atta, pater, Gr. ἄττα.
Uil, sol, (rectius *Sauil.* v. *fragm. Ulph.* p. 113.) Gr. ἥλιος.
Air, diluculum, Gr. ἦρ.
Dauhts, convivium, Gr. δοχὴ
Ams, humerus, Gr. ὦμος.
Gagrefts, edictum, a Gr. γραφὴ.
Naus, mortuus, a Gr. νέκυς, unde etiam latinis *nex* & *necare.*

Spy-

Spyreidans, ſportas, corbes, Gr. σπυρίδας.

Talzjand, præceptor, a τέλλω, præcipio, iuxta obſervationem Junii.

Hliftus, fur, Gr. κλέπτης.

Kalkja, meretrix, quaſi χαλκιδίτις πόρνη, Fr. Junio vel χαλκιδίνος πόρνη ſcortum diabolare Stiernhielmio.

Sketjandans, iter facientes, a σκευάζεσθαι, colligere vaſa ad iter faciendum. Jun.

Sinteino, ſemper, a συντείνειν, contendere. Jun.

Rathizo, facilius, a Gr. ῥάδιος, facilis.

Aihwatundja, rubus, ab ἄκανθα, ſpina, unde & æcentia pro ſenticeto ſcriptoribus medii ævi. Jun.

Maizo, maior, Gr. μείζων.

Stairo, ſterilis, Gr. στεῖρος.

Aihtron, mendicari, ab αἰτεῖν, petere, inde αἴτης, mendicus. Jun.

Gaunon, lugere, Gr. γοάω, γοάομαι.

Hazjan, laudare, Gr. ἁγιάζειν. Jun.

Quibus addi poſſunt quædam latina, e textu Græco adoptata, cuiusmodi ſunt, *Praitoriaun*, πραιτώριον, Joh. XVII, 28. *Spaikulatur*, σπεκουλάτωρ, Marc. VI, 27. *Aromata*, ἀρώματα, Marc. XVI, 1. In reliquis vocabulis, quæ Græca non ſunt, ſed Germanica, ſervatur tamen orthographia græca, qualis inde ab ortu litterarum in Germania nunquam fuit uſu recepta. Ex multis hæc pauca decerpam.

Tuggo, lingua.

Juggalaud, adoleſcens.

Figgr, digitus.

Draggk, potus.

Gaggan, ire.

Briggan, adducere.

Huggrian, eſurire.

Siggwan, legere.

Quis non videt, hanc ſcribendi rationem græcam eſſe, & a Germanica conſuetudine alienam? Omitto litteras codicis, quæ paucis exceptis græcæ ſunt. Omitto Græci fontis in ipſa verſione veſtigia innumera, aliasque circumſtantias, iam aliis obſervatas, quæ ſatis probant, librum ad gentem Græciæ vicinam pertinere. Reliquam viciniam reliqua vocabula in lucem collocabunt.

Scythica dico, quæ origines ſuas ad voces Tauricas, nec usquam alibi, quam apud Tauros reperiundas referunt. Talia ſunt,

Swiltan, mori, quod eſt a primitivo *ſwalt*, mors, quo utuntur Procopenſes in Cherſoneſo Taurica, teſte Busbequio, Ep. 4.

Goljan, ſalutare, quod derivatur a ſubſtantivo Procopenſium, *jel*, vita, ſanitas. Quid enim eſt ſalutare, niſi vitam & ſanitatem adprecari?

Si quis tamen hæc ſubſtantiva a verbis derivare malit, fruatur ſenſu ſuo, modo cognationem in vocibus agnoſcat. Nam hac poſita alterutrum neceſſe eſt, vel Gothos illas voces a

Tau-

Tauris accepiſſe, cum adhuc loca circa paludem Mæotidem incolerent, vel Tauris a Gothis relictas eſſe.

Sarmatica appello, quæcunque apud Slavonicas gentes eodem ſignificatu hodieque perennant, vel ab illis oriuntur. Huiusmodi ſunt,

Fan, Dominus, quod Polonis & Ruſſis effertur *Pan*. Reliqua, quæ hic ſequuntur, repertorem habent doctiſſ. Dominum *Friſchium*, plurium linguarum & inprimis Slavonicæ peritiſſimum, ut cætera laudis argumenta omittam.

So, hæc, Slav. *ſei*.

Samo, ipſe, Slav. *ſamo*.

Ludja, facies, Slav. *litza*.

Dalg, fovea, Bohem. *dolig*.

Auhn, fornax, a Slav. *ogn*, ignis.

Dihz, fera, Ruſſ. *dikii*.

Snaga, veſtimentum, Bohem. *Sukne*, toga.

Milhma, nubes, Bohem. *mhla*.

Stikle, calix, Slav. *ſtakan*.

Martzjan, ſcandalizare, Bohem. *mrzeti*, tædium & moleſtiam afferre.

Mota, telonium, Slav. *müt*.

Motareis, telonarius, Slav. *mutar*, inde Germanis quibusdam Slavorum vicinis *mautner*, eodem ſenſu.

Invindai, iniuſti. } a Slav. *wina*, culpa, delictum.
Inwinditha, iniuſtitia. }

Burgundica dico, quæ Burgundi Viſtulam transgreſſi Gothis communicarunt. Nam Burgundos in Sarmatia Europæa olim Gothis finitimos fuiſſe, vel hinc patet, quod ſub principatu *Diocletiani* & *Maximiani* a Gothis ſedibus ſuis pulſi ſunt, teſte *Mamertino*, in *Genethliaco*, *Maximiano Aug*. dicto, anno circiter 292. cap. 17. Huius generis eſt *Kindins*, præſes, nomen dignitatis & officii, *Pilato* tributum ab interprete, & corruptum (ut videtur) ex *Hindinos*, qua voce Burgundi regem appellare ſolent, memorante *Marcellino*. Nam *h* facile tranſit in *k*, ſicut *k* in *h*, ut vidimus ſupra, in voce *hliſtus*. Eſt autem *Hendinus* nomen generale, obſervante *Marcellino*, ſignificans Seniorem, componiturque ex duabus vocibus Celticis, *Hen* & *Dyn*, quarum illa veterem, hæc hominem hodieque denotat apud Cambros. Veroſimile eſt, Burgundos ante migrationem in Sarmatiam hoc vocabulum accepiſſe a Gothinis, ſuis ad Viadrum vicinis. Nam hos Gallica lingua uſos eſſe, ſcribit *Tacitus*.

Dacica voco, non vetera illa Getica, de quibus nulla ad nos venit memoria, ſed quæ veteribus in eadem terræ parte ſucceſſerunt, latina. Nam poſtquam Dacia in poteſtatem populi Rom. pervenit, Coloniæ *Trajanæ* uſum latinæ linguæ huic provinciæ intulerunt, quod præter *Dionem* quamplurimæ inſcriptiones latinæ in Dacia repertæ teſtantur. Ad hanc claſſem referri poſſunt inter alia.

Anakumbjan, accumbere.

Militondans, milites.

Faskja,

Faskja, fascia.
Aurkje, (*aurki*) urceus.
Kintus, quadrans, quasi quinta pars assis, hodieque *Quintlein*.
Sineigs, senex.

Sinistans, seniores. Nisi forte *Burgundicum* sit. Nam Burgundis sacerdos omnium maximus vocatur *Sinistus*, teste *Marcellino*. Utrum a latino *senex*, an a Celtico *sin*, templum, quod eo significatu occurrit apud *Boxhornium*, in *vocabulis Antiquo-Britannicis*? incertum. Hoc autem certissimum, Gothos non potuisse ignorare linguam & litteras Romanorum in Dacia, quæ iam inde ab A. C. 106. facta erat provincia Augusta, ut est in nummis.

Præter superiora, nullis Teutonicis populis usitata, occurrit in *cod. arg.* sylva ingens vocabulorum barbaricorum, quæ an Pontica sint, vel alterius ex superioribus dialectis, (nam ad Germanicam referri nulla arte possunt,) peritioribus examinandum relinquo. Exstantiora sunt,

Abo, vir.
Abraba, valde.
Abrs, magnus.
Aglo, tribulatio.
Aibrs, munus.
Anza, trabs.
Aiŋk, fata.
Azetizo, facilius.
Aurahja, monumenta, sepulchra.
Awiljudon, gratias agere.
Baujan, verrere, in compos. *usbaujan*, everrere.
Bigitan, invenire.
Bimamindan, deridere.
Birekjai waurthun, periclitabantur.
Bisunjane, circumiacentes.
Biuhti, consuetudo.
Dufrisahtai, exemplum.
Ei, si, ut.
Fairgunje, (*fairguni*), mons.
Fairhwus, mundus.
Gadaban, evenire.
Gaurs, tristis.
Gauritha, tristitia.
Gawrisquand, fructum ferunt.
Glaggwuba, diligenter.
Gramsta, festuca.
Hlaiw, monumentum sepulchrale.
Hleidumei, sinistra.
Hunjan, confidere.
Inilo, excusatio.
Kas, vas.
Kasjins, figuli.
Latho, consolatio, redemtio.
Manwi, sumptus.
Manwjan, parare, præparare.
Maudeith, suggeret.
Naitein, blasphemia.
Nanthjands, *ananan thjands*, audens.
Nanthida, *gananthida*, cessavit.
Nidwa, ærugo.
Not, puppis.
Paida, tunica.
Plapjo, plateæ.
Plinsjan, saltare.
Razn, domus.
Riqwiz, tenebræ.
Rohsna, atrium.
Saitqwa, occasus.
Saudim, sacrificiis.
Seithu, vespera.
Sifaida, exultavit.

Siponeis, diſcipulus.
Slawan, tacere.
Sprauto, cito.
Suns, *Sunſaiw*, confeſtim.
Swinthai, validi, fortes, robuſti.
Tahjan, diſcerpere.
Theihwon, tonitru.
Tramſtein, locuſta.
Tuzwerjan, hæſitare.
Uſagajan, ſugillare.
Usdaudo, ſollicite.
Usfilmei, ſtupor.
Waihſta, angulus.
Waip, corona.
Waluns, virgas.
Wis, tranquillitas.

Hiſce omnibus probe conſideratis & perpenſis, manifeſtum eſſe, reor, *codicis arg.* verſionem non in Germania noſtra, ſed in ſolo peregrino natam eſſe, & quidem in Gothia, cuius ſitum, nulli alii regioni in toto terrarum orbe communem, voces ipſæ luculenter deſcribunt, domeſtici quidem teſtes, ſed tanto validiores.

Et huius linguæ genius plane diverſus eſt a natura & conſtitutione linguæ Germanicæ tam hodiernæ, quam veteris Alemann. Francon. & Anglo-Saxonicæ, non ſolum in vocibus propriis, (quarum ſpecimen ante dedi) ſed etiam in communibus. Nam ut terminationes & flexiones vocum in omnibus orationis partibus omittam, quæ a reliquis dialectis incredibili diſcrimine abludunt, hoc tamen obſervari velim, linguam *codicis arg.* verbum auxiliare *haban*, cunctis Germanis tam recentibus, quam antiquis ad formanda præterita neceſſarium, non agnoſcere, & nihilominus dicere, quod dicendum eſt; e contrario idem verbum futuro tempori denotando adhiberi, quod cæteris Germanis inſolens: & præterea verbis paſſivis uti, quibus Germani plane deſtituuntur. Unde apparet, linguam *codicis arg.* eſſe peculiarem dialectum, Germanicæ haud omnino ſimilem.

Verum in hac diſſimilitudine, qualiscunque ſit, nullum ſeptentrionalibus arripiendi codicis præſidium relictum eſt, adeo ut lingua codicis cum nulla minus dialecto convenire examinantibus, quam cum Sueo-Gothica, videatur. Et hæc diſcordia (quod inprimis notabile) militat ubique pro Germanis, cum quibus perfecte convenit in omnibus, in quibus a Sueo-Gothis diſſentit. Id quod vir clariſſ. A. *Magnæus*, domeſticus ſeptentrionis teſtis, in litteris ad generoſ. Dn. de *Baſſeviz*, docte & eleganter demonſtravit, unde bona eius venia ſequentia decerpo. Sueo-Gothi, tam recentiores, quam antiqui, articulum ſubſtantivis poſtponunt: *codex arg.* cum Germanis præponit. Sueo-Gothi præfixum *ga*, cui æquipollet Germanicum *ge*, in nulla orationis parte agnoſcunt, dum *codex arg.* cum Germanis hanc particulam non ſolum ſubſtantivis & inprimis collectivis, ſed & omnibus præteritis & ſupinis, & plurimis etiam infinitivis præfigit. Sueo-Gothi præfixum *bi*, cui reſpondet Germanicum *be*, pariter ignorant, quod tamen *codici arg.* & Germanis in verbis eſt familiariſſimum. Sueo-Gothi utuntur paſſivis citra auxilium, dum *codex arg.* ſæpe *wairthan* & *weſan* more Germanorum ad formanda paſſiva mutuo ſumit. Quibus prolatis vir doctus ita concludit: *Elucere hinc arbitror, idioma, quo conſcripta eſt hæc verſio, longe propius ad Germanicam, quam ad ſeptentrionis dialectum accedere: id quod adhuc magis illuceſceret, ſi quis ſingulas huius verſionis voces, flexiones earum, & varia*

hus

huc pertinentia conferre vellet cum idiomate illo, quod maioribus nostris ante DCCCC. vel M. annos in ore erat. Quam conclusionem nos quoque adoptamus.

ANNOTATIONES DOMINI AB IHRE.

Fuere quidem haud pauca, quæ epimetri loco eruditæ huic dissertationi Wachterianæ *adiungere, animus erat; ast ne Mæsogothicis hisce nimium diu immorer, dicenda duabus tantum observationibus includam, quarum prima haud pauca eorum, quæ pro Sarmaticis, vel ut generico eius vocabulo utar, pro barbaricis habet, quæque* nulla arte ad L. Germanicam referri posse, *professus est, mere Gothica & Islandica esse, ostendet. Sunt in hoc numero.*

Fan, *dominus, quod Slavonicis nationibus* pan *effertur. Sed credo fore neminem, qui, præcedente Gordoni dissertatione perlecta, amplius dubitaverit,* Frauja *non* Fan *domini nomen apud Mæsogothos fuisse. Exemplis a viro docto allatis, ubi* Frauja *illud occurrit, ego non dubitavero addere locum Augustini Ep.* 178. *ubi docet, Græcorum* κύριε ἐλέησον, *vel latinorum* Domine miserere, *a Gothis efferri* Frauja armai. *Variant quidem heic codices, & multo magis eruditorum circa veram loci huius lectionem curæ; ego vero ceteris sinceriorem esse arbitror, quam præferre codicem Rigaltii, docent editores* Glossarii *Cangiani. Habet vero ille* Fhrota armes, *quod quam prope a lectione, quam dedi, genuina, absit, quivis videt, inprimis si meminerit,* au *Gothicum,* o *latinorum exprimere,* t *vero cum* i *facile ab imperitis confundi potuisse. Conf. Gloss. meum. Tom. I. p.* 138.

So, *hæc. Utebantur hac eadem voce Gothi veteres,* su, *e. g.* su kona, *mulier illa, cuius masculinum est* sa. *Vox hæc Japhetica esse videtur: in L. enim Ebræa* זוּ. זו. זה *est idem, quod Gothicum* sa, su, that, *Anglo-Sax.* sa, seo, that, *& Ulph.* sa, so, thata, *nempe, hic, hæc, hoc. v. Proœmium* Glossarii Suiog. p. IV.

Samo, *ipse. Utitur eadem voce eodem sensu hodieque universus septentrio.*

Auhn, *fornax. Maiores nostri pro eo* ogn *dixere, nos hodieque* ugn. *Haud alienum est, longius licet recedens, Germanorum* ofen.

Stikls, *poculum. Primariam vocabuli significationem servat lingua Islandica, in qua* stikil *notat cornu. Scilicet notissimum est, veteres mortalium e boum cornibus bibisse, & Thracibus hunc morem tamquam proprium tribuit Xenophon de expedit. Cyri lib. VII.* Conf. *Athenæus,* Deipnos, lib. XI. *Plutarchus de* Ira, & *multi alii. Hucusque de Sarmaticis. Sequuntur iam barbarica, quæ vocat.*

Aibrs, *munus. Me suspicari professus sum, in* Præf. *ad* Ulphilam illustratum, *litteras heic transpositas esse, proque* aibrs, bairs *esse legendum, a* bairan, *ferre.*

Aglo, *afflictio. De familia huius vocis, conferas velim Fr. Junium in* etymol. Angl. *sub v.* aile. *Græcum* ἀχλύς *Glossographi veteres* λύπη *explicant. v. Boileau ad Longin.*

Anza, *vel potius* Anz, *trabs. Fennones nostri eadem voce utuntur*, ansas. v. lex. Fennicum *Juslenii. Nos ås dicimus, eadem mutationis lege, qua a* gans, *anser*, gås *formavimus.*

Aulıraja, *sepulcrum. Referri hoc posset inter vocabula, quæ Dacica nuncupat auctor noster: non enim id credo nisi sola fere terminatione differre a lat.* orcus, *quod proprie sepulcrum, & deinde inferorum sedem denotavit. Hinc Nævius* orcivus thesaurus *usurpavit pro monumento sepulcrali. Immo Festus perhibet, veteres pro* orcus *usurpasse* uragus, *quod a nostro prope abest. Addo, apud du Fresne, in* Gloss. *tradi, medii ævi scriptoribus* urceus *pro sepulchro usurpatum fuisse. In lingua vetere Gothica* ark *pro loculo sepulcrali in usu fuisse, docetur in* Glossario Suiog. *T. I. p.* 103.

Awiljudon, *gratias agere, a* liudon, *sonare, loqui. v. supra* p. 131.

Bigitan, *invenire, a simplici* gitan, *id. Maiores nostri* gäta *eiusdem significationis usurpavere. v. Gudmundus Andreæ, in* lex. Isl. *p.* 87. *Hinc* torgjätin, *inventu difficilis. Heims Kr. T. I. p.* 445. *Anglice* to get, *idem sonat.*

Birekjai, *periclitantes. De hac voce vide, si placet, notas meas ad fragmenta Ulphil. p.* 46.

Glaggwuba, *diligenter, accurate. Utuntur voce cognata Islandi* glöggt. *id. Heims Kr. T. I. p.* 436. Spurthi hann af sithom manna tha menn, er glöggst vissi; *sciscitabatur de moribus hominum ab iis, qui accuratissime norant.*

Hlaiw, *sepulcrum. Isl.* hleid, *id.*

Hunjan, *confidere. De hac voce v. Edw. Lye ad Marc.* 10, 23.

Kas, *vas, Sueth.* kar, *id. Solent s & r sæpissime alternare.*

Lâthon, *consolatio. Fennonice* lohdun *est consolationem admitto*, lohdutan, *consolor.* v. *Juslenii* lex. Fenn.

Maudeith, *suggeret, in memoriam revocabit. Vitium forte exscriptoris est pro* mauneith *vel* gamauneith, *quod a* munan, *meminisse, Sueth.* minnas. *Conf. supra p.* 119.

Naithein, *blasphemia. Islandice* nid *convicium est*, nida, *blasphemare*, nidwisa, *carmen probosum*, niding, *in quem impune opprobria iacias.*

Nanthjan, *audere, Sueth.* nænnas, *quod proprie audere notat*, nænne, *audacia, unde proverb.* nænna är half gerning, *audacia dimidium facti est. Kon. Styrelse p.* 205. nænnog, *audax, ib. p.* 105.

Paida, *tunica: Vulgus Suecanum & Fennonia eadem voce utuntur.*

Razn, *domus. Isl.* rannur. *Mœsogothi sæpe z inserunt. v. supra p.* 125.

Riquiz, *tenebræ. Familia vocis septentrioni familiaris est: Isl.* röckr, *crepusculum*, rockva, *tenebrascere.* Sem rockvathes, *primis se intendentibus tenebris. Halfdans*

dans S. p. 41. Um rockan ethur um nætur, *ſub crepuſculo vel noctu. Heims Kr. T. I. p.* 395. *Conf. Gudm. Andreæ l. c. p.* 200.

Saitqua, *occaſus. Codex. arg. habet* ſaggqua, *ut iam pridem obſervavit reverend. E. Benzelius & poſt illum ampl. Sotberg in* Ulph. illuſtr. *p.* 13 *a* ſigquan, *mergi, occidere, Sueth.* ſjunka, *Germ.* ſincken.

Saudim, *ſacrificiis.* Saud *proprie ovem notat in linguis ſeptentrional.bus, ſolemnem nempe ſacrificiorum materiam. Vide pluribus hæc demonſtrata in fragm. Ulph. p.* 106. *nec non in* Gloſſariis *Junii & Stiernhielmii.*

Seithu, *veſpera. Proprie ſerotinum notat, a* ſid, *ſerus: unde Isl.* ſidquold *pars veſpertini temporis ultima.*

Sifaida, *exſultavit, occurrit vox eadem in codice Guelpherbytano. Rom.* 15, 10. Sifaith, *lætamini: &, quod me nuper monuit Doct. Lye, apud Bedam H. E. lib. V,* 23. ſifith, *gaudeo.*

Sprauto, *cito. Demto ſibilo nos* brătt *uſurpamus, cognata, ut videtur, voce: a* brăd, *citus.*

Suns, *cito. Angl.* ſoon.

Theihwon, *tonitru. Suſpicor eſſe græcorum latinorumque* τυφῶν, *qui apud Ægyptios erat Deus tonitruum & ignis. Paululum immutata ſignificatione alias notat ventum acerrimum. Fennonice* teuhan *eſt tumultuor.*

Usfilmei, *ſtupor. Isl.* felm. *id.* felms fullur in *Verſ. Bibl. Isl. Marc.* 5, 42. *ſtupore plenus &* felmtra, *obſtupeſcere. ib. cap.* 9, 15.

Waihsta, *angulus. Goth.* wik. *Occurrit vox hæc Matth.* 6, 5. *Tatianus hoc loco habet* in gewiggin *cap.* 34, 1. *Conf. Palthenius, p.* 360.


Waip, *corona. Sueth.* wiſ, *vitta.*

Walus, *baculus.* Suet. wal. *id. Isl.* walur. *Lat.* vallus. *v.* Gloſſ. Suiogoth. T. II. p. 1029.

Altera, quam adiungere animus tulit, obſervatio, illam tanget quæſtionem, qua diſſertationem ſuam claudit doctiſſimus *Wachterus*, an nempe L. Suiogothica cum ſtilo C. A. aliquid affinitatis habeat? Negantem *Arnam Magnæum* ſequitur vir laudatus, ſtatuitque, propius ad eundem accedere dialectum Alemannicam. Rationem ille adfert, quia verba Mœſogothica, præfixum *ga* habere ſolent, quod idem obſervatur in L. tam vetere, quam hodierna Germanorum, ubi *ge* pariter voci præmittitur, non item vero in Suethica. Sed ſcire convenit, *ga* illud Ulphilanum quam ſæpiſſime otioſe præponi, idque ita, ut in iisdem verbis modo adſit, modo deſideretur, e. g. *bairgan*, conſervare, & *gabairgan*, *driuſan*, cadere, & *gadriuſan*, &c. Non itaque mirari convenit, ſi veteres Suiogothi, brevitati ſtudentes, præfixum illud nil ſignificans miſſum fecerint. Quod ad præfixum *bi* attinet, pro quo Germani *be* verbis etiam præmittunt, certum eſt, civitatem illud inter veteres Suecos non obtinuiſſe Sed qua alia ratione exiſtunt novæ dialecti & ex illis novæ linguæ, quam quod multa cadant vocabula & variæ vocabulorum partes, quæ olim in uſu erant? Meminiſſe enim oportet, inter ætatem *codicis argentei* & prima L. Suethicæ monumenta, ſi quoque Islandica in ſubſidium vocentur, interceſſiſſe ſeptem admodum ſecula, nec proinde mirum eſſe, ſi in orbe adeo diſſito & poſt

exi-


tantum annorum numerum, lingua ſuas vices ſubierit. Tandem adfertur, Suiogothos uti paſſivis citra verbum aliquod auxiliare, in *codice* vero *arg.* eadem per *wairthan* & *weſan* (rectius *wiſan*) circumſcribi. Sed eo argumento uſus non fuiſſet *Magnæus*, ſi noviſſet, formam paſſivam utique habuiſſe Mœſogothos, & una cum illis maiores noſtros, eosque ſolos omnium gentium Scythicæ originis. Evidens illud erit conſulenti paradigma verborum, quod dedimus in *fragmentis Ulphilanis.* Ego vero, qui haſce dialectos inter ſe ſtudioſe contuli, ingenue profiteor, nullam earum eſſe, quæ maiorem & evidentiorem cum Mœſogothiſmo affinitatem prodat, quam lingua Scandinaviæ noſtræ. Vidimus ſuperiore obſervatione, quot verba, quæ pro barbaricis habuit *Wachterus*, quæque cum Alemannica L. nil habere commercii profeſſus eſt, mere Gothica ſint. Quod de vocibus ſingularibus diximus, de flexione vocum & grammatica conſtructione valere, facile etiam probatu foret. Sic numerum pronominum verborumque dualem habent Gothi exteri: noſtri & Anglo-Saxones eundem ſervarunt in ſolis pronominibus, Alemanni vero ignorarunt penitus. Notabilem Gothiſmum ſupra p. 158. illuſtravimus, quem cum Mœſia incolis communem habuere maiores noſtri, & nulli præterea. Non minus ſingulare eſt, quod in utraque lingua Mœſogothica & Islandica nomen Dei, *Guths* & *Gud* maſculini generis eſt, ubi vero de Idolis vel Diis, improprie ita dictis, generis neutrius, *God*, *Guda*. Sic etiam obſervare licet, nomina numeralibus iuncta, caſum ſuorum verborum aſſumere usque ad 20, poſt hæc vero in utraque lingua nomen ſemper in genit. plurali poni. e. g. *fimf vairos*, quinque viri, ſed *fimf hunda vaire*, quingenti viri: eodem modo loquebantur etiam veteres Scandinaviæ incolæ, *fem menn*, & *fem hundrad manna*. Plura eiusmodi congerere, facile foret. Quod ad *haban* illud, quo omnes dialecti Gothicæ hodie utuntur pro verbo auxiliari, quod vero ignorat Mœſogothica, ſciendum eſt, præter tempora præſens & imperfectum, alia non agnoviſſe Scythicæ proſapiæ gentes: quod vero ab omnibus deinde tempus perfectum & plusquamperfectum adoptatum fuerit, per *haban* circumſcriptum, id aut fallor, aut veteribus gloſſographis, vel ludimagiſtris debetur, qui differentiam temporum latinorum quodammodo expreſſuri, hoc adminiculo ſe expedire voluerunt. Oportet vero, hoc additamentum haud diu poſt *Ulphilæ* ævum aſſumtum fuiſſe, certe ante univerſaliores gentium Scythicarum irruptiones in Italiam, Galliam & Hiſpaniam. In omnes enim hasce regiones verba illa auxiliaria introduxiſſe videntur, utpote quæ nec a Romanis, nec a Celtis adoptavere, ſed ut multa alia a Gothis, Longobardis, Francis ceterisque cognatæ originis gentibus. Quando obſervat *Wachterus*, idem hoc *haban* formando futuro interdum inſervire: e. g. *Joh. 6, 71.* *Saei habaida ina galevjan*, qui ipſum proditurus erat: non abs re erit, indicare, etiam hoc in L. noſtra patria obtinere. Dicimus enim quotidie *han har at undfå*, ille accipiet. Quod etiam L. Anglo-Saxonica Mœſogothicæ ſororia ſit, non negaſſet, credo, *Wachterus*, ſi quo tempore hanc diſſertationem ſcripſit, (1723) utriusque linguæ *grammaticam* ab *Hickeſio* editam vidiſſet. Quum plura huc facientia in diſſertatione, quæ ſub meo præſidio ad hanc Academiam de L. *codicis argentei* ante aliquot annos edita eſt, ſubminiſtrentur, hiſce modum facio.



Errores typothetæ quos obſervavi, ſequentem in modum corrigendi ſunt.

In ſyntagmate ſcriptorum Domini ab Ihre.

pag. 11. com. 37. *Sjaiththan.*
— — c. 13 thindanjardi.
— — c. 26 *ſneithand.*
— 13. c. 3 *quithands.*
— 15. c. 30 *quithands.*
— 17. c. 10 *meinna.*
— 20. c. 19 *inngaggands.*
— 22. c. 16 mith.
— 25. obſerv. c. lin. 6. ſed a
— 26. c. 15 *uſathro.* l. 3. *utgaggando.*
— 30. obſerv. h. lin. 2. *leikas.*
— 31. c. 38 *magutſu.*
— 34. c. 5 *frabugjan.*
— 35. c. 65 vairt.
— — c. 66 *atiddja.*
— — c. 1 gudjands.
— 36. c. 8 *ohtedun.*
— 40. c. 35 *ei.*
— 49. c. 27 prauſetau.
— — c. 40 analagjands.
— 50. c. 20 frawaurhteis.
— 57. obſerv. c. l. 2. *huſan* vel *hiuſan.*
— 58. c. 41 *dulgisſkulans.*
— 61. c. 1 *andquithan.*
— 64. c. 3 baculos.
— 79. c. 4 *usſlaig.*



Nachricht.

Endlich kann ich den Herren Pränumeranten die Ulphilanischen Schriften des Herrn Kanzleyrath von Ihre liefern. Der Druck derselben hat mehr Schwierigkeit gehabt, als ich vermuthet: es ist aber gut gewesen daß ich sie nicht vorher gewußt, denn sonst würden sie mich vielleicht von der Besorgung dieses nützlichen Werks abgehalten haben, weil es mir zwar nicht an Lust und Muth, wohl aber an Zeit zu weitläuftigen Nebengeschäften fehlet.

Ich lies mit dem Druck dieses Werkes den Anfang machen, als ich noch nicht wußte, wie viel Pränumeranten sich einstellen würden? Unterdessen rechnete ich doch auf 200, und machte die nöthigen Anstalten zu eben so viel Exemplarien, weil diese sich genau nach jenen richten, und keine in die Buchläden kommen solten. Der damalige Besitzer der hiesigen Boßischen Buchdruckerey, hatte ausgerechnet, daß alle Schriften welche zusammen gedruckt werden solten, drey Alphabete betragen würden, zu welchen 57½ Rieß Schreibpapier nöthig wäre, denn solches Papier hatte ich in meiner ersten Nachricht versprochen. Es war aber unmöglich, soviel Schreibpapier von einerley Art hieselbst zusammenzubringen. Also muste ich mich zu dem besten und grösten Druckpapier entschliessen. Nur für die gütigen Freunde, welche sich mit der Pränumeration abgegeben, lies ich Exemplaria auf Schreibpapier drucken, welche sie auch jetzt bekommen, und zu den 4 Kupferplatten welche zu diesem Werke gehören, lies ich lauter Schreibpapier nehmen. Auch das erwählte Druckpapier, konte die Buchdruckerey dazumahl da der Anfang gemacht wurde das Werk zu setzen, nicht sogleich in hinlänglicher Menge bekommen, und dadurch wurde der Druck etwas aufgehalten. Dieses war dem Setzer wegen der häufigen Abwechselung der Schriften, und weil so viel auf einen Bogen gieng, nicht angenehm. Auch die Correctur war sehr mühsam und langweilig. Ich habe zwar Fleiß und Zeit so viel als möglich gewesen daran verwandt, aber dennoch nicht verhindern können, daß nicht in einzelnen Buchstaben Fehler übrig geblieben wären.

Es fehlet in dieser nun zum Stande gekommenen Sammlung keine einzige ihrische gedruckte Schrift über den Ulphilas und die Mösogothische Sprache: ich

ich habe aber gewünschet, daß ich auch ein paar noch nicht gedruckte Abhandlungen des Herrn Verfassers hätte liefern können. Er schrieb mir im Monat Junius, daß er an den berühmten dänischen Conferenzrath Herren von Suhm einige Briefe über das Ostgöthische, welches in Sabbatini vetusto Calendario neapolitano vorkomt, geschrieben, auch in einer besonderen Schrift das Dictionarium Saxonico & Gothico latinum des *Edward Lye*, welches Herr von Owen Manning 1772 zu London heraus gegeben hat, beurtheilet habe, und fragte, ob ich diese Schriften mit in die Sammlung seiner Schriften bringen wolte? Ich antwortete ihm sogleich, daß es mir und den Pränumeranten sehr lieb seyn würde, auch diese seine Schriften zu bekommen, er mögte sie mir also eiligst schicken. Ich habe mit Schmerzen auf die Ankunft derselben gewartet, ja ich habe als der Druck seiner ältern Schriften schon vollendet war, zu diesen neuen in so fern Platz gelassen, daß ich dem Anhang eine neue Seitenzahl gegeben, damit jene Schriften nach S. 312 folgen könten: allein die sehnlich gewünschten Abhandlungen sind bis auf diese Stunde noch nicht angekommen. Woran es liege weiß ich nicht.

Der Anhang welchen ich den ihrischen Schriften beygefüget habe, enthält alle versprochene Stücke, eins ausgenommen, nemlich dasjenige was Vulcanitus de litteris & lingua Getarum sive Gothorum, de notis Lombardicis &c. zugleich mit dem 1597 zu Leiden in Octav gedruckten Jornande de Getarum sive Gothorum origine & rebus gestis, heraus gegeben hat: allein eines theils sind die in diesem Büchlein enthaltene commentarioli in litteras gothicas, den Besitzern der ihrischen Schriften, und der Ausgaben des Ulphilas, ganz entbehrlich, und anderntheils hätten für die Buchdruckerey gothische Buchstaben gegossen oder geschnitten werden müssen, welches mehr als einer Ursach wegen nicht angieng. Ich habe also dieses Stück aus dem Anhang weggelassen, und hingegen nicht nur des Herrn D. Oelrichs Anmerkungen über Henpels Disputation, sondern auch Esberge und Södermanns Disp. de Ulphila in denselben gebracht, welche mir aus Kopenhagen freundschaftlich mitgetheilet worden. Sehr gern hätte ich auch noch Kirchmaiers disput. de lingua Scytho celtica & Gothica; Wittenberg 1686 mit drucken lassen: allein ich habe sie weder hier, noch zu Wittenberg auftreiben können, ungeachtet sich am letztern Ort die Herren Doctores und Professores Wernsdorf und Schmidt, dieserwegen viel Mühe gegeben haben.

Der Herr Kanzleyrath von Ihre hat mir eine schöne Abschrift von des Ulphilas Uebersetzung der vier Evangelisten, so weit sie noch vorhanden ist, nach seinen Verbesserungen der gedruckten Ausgaben, nebst einer lateinischen Uebersetzung, übersandt. Ich bin bereit, auch diese in gleichem Format mit den ihrischen Schrif-

Schriften drucken zu lassen, wenn sich so viel Liebhaber dazu angeben werden, daß die Kosten bestritten werden können.

Zum Beschluß muß ich noch von den Kosten reden, welche die gegenwärtige Sammlung verursacht hat. Diese würden viel höher gestiegen seyn, wenn nicht Herr Kanzleyrath von Ihre die drey großen Kupferplatten geschenket hätte. Es hat also nur die vierte kleine Platte hieselbst gestochen werden dürfen.


Die Buchdruckerey bekommt — —	127	Rthlr.	6 Gr.
Das Papier zu dem Buch und zu den Kupferplatten kostet — — —	46	—	—
Der Kupferstecher und Kupferabdrucker hat empfangen	6	—	—
An Postgeld und an ein paar Zeitungen für die Einrückung meiner ersten Nachricht, sind ausgegeben worden — — —	10	—	—
Also betragen alle Kosten	189	Rthlr.	6 Gr.

Ich bin zwar gewillet gewesen, die Namen der Herren Pränumeranten auf dem Titelbogen drucken zu lassen: allein ein guter Theil derselben ist mir unbekannt. Ich muß es also dabey bewenden lassen, daß ich hier das folgende anzeige.

Von den Herren welche ich öffentlich gebeten habe, Vorschuß auf dieses Werk zusammen, haben eingesandt

aus Bremen, Herr D. Oelrichs für —	5	Exemplarien
— Erlangen, Herr Kirchenrath D. Seiler für —	5	—
— Frankfurt am Mayn, der nun seelige Herr Senior Plitt für — —	5	—
— Halle, Herr D. Nösselt für — —	6	—
— Hamburg, Herr D. Schütze für —	8	—
— Jena, Herr D. Danovius für —	24	—
— Königsberg in Preussen, Herr Hofprediger Starck für — — —	4	—
— Kopenhagen, Herr Secretair Hanber für —	11	—
— Leipzig, Herr Prediger Zollikofer an statt des Herrn Prof. Garve für — —	8	—
— Rinteln, Herr Prof. Fürstenau für —	4	—
— Stettin, Herr Consistorialrath Schinmeier für —	8	—
— Tübingen, Herr D. Schott für —	7	—

Unmit-



Unmittelbar bey mir selbst sind eingeliefert worden

aus Berlin, für — — — 12 Exemplarien
— Frankfurt an der Oder, für — — 5 —
Vom Lande, für — — 1 —
An die hiesigen Herren Buchhändler Spener,
Voß und Nicolai, für — — 5 —
— Halle, für — — — 2 —
— Magdeburg, für — — 2 —
— Schlesien, für — — 1. —
— den Churfürstenthum Sachsen und Fürstenthum Anhalt, für — — 2 —
— Strasburg, für — — 1 —
— Duisburg, Herr Rector Hasenkamp, für — 5 —

Also zusammen für 131 Exemplarien, 196 Rthlr. 12 Gr. folglich 7 Rthlr. 6 Gr. mehr als die Kosten betragen haben. Dieser kleine Ueberschuß, wird bey der Versendung der Exemplarien ausgegeben werden. Da ein Theil der Exemplarien nach Schweden umsonst gehet, so bleiben nur wenige übrig. Ich hoffe daß die Herren Pränumeranten mit meiner dienstfertigen und uneigennützigen Bemühung, zufrieden seyn werden. Berlin, den 2 October 1773.

Büsching.

